

PATRES APOSTOLICI

TEXTUM RECENSUIT
ADNOTATIONIBUS CRITICIS EXEGETICIS HISTORICIS
ILLUSTRAVIT VERSIONEM LATINAM PROLEGOMENA
INDICES ADDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK

VOLUMEN I

EDITIO II ADAUCTA ET EMENDATA

TUBINGÆ
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP
MDCCCCI

PATRES APOSTOLICI

EDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK

VOLUMEN I

DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM EPISTULAE BARNABAE CLEMENTIS ROMANI IGNATII POLYCARPI HUIUSQUE MARTYRIUM PAPIAE QUADRATI PRESBYTERORUM APUD IRENAEUM FRAGMENTA EPISTULA AD DIOGNETUM PASTOR HERMAE

TUBINGÆ
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP
MDCCCCI

IMPRIMATUR.

ROTTENBURGI, DIE XXII. JULII 1901.

PAULUS GULIELMUS DE KEPPLER,
EPISCOPUS.

EX OFFICINA H. LAUPP Jr.

PRÆFATIO.

Inde ab anno 1855, quo C. I. Hefele patrum apostolicorum opera editione quarta publicavit, usque ad annum 1878, quo ego ea edidi, scientia patristica pluribus codicibus inventis mirum in modum promota est. Iam anno 1856 Hermae Pastor, qui hucusque nonnisi in versione veteri latina cognitus fuit, graece editus est, et brevi secutae sunt duae novae versiones, versio latina altera vel Palatina quae dicitur ac versio aethiopica. Codex Sinaiticus, quem anno 1859 Constantinus Tischendorf in lucem produxit, ad textum Pastoris emendandum plurimum contulit, idemque exhibuit epistulam Barnabae integram, cuius initium usque ad illud tempus in versione veteri latina tantum legebatur. Anno 1875 a Philotheo Bryennio e codice Constantinopoli asservato adhuc incognito Clementis Romani epistulae et quidem integrae editae sunt, cum hucusque quattuordecim capita et dimidium prorsus deessent. Brevi post versio earundem epistularum syriaca inventa est. Anno 1877 denique Adolphus Hilgenfeld Barnabae epistulam pluribus locis e codice illo Constantinopolitano emendatis in vulgus emisit.

Cum documenta ad textum recensendum adhibenda adeo aucta essent, non tam editio Hefeliana emendanda, quam editio nova paranda erat. Cum autem Hefele, a. 1869 ad dioecesim Rottenburgensem gubernandam vocatus, impeditus esset, quominus hunc laborem in se susciperet, atque eum mihi comitteret, nomen viri de studiis patristicis promovendis egregie meriti in titulo editionis meae prioris recepi.

Huic editioni nomen meum solum praefigendum erat. Cum initio id agerem, ut eas scripturas tantum ederem, quas Hefele publicaverat, vel scripturas patrum apostolorum genuinas et

integras, mox consentaneum esse mihi videbatur, eas addere, quarum fragmenta solum ad nos pervenerunt, breviores ex iis, quae tempore currente false patribus attribuebantur, ut epistulas Clementis de virginitate atque Ps.-Ignatii, cum libri ampli, ut Clementis Homiliae, Recognitiones ac Constitutiones, praetermittendi essent, et scripturas ad patres spectantes, scilicet Clementis et Ignatii Martyria ac Polycarpi Vitam; et volumini primo anno 1881 secundum adieci. Interea insuper nonnullis scripturis testes novi exorti sunt, inprimis Clementis epistulae ad Corinthios versio latina vetus, etiam scriptura hucusque plane incognita in lucem prodiit, scilicet Doctrina duodecim apostolorum. Liber ergo adhuc magis transformandus fuit, ita ut cum opere Hefeliano nunc etiam minus commune habeat quam prius.

Librum denuo edenti nonnullae scripturae mihi aliter disponendae erant ac prius. Fragmenta Papiae et presbyterorum apud Irenaeum nunc in volumine I inserta sunt, Ignatii Martyrium Colbertinum ceteris Actis in volumine II adiungitur. Praestat quidem hoc Martyrium reliquis, a nonnullis adhuc etiam authenticum vel a comitibus s. Ignatii compositum habetur; primo autem loco exhiberi non potuit, quoniam volumen II non totum, sed quarta parte tantum recudendum erat.

Scribebam Tubingae mense Iulio 1901.

ELENCHUS.

ELENCHUS.

PROLEGOMENA.

NOTITIA GENERALIS.

Patres apostolici inde a saeculo XVII discipuli apostolorum nominantur vel scriptores ecclesiastici, qui apostolos audivisse putabantur. Cotelerius, editor scripturarum horum virorum princeps (1672), in titulo operis de patribus qui temporibus apostolicis floruerunt locutus est; in opere rarissimo ipso fortasse illum terminum ipsum adhibuit; certe Clericus, qui eius editionem repetiit (1698, 1724), id fecit, et Ittig editionem suam titulo Bibliothecae Patrum apostolicorum ornavit (1699). Tempore progrediente quidem nonnullas ex scripturis, quae olim a discipulis apostolorum compositae fuisse censebantur, aliam et posteriorem originem habere omnes vel saltem permulti iudicabant. Nihilominus illae scripturae etiam proinde una cum reliquis edebantur. Altera ex parte scripturis, quas editio princeps et editiones saeculo XVIII sequentes complectebantur, postea aliae adiungebantur. Epistulam ad Diognetum in sylloge operum patrum apostolicorum Hefele recepit, Papiae Fragmenta et Presbyterorum apud Irenaeum Reliquias Gebhardt et Harnack, Quadrati Fragmentum ego in hac editione. Doctrina duodecim apostolorum ante pauca lustra demum in lucem prodiit.

Haec de notione et sylloge Patrum apostolicorum. Priusquam ad singulas scripturas transeo, etiam ea expono, quae hanc editionem generaliter spectant, atque editiones priores et libros doctrinam Patrum apostolicorum tractantes enumero.

Cum testes Patrum apostolicorum, codices graeci et versiones, tempore novissimo valde adaucti sint, textus non solum pro-

ponendus, sed etiam probandus esse videtur. Itaque apparatus criticus textui subicitur. Ne autem fines huius editionis transgrediar, in orthographia codicem principalem sequens non refero de ν ἐφελκυστικῷ, de σ in vocabulo οὕτω apposito vel omisso, de assimilationibus in codicibus recentioribus usitatis (ἐνκύπτω, ἐγκύπτω) et aliis rebus eiusmodi, neque de vitiis scripturae manifestis, ex itacismo vel de neglegentia vel de aliis causis similibus exortis. Praeterea etiam nonnunquam verborum positionem variam neglego. Lectiones veterum interpretum, testium secundae vel tertiae classis, quae cum lectionibus codicum graecorum consentiunt, ita ut breviter notari possint, vel quae maioris momenti esse videntur, exscribo; reliquas vero, quae innumerae quidem sunt, ad textum constituendum autem nihil conferunt, omitto.

Loci biblici in altera pagina sub versione latina indicantur, lineae vero non secundum versionem, sed secundum textum graecum designantur.

Auctores locum aliquem laudantes initio commentarii commemorantur. Non exscribuntur, ita autem ad singula capita vel singulos versus ponuntur, ut facile cognoscas, quantum allegent. Exempli gratia Barn. 4, 11 scripsi: Clem. Al. Strom. II, 7, 35 p. 447, i. e. Clemens Alexandrinus l. c. versum totum laudat; 2, 2—3: Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445, i. e. Clemens hos duos versus allegat; 1, 5: Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445 (ἀφ' οὗ κτλ.) et 5, 9: Orig. C. Celsum I, 63 (— ἀνομωτέρους), i. e. ille versus citatur inde a verbis ἀφ' οὗ, hic usque ad vocem ἀνομωτέρους.

Doctrinam apostolorum, Pastorem Hermae et particulam epistulae Barnabae graece nuper detectam (1—5, 7) ego in latinam linguam transtuli versionibus harum duarum scripturarum veteribus adhibitis. Versionem scripturarum reliquarum ex editionibus prioribus recepi atque passim correxi.

Editionem Patrum apostolicorum principem J. B. Cotelerius duobus tomis a. 1672 Parisiis instituit et inscripsit: SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt, Barnabae, Clementis, Hermae, Ignatii, Polycarpi opera vera et suppositicia; una cum Clementis, Ignatii, Polycarpi Actis atque Martyriis.

Editio sicut prima ita locupletissima est. Incendium quidem maiorem exemplarium partem absumpsit. I. Clericus autem librum adauctum bis repetiit, a. 1698 Antverpiae, a. 1724 Amstelaedami.

Editores sequentes, quorum nonnulli autem, ut ex titulis apparet, unam vel alteram scripturam praeterierunt, hi sunt:

Th. Ittig, Bibliotheca Patrum apostolicorum gr.-lat., qua continentur S. Clementis Rom. prior et posterior ad Corinthios epistola; S. Ignatii epistolae VII genuinae, quibus eiusdem interpolatae et spuriae epistolae nec non acta Ignatiani martyrii accedunt; S. Polycarpi ep. ad Philippenses, cui . . . ecclesiae Smyrn. de Polycarpi martyrio epistola integra adiungitur. Lipsiae 1699.

J. L. Frey, Epistolae SS. Patrum apostolicorum, Clementis, Ignatii et Polycarpi, atque duorum posteriorum Martyria. Basileae 1742.

G. Russel, SS. Patrum apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii opera genuina, una cum Ignatii et Polycarpi Martyriis. Londini 1746.

C. F. Hornemann, Scripta genuina Graeca Patrum apostolicorum. Havniae 1828.

Anonymus, Patres apostolici graece. Lugduni Batavorum 1831.

G. Jacobson, S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, Patrum apostolicorum, quae supersunt. Accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi Martyria. Oxonii 1838. Denuo 1840, 1847, 1863.

C. J. Hefele, Patrum apostolicorum opera. Tubingae 1839. Denuo 1842, 1847, 1855.

F. X. Reithmayr, Patrum apostolicorum epistolae. Monachii 1844.

A. Grenfell, *The Epistles of Barnabas, Clement, Ignatius, Polycarp, and the Epistle to Diognetus.* Londini 1844.

A. R. M. Dressel, Patrum apostolicorum opera. Lipsiae 1857. Denuo 1863.

O. de Gebhardt, A. Harnack, Th. Zahn, Patrum apostolicorum opera. Lipsiae 1875/77. Fasc. I: Barnabae epistula, Clementis Rom. epistulae, Papiae quae supersunt, Presbyterorum reliquiae ab Irenaeo servatae, epistula ad Diognetum 1875. Denuo 1876/77. Fasc. II: Ignatii et Polycarpi epistulae martyria fragmenta rec. Th. Zahn 1876. Fasc. III: Hermae Pastor 1877.

Iidem, Patrum apostolicorum opera, editio minor. Lipsiae 1877. Denuo 1894, 1900.

F. X. Funk, Opera patrum apostolicorum. Tubingae 1878. Anno 1887 Doctrina apostolorum adiecta est.

J. B. Lightfoot, *The Apostolic Fathers.* Londini 1885/90. *Part. I: S. Clement of Rome* 1890 (2 vol.). *Part. II: S. Ignatius, S. Polycarp* 1885; denuo 1889 (2 vel 3 vol.). Editio non absoluta, sed inter recentiores amplissima et doctissima est. Partis II editionem priorem cito, quoniam editio altera mihi non praesto est.

Idem, *The Apostolic Fathers.* Editio minor, sed plenior, quam post mortem auctoris curavit J. R. Harmer. Londini 1891. Denuo 1893, 1898.

Quibus editoribus nonnulli adiungendi sunt, qui non syllogen quidem Patrum apostolicorum instituerunt, sed eorum scripturas omnes vel plurimas una cum aliis exhibent. Hi sunt:

A. Gallandi, Bibliotheca veterum patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum t. I. Venetiae 1765.

J. P. Migne, Patrologiae cursus completus, series graeca t. I, II, V. Parisiis 1857.

A. Hilgenfeld, Novum Testamentum extra canonem receptum. Lipsiae 1866. Denuo 1876/84.

Editores fere omnes textui graeco versionem latinam addiderunt, Lightfoot et Harmer versionem anglicam. Alii scripturas patrum apostolicorum nonnisi in linguas recentiores translatas publicaverunt [1], inter Germanos

J. H. Reitz (?), Novi Testamenti Apocrypha. Schifbecae prope Hamburgum 1710.

J. O. Glüsing, *Der apostolischen Männer Briefe und Schriften.* Hamburgi 1723.

S. Grynaeus, *Die echten Werke apostolischer Männer.* Basileae 1772. Liber a P. Vitale Mösl denuo editus est Augustae Vindel. 1774.

R. Unterkircher, *Die echten Schriften der apostolischen Väter.* Oeniponti 1817.

Sämtliche Werke der Kirchenväter vol. I. Campiduni 1830.

F. X. Karker, *Die Schriften der apost. Väter.* Vratislaviae 1847.

H. Scholz, *Die Schriften der apost. Väter.* Güterslohe 1865.

J. Chr. Mayer, *Die Schriften der apost. Väter.* Campiduni 1869. *Bibliothek der Kirchenväter* ed. Reithmayr vol. I.

inter Anglos

G. Wake, *Epistles of the Apostolical Fathers.* Londini 1693. Denuo 1710, 1719, 1737, 1818, 1834, 1842, 1846, 1860.

C. H. Hole, *The Apostolic Fathers.* Londini 1872.

A. Roberts et J. Donaldson, in *The Ante-Nicene Christian Library* t. I, Edinburgi 1866—72; editio in America parata 1884—86.

inter Gallos

Legras (Grassius), *Ouvrages des S. Pères qui ont vécu du temps des Apôtres.* Parisiis 1717.

Ruchat, *Lettres et Monumens des trois Pères apostoliques St. Clément, St. Ignace, St. Polycarpe.* Lugduni Batav. 1738.

Genoude (?), in *Les Pères de l'église,* Parisiis 1837/43.

inter Italos

---

1 Paucae ex his versionibus mihi praesto erant; notitiam plurimarum debeo aliis libris, praesertim operi bibliographico subinde memorato.

J. B. Gallicciolli, qui Venetiis a. 1796 edidit Pastorem Hermae, a. 1797 Barnabae epistulam, a. 1798 epistulas Clementis et Ignatii, a. 1799 Polycarpi epistulam.

Auctores de doctrina Patrum apostolicorum agentes hi sunt:

G. Lumper, Historia theologico-critica de vita, scriptis atque doctrina ss. patrum aliorumque scriptorum trium priorum saeculorum. 13 vol. Augustae Vindelicorum 1783—99.

J. van Gilse, St. P. Heyns, F. J. J. A. Junius, Commentatio ad quaestionem: „Cum antiquissima illa veteris ecclesiae scripta, quae patrum nomine apostolicorum hodie supersunt, argumenti sint maxime moralis et practici, expositio quaeritur et censura principiorum praeceptorumque moralium, quae scriptis hisce continentur", Lugd. Bat. 1833.

J. A. Möhler, *Patrologie*, Ratisbonae 1840.

A. Hilgenfeld, *Die Apostolischen Väter*, Halae 1853.

F. Lübkert, *Die Theologie der Apostolischen Väter mit historischen und krit. Bemerkungen über ihre Schriften*, Gothae 1854.

J. Donaldson, *A critical history of Christian literature and doctrine from the death of the Apostles to the Nicene council.* Vol. I *The Apostolical Fathers. A critical account of their genuine writings and of their doctrines.* Londini 1864; ed. II 1874.

C. E. Freppel, *Les Pères apostoliques et leur époque.* Parisiis 1859; ed. IV 1885.

J. Sprinzl, *Die Theologie der apostolischen Väter.* Vindobonae 1880.

G. V. Lechler, *Das apostolische und das nachapostolische Zeitalter*, ed. III Lipsiae 1885.

H. Behm, *Das christliche Gesetztum der Apostolischen Väter*, *Zeitschrift für kirchliche Wissenschaft und kirchliches Leben* VII, 295—309; 408—416; 453—465, Lipsiae 1886.

De sermone patrum apostolicorum egit H. Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum N. T. quaestiones grammaticae, Halis Saxonum 1898 (Dissertationes philologicae Halenses XIV, 1).

Bibliographiam ad Patres apostolicos spectantem completam, editiones versiones disputationes complectentem exhibet E. C. Richardson, *Bibliographical Synopsis*, Buffali 1887 (Supplementum operis: *The Ante-Nicene Fathers, Translations of the Writings of the Fathers down to A. D. 325* ed. A. Cleveland Coxe), quem librum lector consulat, qui versiones scripturarum singularum ac disputationes minores cognoscere desiderat. Scripturas annis 1880/1900 publicatas recenset A. Ehrhard, *Die altchristliche Litteratur und ihre Erforschung seit* 1880, Friburgi 1894, 1900.

Abbreviationes vel sigla denique, quibus utebar, haec sunt:

+ = addit, addunt.

> = omittit, omittunt.

∾ = invertit, invertunt.

cf. = conferas, conferatur etc.

con = conicit.
edd pr = editores priores.
em = emendo, emendavit.
praem = praemittit, praemittunt.
pr = primum.
pr m = prima manus.
sec = secundum.
sec m = secunda manus.
tert = tertium.
PG = Patrologiae curs. completus ed. Migne series graeca.
PL = „ „ „ „ „ „ latina.
G. G. A. = *Göttingische gelehrte Anzeigen.*
Winer = Winer, *Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms* ed. VII 1867; ed. VIII (pars I §§ 1—16) cur. Schmiedel 1894.
Holl, Fragmente = K. Holl, *Fragmente der vornicänischen Kirchenväter aus den* Sacra Parallela 1899. *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur* edd. O. de Gebhardt et A. Harnack XX, 2, series nova V, 2.
Ropes, *Sprüche* = J. H. Ropes, *Die Sprüche Jesu, die in den kanonischen Evangelien nicht überliefert sind* 1896. *Texte und Untersuchungen* etc. XIV, 2.

DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM.

I.

Hic libellus ante pauca lustra demum e tenebris bibliothecarum in lucem prodiit, reliquas autem scripturas, quae discipulis apostolorum vel patribus apostolicis attribuendi sunt, aetate superare videtur et a veteribus maximi aestimabatur. Eusebius H. E. III, 25, 4 eum scripturis sacris adiungit vel una cum Actibus Pauli, Hermae Pastore, Apocalypsi Petri et Barnabae epistula inter scripturas Novi Testamenti apocryphas, ἐν τοῖς νόθοις, commemorat. Eundem locum ei adsignant Athanasius in Epistula festali XXXIX vel anni 367 libris canonicis enumeratis dicens, praeter istos esse alios libros, non in canonem quidem redactos, sed iuxta patrum sententiam legendos eis, qui accedunt ac de verbo pietatis erudiri volunt, scilicet Sapientiam Salomonis, Sapientiam Sirach, Esther, Iudith, Tobiam, Doctrinam quam vocant apostolorum et Pastorem (PG 26, 1438); Ru-

finus in Expositione symboli c. 38 post canonicos libros ecclesiasticos nominans Sapientiam utramque, libellum Tobiae et Iudith et Maccabaeorum libros, atque e Novo Testamento praeter Pastorem libellum, qui apellatur Duae viae vel Iudicium Petri, addens, haec omnia legenda quidem esse in ecclesiis, non tamen proferenda ad auctoritatem ex eis fidei confirmandam (PL 21, 374), quae verba ad Doctrinam referenda esse videntur, etiamsi latet, quamobrem libellus non solum Duae viae, sed etiam Iudicium Petri appelletur, facilius sane, si ea ratione verborum Athanasii habita spectaveris, de illa scriptura quam de aliqua alia intelleguntur; Indiculus scripturarum canonicarum sexaginta, saeculo VI ut videtur confectus et in nonnullis codicibus Quaestionibus Anastasii Sinaitae subiectus [1], Synopsis Scripturae Sacrae sub nomine Athanasii tradita et saeculo VI vel postea composita (PG 28, 431), Stichometria Nicephoro Constantinopolitano adscripta et saeculo IX medio exarata (PG 100, 1060) [2]. Ps.-Cyprianus Adv. aleatores c. 4 sicut e Pauli epistulis ita e Doctrinis apostolorum argumenta depromit; Clemens Alexandrinus Strom. I, 20, 100 p. 377, Origenes De principiis III, 2, 7, Optatus Milevitanus De schismate Donastistarum I, 21, Gesta apud Zenophilum locos Doctrinae tanquam verba Scripturae vel Dei proferunt. Cf. adnot. ad 2, 7; 3, 5. 10; 4, 3; 14, 2. Alii scriptura tacite utebantur. Barnabas c. 18—20 summam capitum I—V Doctrinae, quamvis aliter dispositam et paucis additamentis auctam, verbotenus repetiit atque 4, 9 insuper Doctrinam 16, 2—3 exscripsit. Hermas Mandat. II, 4—6 fere eadem exhibet, quae in Doctrina 1, 5. 6; 4, 7 leguntur. Auctor Didascaliae apostolorum saeculo III Doctrinam tam largiter in usum suum convertit, ut ipsius liber paene editio huius nova atque adaucta appellari possit [3]. Auctor Canonum ecclesiasticorum vel scrip-

1 Cotelerius, Patrum apost. opp. ed. Clericus 1724 I, 197. Zahn, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons* II (1890) 289—293. *Theologische Quartalschrift* 1895 p. 527.

2 Zahn l. c. p. 295—318.

3 Funk, *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 65—70. Holzhey, *Die Abhängigkeit der syrischen Didaskalia von der Didache* 1898, in *Compte rendu du quatrième congrès scientifique international des Catholiques tenu a Fribourg* I, 249—277.

turae, quam Germani ***Apostolische Kirchenordnung*** nuncupare solent, maiorem partem viae vitae vel 1—4, 8 et 4, 13ᵇ, auctor Constitutionum apostolorum libro VII totam scripturam transscripsit, multa mutans ac plura addens. Schnudi abbas († 451) monachos erudiens Doctrinae expositionem de duabus viis adhibebat[1]. Vestigia eiusdem partis libri inveniuntur in descriptione vitae christianae ac monasticae, quae Syntagmate doctrinae (PG 28, 835) et Didascalia CCCXVIII patrum seu Fide Nicaena (PG 28, 1638) exhibetur[2]; in tractatu de virginitate c. 13, qui aeque ac illae duae scripturae sub nomine Athanasii ad nos pervenit (PG 28, 251), particula orationis eucharisticae vel Doctrinae 9, 3—4 apparet. Particulam 9, 4 saeculo IV medio Serapion Thmuensis nonnullis verbis mutatis in sacramentario inseruit[3]. Saeculo VII ineunte Dorotheus abbas Palaestinensis Doctr. XIII, 1; Ep. III Doctrinam 3, 10 allegat (PG 88, 1761. 1840), nisi forte Barnabae epistulam 19, 6 vel Canones ecclesiasticos 11, 6 respexit. Inter Latinos scripturam in usum suum converterunt Lactantius Divin. instit. VI, 3—23; Epit. c. 59—64, et Severus quidam episcopus (Coloniensis?) in Doctrina de sapientia, quam Pez in Thesauro anecdotorum IV, II (1723), 1 edidit. Plures dictum singulare de eleemosyna 1, 6 laudant. Scriptura etiam in linguam latinam translata fuit. Particula versionis, amplectens c. 1—2, 6, codice saec. X traditur, qui numero 914 (olim Q 51) signatus in claustro Melk in Austria inferiore sito asservatur, et a Bernardo Pez l. c. p. 5, codice denuo inspecto a me in Doctrinae editione 1887 p. 102—104 publicata est. Codex Monacensis lat. 6264 saec. XI, olim Frisingensis 64, partem scripturae priorem vel expositionem duarum viarum totam (c. 1—6, 1) continet, eamque I. Schlecht a. 1900 edidit[4].

1 Iselin, *Eine bisher unbekannte Version des ersten Teiles der Apostellehre* 1895, in *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur* edd. O. de Gebhardt et A. Harnack XIII, 1ᵇ. Versio Vitae abbatis Schnudi syriaca, quam F. Nau 1900 Parisiis edidit, nihil de hac re continet.

2 Cf. Batiffol, Studia patristica II (1890), 117—160.

3 *Texte und Untersuchungen. Neue Folge* II, 3ᵇ (1899) p. 5. *The Journal of Theological Studies* I (1899), 106.

4 Doctrina XII apostolorum 1900 p. 7—10.

Alii veteres minus distincte quidem, sed ita cum Doctrina conveniunt, ut eos scripturam cognitam habuisse conicere liceat, Iustinus, Tatianus, Theophilus, de quibus lectorem remitto ad editionem Doctrinae a. 1887 a me paratam, in qua p. IV—XXIII uberius de testimoniis egi. Addenda sunt Acta Phileae et Philoromi, cum verba Phileae: Dicit sacra et divina scriptura: Diliges Dominum Deum tuum qui te fecit (c. 1, Acta martyrum ed. Ruinart-Galura 1803 III, 160), ad Doctrinam 1, 2 referenda esse videantur.

Paulatim scriptura ex usu venit. Anno 1056 quidem codice eam tradente a Leone quodam notario descripta est; plerisque vero iam incognita fuisse videtur. Cum enim saeculo XII ineunte Zonaras in Commentario ad Athanasii epistulam festalem XXXIX scribat, Doctrinam apostolorum quosdam dicere Constitutiones esse per Clementem conscriptas, quas synodus Trullana a. 692 velut ab haereticis adulteratas ac corruptas legi vetuerit (PG 138, 863), et Blastares saeculo XIV dicat, Doctrinam apostolorum a synodo sexta (vel Trullana) condemnatam fuisse (PG 144, 1142), librum se iam non vidisse indicant.

II.

A. Chiappelli[1] cum scripturam in partem catecheticam (I—VI) et partem liturgiam ac disciplinam ecclesiae exponentem (VII—XVI) dividens perspicere sibi videretur, illam saeculo I exeunte a Christiano ex Iudaeis Alexandriae, hanc eodem fere tempore a Christiano e gentilibus in Syria vel Palaestina confectam esse, conclusit, libellos istos postea, tempore non accuratius definiendo, fortasse autem saeculo III, inter se coniunctos et ita Doctrinam apostolorum exortam esse. Alii partem catecheticam a Christiano compositam esse negabant. Cum enim haec pars seu expositio viarum duarum praeter particulam 1, 3—2, 1 apud plures testes deficientem pauca contineat, quae originem christianam prodant, Taylor eam saeculo primo ante vel post Christum natum apud Iudaeos ad erudiendos proselytos confectam, postea autem a Christiano sententiis evangelicis, inprimis

---

1 *Studi di antica letteratura cristiana* 1887 p. 21—148.

particula illa auctam atque partem alteram adiectam fuisse coniecit[1]. Nonnulli ei assensi sunt, praesertim Harnack[2] et Savi[3], ille libellum iudaicum etiam restituere conatus est. Iselin[4] in expositione viarum duarum ab abbate Schnudi data vestigia illius libelli invenire sibi videbatur. Schnudi vero minime testis textus a tradito diversi censendus est. Etiamsi particula 1, 3—2, 1, verba ἐπεὶ οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν 3, 7 ac nonnulla alia omittuntur, tamen vestigia fidei christianae luculenta in scriptura remanent, ita ut religio auctoris vix sit dubia. Ante omnia mandata amoris Dei ac proximi 1, 2 ex Novo Testamento repetenda sunt, quoniam auctor ea coniuncta proponit et praeterea vocibus πρῶτον et δεύτερον inducit, cum Vetus Testamentum his vocibus non utatur et mandata diversis locis exhibeat. Tum auctor 2, 2 scripsit haud dubie respiciens Matth. 19, 18. Deinde verba οὐκ ἐπιορκήσεις 2, 3 sane Matth. 5, 33, nusquam autem in Vetere Testamento leguntur. Porro 5, 1 quinque peccata commemorantur, quae et quidem eodem ordine, quamquam nonnulla alia intermiscens, Matthaeus 15, 19 enumerat. Quae denique 2, 7 de amore proximi et 4, 10 de vocatione hominum dicuntur, ea certe doctrinam evangelicam, neque vero iudaicam sapiunt. Accedit, quod traditio scripturae illi sententiae omnino contraria est. Non solum nihil de libello iudaico compertum habemus, sed etiam minime verisimile est, Barnabam adversarium Iudaeorum acerrimum scripturam ab eis

1 Taylor, *The Teaching of the twelve Apostles with illustrations from the Talmud* 1886 p. 21 sq. Idem in *The Journal of Philology* interea identidem de scriptura egit, XVIII (1890), 297—326 de ratione inter Doctrinam et Hermae Pastorem intercedente; XIX (1891), 148—172 de vestigiis dicti de eleemosyna Doctr. 1, 6, ubi (p. 150) etiam lectionem *ἱδρωτάτω* traditam defendit et ad verbum *ἱδρωτάω* tanquam *ἅπαξ λεγόμενον* refert; XXI (1893), 254—255 de eodem dicto; de sententia illa autem tacet, ita ut quaerere liceat, num eam fortasse deseruerit.

2 Harnack, *Die Apostellehre und die jüdischen beiden Wege* 1886; *Die Apostellehre*, in *Realencyklopädie für protest. Theologie und Kirche*, ed. III t. I (1896), 711—730.

3 Savi, *La Dottrina degli apostoli, ricerche critiche sull' origine del testo con una nota all' eucaristia* 1893 (*Estratto dal periodico Studi e Documenti di storia e di diritto XIII*).

4 *Texte und Untersuchungen* XIII, 1^b.

profectam exscripsisse, auctorem Doctrinae eisdem nequaquam faventem scripturam apud ipsos vulgatam fere totam recepisse et apostolis adscripsisse [1].

Pars scripturae prior non solum Christiano, sed etiam eidem auctori attribuenda est, qui alteram partem composuit. Stichometria Nicephori quidem illam partem respicere videtur, ad quam solam numerus ducentorum stichorum quadrat, quos Doctrinae adsignat. Eandem partem praesertim Athanasius ante oculos habuit, Doctrinam inter libros pro catechumenis erudiendis adhibitos enumerans. Nonnulli auctores nonnisi ex ea locos proferunt. Alii vero etiam alteram partem agnoscunt. Barnabas praeter capita I—V verba Doctrinae 16, 2—3 exscripsit; Clemens et Origenes praeter locos priores particulam 9, 2 cognitam habuerunt, Ps.-Athanasius De virginitate 9, 3—4, Ps.-Cyprianus 14, 2; auctor libri VII Constitutionum apostolorum scripturam totam transscripsit et explicuit; et hi testes longe graviores sunt quam illi, cum auctor scriptura vel scripturae parte non utens se eam non habuisse vel eam nondum exstitisse minime iam probet. Insuper animadvertendum est, partem illam facile a libello separari atque solam transcribi potuisse. Quae cum ita sint, expositio duarum viarum non alii auctori christiano adiudicanda est [2] ac pars libelli reliqua.

Id solum quaeritur, num particula 1, 3—2, 1 auctoris sit an a posteriore inserta. Deest enim in Canonibus ecclesiasticis, qui illis versibus exceptis expositionem viae vitae fere integram reddunt, et in versione latina; desideratur in Barnabae epistula, apud abbatem Schnudi, in Syntagmate doctrinae ac Fide Nicaena. Unde apparet, versus olim in multis exemplaribus defuisse, et multi eos interpolatos esse colligunt. Cum testes particulam omittentes praesertim Aegyptii sint, Warfield etiam de recensione libelli aegyptiaca et syriaca loquitur. Mihi sententia non satis firma esse videtur. Rationes quas dicunt interiores, verbis 2, 1 recte intellectis, particulae non obstant, atque

1 Funk, *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* II (1899), 137—141; *Theolog. Quartalschrift* 1887 p. 281—289.

2 Ita Warfield, Bibliotheca sacra 1886 p. 100—161; *Journal of Biblical Literature and Exegesis* 1886 p. 86 sq.

testes ei magis favent quam adversantur; nam non solum auctor libri VII Constitutionum apostolorum, sed etiam auctor Didascaliae apostolorum et Hermas eam agnoscunt. Particula igitur proxime ad scripturae aetatem accedit, et si Barnabas Hermae tempore etiam antecedit, initium scripturae valde transformans testis est minus fidelis. Itaque non solum licet, sed paene oportet nos concludere, particulam a posteriore tanquam ad catechumenos instruendos minus aptam omissam esse[1].

Versio latina versum primum (1, 1) ampliorem exhibet quam textus graecus traditus, vias duas non solum vias vitae et mortis, sed etiam aeque ac Barnabas vias lucis et tenebrarum designans et de angelis eis praepositis loquens, Canones apostolorum ecclesiastici alias particulas cum Barnabae epistula communes habent, et hucusque illas scripturas ab hac dependere omnes iudicaverunt. E. Hennecke[2] nuperrime scripturas comparans animadvertere sibi visus est, versionem latinam formam Doctrinae apostolorum primogeniam repraesentare, Barnabam et Canones ecclesiasticos recensionem parallelam antiquissimam etiam saeculo primo vulgatam. Equidem sententiam priorem rectam habeo.

III.

Scripturam summae antiquitatis speciem prae se ferre hodie nemo est qui neget. Ut autem eius tempus accuratius definiamus, investigandum est, quae ratio inter eam intercedat et Barnabae epistulam Hermaeque Pastorem. Supra vidimus, scripturas inter se convenire, et quaeritur, quae sit prior.

Editor princeps, Doctrinam ab illis scripturis dependere censens, eam annis 120—160 adscripsit, et plures initio eum secuti sunt. Brevi omnes fere perspexerunt, expositionem duarum viarum principalem Doctrina tradi, Barnabae epistula secundariam, neque aliter sentiunt, qui illam partem a Iudaeo compositam fuisse putant, cum Doctrinam c. 1—6, excepta particula 1, 3—2, 1, et libellum iudaicum verbotenus fere inter se

1 Funk, *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* II, 133—137.

2 *Zeitschrift für die neutestamentl. Wissenschaft und die Kunde des Urchristentums* II (1901), 58—72.

consonare censeant. Est autem alius locus utrique scripturae communis, et Harnack iudicans Barnabam 4, 9 textum primitivum exhibere, non Doctrinam 16, 2—3, hanc etiam nuperrime ad illud tempus vel ad annos 120—160 refert. Equidem demonstrasse mihi videor [1], Barnabam utrumque locum Doctrinae debere, Hermam quoque ab hac dependere [2].

Sin autem Doctrina prior est Barnabae epistula, quaeritur, quanto temporis spatio huic antecedat. Sabatier libellum iam saeculo I medio compositum fuisse censuit, ac nonnulli ei plus minus assensi sunt. Argumenta vero, quae attulerunt, non sufficiunt, et plura indicia originem posteriorem satis evidenter probant. Auctor non solum Evangelium Matthaei, sed etiam Evangelium Lucae et plures epistulas Novi Testamenti cognitas habuisse videtur, inprimis Pauli ad Romanos, et ad Corinthios, Petri epistulam I. Cf. adnotat. ad 1, 2—5; 2, 2—3; 5, 1—2; 7, 1. 3; 8, 2; 10, 5. 6; 11, 7; 12, 1; 13, 1; 16, 1. 5—6 [3]. Cum Barnabae epistula saeculo I exeunte exorta esse videatur, equidem libellum ad annos 80—90 retulerim. Qui Barnabam postea scripsisse censent, libellum saeculo I exeunti vel saeculo II ineunti attribuere solent.

In patria scripturae investiganda considerantes, plurimos testes esse Aegyptios vel Alexandrinos, multi Doctrinam in Aegypto exortam esse iudicaverunt, inprimis Bryennius et Harnack. Cum autem scriptura non ibi solum, ubi ortum habet, sed etiam alibi crebro legi possit, argumentum non est validum. Altera ex parte quae 9, 7 de frumento in montibus sato leguntur, in Aegyptum plane non quadrant, sed potius ad Syriam vel ad Palaestinam referenda sunt. Syria etiam ideo patria scripturae haberi potest, quia orationi Domini iam doxologia adiecta est, quae in illa terra originem habuisse censetur. Palaestinae vero favet

---

1 Ibidem p. 110—131. C. F. Arnold, Quaestionum de compositione et fontibus Barnabae epistulae capita nonnulla 1886.

2 Barnabae epistulam Doctrina priorem eiusque fontem esse censet etiam H. Amoneit, *Untersuchungen zur alten Kirchengeschichte.* I. *Die Apostellehre in ihrem Verhältnis zu verwandten Schriften.* Wehlaviae 1892.

3 G. Wohlenberg, *Die Lehre der zwölf Apostel in ihrem Verhältnis zum neutestamentlichen Schrifttum,* Erlangae 1888.

caput VIII, ubi auctor, hypocritas, seu Pharisaeos seu Iudaeos omnes, respiciens, medios inter Iudaeos se esse prodit.

IV.

De fide auctoris, vel quo tendat scriptura, iudicia diversissima facta sunt. Auctor et Christianis e Iudaeis et Christianis e gentilibus et Ebionitis haereticis adnumeratus est [1]. Bryennius eum Gnosticos et Montanistas impugnare putavit; Hilgenfeld ex contrario in scriptura vestigia Montanismi invenire sibi visus est; alii aliter censuerunt.

Revera Doctrina neque Montanismi neque Ebionitismi neque alius haeresis saeculi II indicia exhibet, et si, id quod certum esse videtur, iam saeculo I exeunte composita est, id solum vere quaeritur, num auctor Christianus e Iudaeis sit an Christianus e gentilibus vel, ut vocatus est, Christianus e gentilibus vulgaris. Hanc sententiam praesertim Harnack tuetur, illam Sabatier, Schaff et plures alii. Iudicium maxime ex interpretatione vocis βρῶσις 6, 3 pendet. Estne vox de legibus Veteris Testamenti cibariis intellegenda an de ascesi quadam ad cibos et inprimis esum carnium spectante? Cum illa interpretatio praeferenda sit, scriptura a Christiano e circumcisione exarata esse putanda est. Idem elucet ex 13, 3, ubi auctor officium primitiarum prophetis offerendarum eo probat, quod prophetae Christianorum ἀρχιερεῖς sint, et ex 13, 5, ubi idem officium, haud dubie Vetus Testamentum respiciens, simpliciter mandatum nominat. Neque id in hac quaestione praetereundum est, quod de ieiunio et oratione agens Pharisaeos diserte impugnat. Etiamsi enim summam capitis ex Evangelio Matthaei deprompsit, tamen quaeritur, num verba tam acria repetiisset, nisi commercium aliquod cum Pharisaeis habuisset vel in patria Christianorum e Iudaeis vixisset.

Sin auctor autem Christianus e circumcisione erat, nequaquam totam legem observari voluit. Minime enim est verisimile, verbis ζυγὸς τοῦ κυρίου 6, 2 legem Veteris Testamenti designari. Praeterea de circumcisione prorsus tacet. Ne praecepta quidem

1 Ebionitam auctorem declaravit Krawutzcky in *Theolog. Quartalschrift* 1884 p. 581—585; *Kirchenlexikon* III (1884), 1869—72.

ad cibos pertinentia omnino servanda esse dicit. Unum solum severe praecipit, scilicet ut Christiani ab idolothytis se abstineant. De reliquo monet, ut faciant, quidquid possint.

Quae cum ita sint, quaestio haud magni momenti est. Christianus e Iudaeis, qualis auctor fuit, a Christiano e gentilibus (vulgari) paulum differebat, praesertim cum ab apostolis Hierosolymis congregatis etiam Christianis e gentilibus nonnulla praecepta Veteris Testamenti ad cibos spectantia data essent.

V.

Scriptura ab omnibus fere in duas partes dividitur, partes vero diverse circumscribuntur. Plerique partem priorem capite VI terminant. Rectius pars capite X concluditur. Capitibus VII—X enim de baptismo et eucharistia, de ieiunio et oratione agitur, atque formulae proponuntur, quae in sacramentis administrandis et in oratione adhibendae sint. Particula igitur liturgica est. Ad liturgiam vel cultum vero etiam capita I—VI pertinent. Ut verba ταῦτα πάντα προειπόντες βαπτίσατε κτλ. 7, 1 clare indicant, particula sermo est baptizandis vel catechumenis ante baptismum pronuntiandus. Quae cum ita sint, capita VII—X potius cum praecedentibus quam cum sequentibus coniungenda sunt, quae ad disciplinam et constitutionem ecclesiae spectant. Pars prior autem ipsa in duas sectiones dividi potest, quarum una capita I—VI, altera capita VII—X amplectitur.

Ordo sententiarum hic est.

Postquam auctor 1, 1 duas vias earumque differentiam indicavit, viam vitae 1, 2—4, 14 describit. Proponuntur 1, 2 tria mandata principalia, mandata amoris Dei ac proximi et regula quae vocatur aurea sive praeceptum, ne quis alteri faciat, quod sibi ipsi fieri nolit, et additur explicatio duplex. Summa primae explicationis 1, 3—6 ex sermone Domini in monte habito vel ex Evangelio Matthaei 5 deprompta est. Altera explicatio mandatis incipit, quae Dominus Matth. 19, 16—18 adulescenti intimavit roganti, quid boni faceret, ut vitam aeternam haberet (2, 1—3), scilicet non occides, non adulterium facies etc., et multa alia adiciuntur. Quorum pars prior (2, 3—7) similiter expressa est ac mandata e S. Scriptura repetita. In parte al-

tera (3, 1—6) mandata verbis τέκνον μου incipiunt, et praeceptis singulis ratio additur, ob quam peccata quaedam devitanda sint, scilicet quod alia ac maiora peccata ex eis proficiscuntur. Haec peccata graviora sunt 1) homicidium, 2) fornicatio et adulterium, 3) idololatria, 4) furtum, 5) blasphemia, et singulis bina peccata vel terna seu quaterna, cum secundo loco duo et nonnunquam tria peccata inter se propinqua una enumerentur, tanquam radices praemittuntur. Peccata autem illa respondent mandatis 2, 2—3 propositis; 1) non occides; 2) non adulterium facies, non pueros corrumpes, non fornicaberis; 3) non furaberis; 4) non incantabis; 5) non periurabis. Utroque igitur loco eadem peccata maiora in eodemque ordine enumerantur; modo peccata idololatriae et furti invertuntur, id quod fortasse inde explicandum est, quod ordo prior vel 2, 2—3 exhibitus S. Scriptura statutus erat, idololatria autem, unum ex tribus peccatis ecclesiae veteris capitalibus, auctori gravius crimen esse videbatur quam furtum. Ceteroquin 5, 1 furtum aeque ac 2, 2 ante idololatriam vel magiam legitur. In tertia denique parte 3, 7—4, 14 forma prior iterum adhibetur, mandata autem non solum negative exprimuntur, ut in partibus duabus praecedentibus, sed etiam positive, ut in explicatione prima. Summa partis haec est. Primo loco (3, 7—10) leguntur officia Christiani erga se ipsum; secundo (4, 1—4) officia erga ecclesiam, cum praepositos tum alios fratres; tertio (4, 5—8) officia erga pauperes; quarto (4, 9—11) officia erga familiam, filios et servos, servorumque officium erga dominos; quinto denique (4, 12—14) praecepta nonnulla generalia exhibentur, praecipue devitandi omne quod non placet Deo, custodiendi mandata Domini ac confitendi peccata in ecclesia. Descripta via vitae exponitur c. 5 via mortis. Animadvertendum est, initio eadem peccata graviora et in eodem ordine enumerari, quae 2, 2 et ordine paulisper mutato 3, 2—5 leguntur, scilicet 1) homicidia, 2) adulteria, cupidines, fornicationes, 3) furta, 4) idololatriae et magiae. Blasphemiae autem, quae 3, 6 distincte et 2, 3 verbis οὐκ ἐπιορκήσεις expressa est, hic non amplius fit mentio. Postremo lector c. 6 monetur, ne ab hac doctrina abducatur, ut, si non totum Domini iugum possit portare, saltem faciat, quid-

quid possit, omnino autem ab immolatis simulacrorum abstineat.

Sermone baptismali finito auctor c. 7 exponit, quomodo baptismus administrandus sit. Deinde c. 8 de ieiuniis disserit, et ostendens, Christianis non ieiunandum esse neque orandum modo hypocritarum, sed sicut Dominus instituit, orationem Domini proponit, animadvertens, ter in die sic orandum esse. Denique c. 9—10 de eucharistia agit, tres orationes eucharisticas tradens, quarum duae dicendae sunt ante, tertia post communionem, monensque baptizatos tantum sacrae mensae participes esse.

In parte secunda (c. 11—15) primum exponitur, eos tantum in ecclesiam venientes recipiendos esse, qui non aliam doctrinam habent ac propositam (11, 1—2). Deinde de apostolis vel praedicatoribus fidei peregrinantibus suscipiendis (11, 3—6), de prophetis diiudicandis (11, 7—12), de advenis christianis accipiendis (c. 12), de prophetis ac doctoribus sustentandis (c. 13) agit. Porro de die dominica celebranda (c. 14), postremo de episcopis et diaconis ordinandis ac de fratribus arguendis sermo fit.

Capite XVI libellus concluditur. Lectores admonentur, ut vigilent et ad adventum Domini parati sint, crebro convenientes ac saluti animarum consulentes, atque regnum Antichristi et adventus Domini describitur.

VI.

Fragmentum versionis latinae, Doctrinam 1—2, 6 amplectens, Bernardus Pez a. 1723 in Thesauro anecdotorum IV, II, 5 sq. edidit. Anno 1882 partem Doctrinae de duabus viis agentem seu capita quinque priora A. Krawutzcky e Canonibus ecclesiasticis, libro VII Constitutionum apostolorum et Barnabae epistula restituere conatus est[1]. Anno sequente scriptura ipsa in lucem prodiit. Philotheus Bryennius, metropolita Nicomediensis, invenit eam in codice, qui anno 1056 a Leone notario exaratus est et tunc Constantinopoli in bibliotheca monasterii patriarchalis Hierosolymitani asservabatur, nunc autem Hierosolymis in bibliotheca patriarchali numero 56 signatus est.

---

1 *Theologische Quartalschrift* 1882 p. 359—445.

Editio princeps inscribitur: Διδαχη των δωδεκα αποστολων εκ του ιεροσολυμιτικου χειρογραφου νυν πρωτον εκδιδομενη μετα προλεγομενων και σημειωσεων. . . Υπο Φιλοθεου Βρυεννιου, μητροπολιτου Νικομηδειας. Εν Κωνσταντινουπολει 1883.

Brevi post scripturam multi alii typis expresserunt, et quidem inter Germanos Adolphus Hilgenfeld, Adolphus Harnack, F. X. Funk, E. de Renesse [1], inter Gallos P. Sabatier, E. Jacquier [2], inter Italos R. Majocchi, J. Minasi [3], inter Batavos J. J. Prins [4], inter Anglos H. de Romestin, C. Spence, J. Rendel Harris [5], inter Americanos R. D. Hitchcock et Fr. Brown, J. Fitzgerald, S. St. Orris, Ph. Schaff [6]. Iidem fere omnes scripturam in linguam patriam verterunt. Majocchi et Funk latinam interpretationem textui graeco adiecerunt. Alias versiones publicaverunt in Germania F. X. Funk, G. Volkmar, N. Liebert [7], in Hungaria G. Boros de Kolozswar, in Gallia L. Du-

---

1 Hilgenfeld, Novum Testamentum extra canonem receptum, fasc. IV ed. II Lipsiae 1884. — Harnack, *Die Lehre der zwölf Apostel*, Lipsiae 1884. *Die Apostellehre und die jüdischen zwei Wege*, Lipsiae 1886; ed. II 1895. — Funk, Doctrina duodecim apostolorum, Canones ecclesiastici ac reliquae doctrinae duarum viarum expositiones veteres, Tubingae 1887. — E. de Renesse, *Die Lehre der zwölf Apostel*, Giessae 1897.

2 Sabatier, *La Didachè ou l'enseignement des douze apôtres*, Parisiis 1885. — Jacquier, *La doctrine des douze apôtres*, Lugduni et Parisiis 1891.

3 Majocchi, *La dottrina dei dodeci apostoli*, Mediolani 1885. — Minasi, *La dottrina dei dodici apostoli*, Romae 1891.

4 *Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων* . . . in usum studiosae iuventutis, Lugduni Bat. 1884.

5 Romestin, *The Teaching of the Twelve Apostles*, Oxonii et Londini 1884. — Spence, *The Teaching of the Twelve Apostles*, Londini 1885. — Rendel Harris, *The Teaching of the Apostles, newly edited, with Facsimile Text and a Commentary*, Londini 1887.

6 Hitchcock et Brown, *The Teaching of the Twelve Apostles*, Neo-Eboraci 1884, ed. II 1885. — Fitzgerald, *Teaching of the Tw. Ap.*, Neo-Eboraci 1884. — Orris, *Teaching of the Tw. Ap.*, Neo-Eboraci 1884. — Schaff, *The Teaching of the Tw. Ap.*, Neo-Eboraci 1885, ed. III 1889.

7 Funk, *Theologische Quartalschrift* LXVI, 381—393, Tubingae 1884. — Volkmar, *Die neu entdeckte urchristliche Schrift der Lehre der zwölf Apostel an die Völker*, Lipsiae et Tiguri 1885, ed. III 1887. — Liebert, *Bibliothek der Kirchenväter*. Appendix. Campiduni 1885.

chesne et Bonet-Maury [1], in Italia E. Comba [2], in Batavia H. U. Meyboom [3], in Scandinavia C. Warming, A. S. Paulssen, Fr. Helveg, J. E. Berggren, P. C. Caspari [4], in Anglia Fr. Farrar, C. Taylor, in America Fr. Gardiner, E. E. Hall, J. H. Hall et J. T. Napier, C. O. Starbuck et E. C. Smith [5]. Praeterea nonnulli alii, quorum nomina hic praeteriri possunt, libellum et ediderunt et interpretati sunt. Addendum autem esse videtur, tres editiones eum una cum scripturis patrum apostolicorum exhibere, praeter meam eas, quas Lightfoot-Harmer et O. de Gebhard, A. Harnack, Th. Zahn [6] paraverunt, editionem Harrisianam (1887) paginas codicis Hierosolymitani Doctrinam amplectentes (fol. 76^a—80^b) arte phototypica expressas tradere, editionem recentissimam Josephum Schlecht a. 1900 parasse.

Libellus codice Hierosolymitano satis accurate traditur. Errores manifestos iam Bryennius (= Br in apparatu critico) correxit [7]. Aliquot loci e versione latina (= L), Barnabae epistula (= Barn.), Canonibus apostolorum ecclesiasticis (= Can), Constitutionibus apostolorum (= Const) emendari possunt. Cf. 2, 2. 7; 3, 4; 4, 3; 5, 1. In versione latina non solum, ut commentarius criticus indicat, aliquot verba omissa vel adiecta, sed etiam transposita sunt; de his autem locis ratio non reddenda esse videbatur, neque de eis, qui minus accurate vel false translati sunt.

Cum plurimi editorum atque interpretum diligenter de scrip-

---

1 Duchesne, *Bulletin critique* V, 91—94, Parisiis 1884 (c. 7—16). — Bonet-Maury, *La doctrine des douze apôtres*, Parisiis 1884.

2 *Rivista Cristiana* XIII, 352—366, Florentiae 1885.

3 *Theologisch Tijdschrift* XIX, 533—551, Lugduni Bat. 1885.

4 Warming, *De tolv apostles laerdom*, Hafniae 1884. — Paulssen, *Teologisk Tidsskrift fon den danske Folkekirke* I, 576—589, Hafniae 1884, — Helveg, *Dansk Kirketidende* 1884. — Berggren, *Teologisk Tidsskrift* XIII, 200—206, Upsalae 1884. — Caspari, *Luthersk Ugeskrift* 1884.

5 Gardiner, *The recently discovered Apostolic Manuscript*, Neo-Eboraci 1884. — E. E. Hall, *The New Englander* VII, 544—560. — J. H. Hall *Sunday School Times*, Philadelphiae 1884. — Starbuck, *Andover Review* 1884.

6 Patrum apostolicorum opera. Editio tertia minor, Lipsiae 1900.

7 Emendationes, quas H. Bois in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* XXX (1887), 488—497 proposuit, approbare non possum.

tura egerint, cum editionibus et versionibus simul tractatus de Doctrina insigniores nominati sunt. Disputationes usque ad annum 1887 publicatae in editione Doctrinae illo anno a me parata fere omnes proferuntur. Bibliographiam usque ad annum 1891 pertinentem exhibet Jacquier in sua Doctrinae editione (p. 261—271). Dissertationes recentiores, quae maioris momenti sunt, iam supra inter editiones vel aliis locis commemoratae sunt; reliquas vel omnes A. Ehrhard in libro p. V laudato recenset.

BARNABAE EPISTULA.

I.

Haec epistula nomen neque auctoris neque lectorum indicat, traditur autem codicibus graecis et versione latina sub nomine Barnabae, et codex Vaticanus in inscriptione Barnabam insuper apostolum et comitem Pauli apostoli designat. Eidem epistulam iam Clemens Alexandrinus, qui eam iterum iterumque laudat (cf. adnotationes ad 1, 5; 2, 2; 4, 11; 6, 5. 8. 10; 10; 11, 9; 16, 7. 8; 21, 5. 6. 9) attribuit (Strom. II, 6, 31; 7, 35; 15, 67; 18, 84; 20, 116; V, 8, 52; 19, 64); et veteres reliqui, qui epistulae meminerunt, certe Barnabam apostolum spectaverunt, etiamsi nonnulli de Barnaba solo loquuntur, scilicet Origenes C. Celsum I, 63 et tribus aliis locis (cf. Barn. 18, 1), Eusebius, Serapion Thmuensis saeculo IV medio (cf. 5, 5), Hieronymus pluribus locis, uno (Adv. Pelag. III, 2) eam per errorem Ignatio adscribens. Tacite epistula utebantur auctor Canonum apostolorum ecclesiasticorum et interpres Doctrinae apostolorum latinus; ille praesertim inscriptionem et c. 14 (= Barn. 21, 2—4), hic (1, 1) sermonem de duobus angelis viis duabus praepositis Barnabae debet eumque praeterea sequitur vias vitae et mortis etiam vias lucis et tenebrarum designans [1]. Origenes l. c. Cel-

---

1 Cf. Doctrina duodecim apostolorum ed. Funk 1887 p. 50. 58. 102. E. Henecke, ut supra p. XII dixi, Barnabam et Canones ap. eccles. a forma Doctrinae apostolorum speciali dependere putat.

sum philosophum, quae de apostolis dixit, e Barnabae epistula catholica hausisse conicit. Fortasse etiam Iustinus, Irenaeus et Tertullianus epistulam cognitam habebant (cf. Barn. 2, 10; 7, 4. 6. 8; 15, 4). Latinus quidam partem epistulae priorem (c. 1 —17) in linguam suam vertit.

Clemens Alexandrinus teste Eusebio H. E. VI, 14, 1 in libris ὑποτυπώσεων omnium utriusque testamenti scripturarum compendiosam instituit enarrationem neque τὰς ἀντιλεγομένας praetermisit, scilicet Iudae epistulam ac reliquas epistulas catholicas, item Barnabae epistulam et Revelationem quae dicitur Petri, et in Hypotyp. libro VI eodem H. E. II, 1, 4 referente dixit: Dominum post resurrectionem Iacobo, Ioanni et Petro τὴν γνῶσιν impertiisse, illos eam ceteris apostolis, hos vero septuaginta discipulis tradidisse, quorum unus fuisset Barnabas. Epistulam ergo inter vel proxime S. Scripturas posuit, eumque secutus est Origenes in commentario in epist. ad Rom. I, 24 (ed. Bened. IV, 473) epistulam tacite laudans tanquam scripturam. Eusebius H. E. VI, 13, 6; 14, 1 eam ταῖς ἀντιλεγομέναις adnumerat III, 25, 4 ταῖς νόθοις, hoc vocabulo haud dubie idem denotans atque illo vel auctoritatem, non authentiam epistulae addubitans. Hieronymus De viris illustr. c. 6 et In Ezech. 43, 19 eam inter scripturas apocryphas commemorat, illo loco eam ad aedificationem ecclesiae pertinere addens, eundemque locum Indiculus scripturarum LX et Stichometria Nicephoro adscripta (cf. p. VII) ei attribuunt. In libro de nominibus hebr. Hieronymus epistulam post scripturas N. T. recenset, et codex bibliorum Sinaiticus eam una cum Pastore Hermae illis scripturis adiunctam exhibet. Athanasius et alii veterum, qui libros sacros et ecclesiasticos enumerant, eius mentionem non faciunt.

II.

Veteres ad unum omnes epistulam authenticam habuerunt, neque medio aevo quemquam aliter iudicasse constat. Etiam nonnulli recentiorum eam Barnabae s. Pauli comiti adscripserunt, praesertim Isaacus Voss[1], Ludovicus Elias Dupin[2], G.

1 Epist. genuinae s. Ignatii etc. 1646 p. 316.

2 *Nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques* 1686, ed. II 1688 I, 16—19.

Postquam epistulae in uno volumine una cum sacris libris colligi coeperunt, fieri potuit, ut ab hominibus procacibus vel neglegentibus illae his adnumerarentur. Auctor Constitutionum apostolorum in fine operis vel can. 85 revera Clementis epistulas duas inter libros canonicos, non post eos recenset. In codice syriaco nuperrime detecto, in monasterio Edesseno a. 1170 conscripto, epistulae non post Apocalypsin vel in fine voluminis, sed post epistulas catholicas exhibentur eodemque modo atque illae destinantur, ut in ecclesia praelegantur. In monasterio illo igitur eadem auctoritas iis attributa est ac libris canonicis. Sed an in aliis monasteriis vel ecclesiis et quamdiu, nescimus. Auctor Constitutionum apostolorum vel Ps.-Clemens magnam fidem non invenisse videtur. Neque in codicibus bibliorum saltem neque a scriptoribus graecis epistulae Clementis libris canonicis aequiparantur. Modo librarius codicis Parisini Regii 2428, Ioannis Damasceni librum de fide orthodoxa describens, IV, 17 libris canonicis praeter Canones apostolorum etiam Clementis epistulas duas adiecit; et Coptitae teste Vanslebio[1] etiam saeculo XVII epistulas sacras habebant et in libris Novi Testamenti numerabant.

V.

Epistula vix typis publicata erat, cum integritas in dubium vocaretur. Hieronymus Bignon, advocatus regius Parisinus, iam a. 1633 scripsit Hugoni Grotio, occurrere sibi videri in ea quaedam a stylo apostolico aliena, praesertim frequentiora epitheta, fabulam avis phoenicis et vocem λαϊκός (40, 5), adquievit autem sententiae viri illius doctissimi obiectiones refutantis[2]. Non multo post cum Eduardus Bernardus

1 *Histoire de l'église d'Alexandrie* 1677 p. 339.

2 Cf. Cotelerius Patr. apost. ed. Clericus 1724 I, 133 sq.

Anglicanus suspicatus esset, epistulam auctam fuisse ab impostore, qui lacinias Clementis Alexandrini Romano adsuisset, Clericus quidem, quae obiecerat ille, digna esse putavit, quae diligentius a viris eruditis expenderentur[1]. Wotton vero iure dixit, eadem ratione actum esse de authentia et fide scriptorum omnium a Clemente Al. usquam laudatorum, quippe qui in citandis auctoribus maxima libertate usus esset[2]. Sagacius quidem rem aggressus est saeculo XVIII Laurentius Mosheim[3] contendens, capita 11—12, 22—27, 40—45 et 55, quippe quae cum argumento epistulae non concinnerent, a posteriore intrusa esse. Sed erravit vir doctus, et bene respondit Hefele[4]: capita illa tum omnia cum praecedentibus optime cohaerere, tum nonnulla iam ab Origine (c. 55) et Cyrillo Hierosolymitano (c. 25) allegari; styli et orationis diversitatem nullibi inveniri nec verisimile esse, epistulam, quae publice in ecclesia praelecta fuisset, ab homine improbo foedatam esse. Saeculo XIX quoque nonnulli epistulam interpolatam esse voluerunt, e. g. A. Neander[5]. A. Schwegler[6] et F. Ch. Baur[7] non solum integritatem, sed etiam authentiam impugnaverunt contendentes, epistulam saeculo secundo procedente demum confectam esse. Sed ille sententiam suam vix probare conatus est. Contra hos epistulam strenue defenderunt Chr. C. I. Bunsen[8] et A. Ritschl[9], et hodie vix unus est, qui iis assentiatur. Nec quisquam virorum doctorum sententiae adstipulatus est, quam I. M. Cotterill[10] nuper

1 Ibidem, Praef. n. III.

2 In notis ad c. 9 p. 40 sq.

3 Institutiones historiae christianae maiores 1739 p. 214 sq.

4 Patr. apost. ed. IV p. XXX sq.

5 *Allgemeine Geschichte der christl. Religion* ed. III 1856 I, 362.

6 *Das nachapostolische Zeitalter* 1846 II, 125—133.

7 *Die Ignatianischen Briefe und ihr neuester Kritiker* 1848 p. 125 sq.

8 *Ignatius von Antiochien und seine Zeit* 1847 p. 189 sqq.

9 *Die Entstehung der altkatholischen Kirche* 1850 p. 282—287. In ed. II 1857 auctor hunc locum omisit.

10 Peregrinus Proteus: *An Investigation into certain relations subsisting between* De morte Peregrini, *the two epistles of Clement to the Corinthians, the epistle to Diognetus, the Bibliotheca of Photius and other writings.* Edinburgi 1879. Exponens in *The Journal of Philology* XIX (1891), 260, Antiochum monachum saeculo VII epistulam Polycarpi componentem

proposuit, epistulam una cum pluribus aliis scripturis veteribus saeculo XVI exeunte a societate falsariorum ducibus Nicephoro Callisti Graeco et Henrico Stephano Gallo confictam esse censens.

VI.

Typis epistula primum vulgata est Oxonii a. 1633 a Patricio Iunio[1], regis Anglorum bibliothecario, quinto anno postquam ex Oriente in Occidentem remeavit. Legitur enim ad calcem codicis illius Veteris et Novi Testamenti celeberrimi, qui a Cyrillo Lucari patriarcha primum Alexandrino, tum (1621—38) Constantinopolitano a. 1628 Carolo I Anglorum regi dono datus est et inde ab anno 1753 in Museo Britannico asservatur. Quae editio cum una cum iis, quas ad ipsam exegerunt I. I. Mader 1654[2], I. Fell 1669[3], Ph. Labbe et Gabr. Cossart 1671[4], Cotelerius et Clericus 1672 et 1698, Paulus Colomiès 1687[5], Thomas Ittig 1699[6], vitiis laboraret haud paucis, Henricus Wotton codice iterum inspecto a. 1718 Cantabrigiae instituit novam et emendatiorem[7], et tum huius tum priorum editionum textum repetierunt P. Coustant 1721[8], I. L. Frey 1742, R. Russel 1746, A. Gallandi 1765, C. T. G. Schönemann 1796[9], Cl. Fr. Bornemann 1828. Decenniis saeculi

Clementis epistulam respexisse, Cotterill sententiam illam plane miram ipse maxima ex parte saltem reprobavit.

1 Κλημεντος προς Κορινθιους επιστολη πρωτη. Clementis ad Corinthios epistola prior. Ex laceris reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecae Regiae eruit, lacunas explevit, latine vertit, et notis brevioribus illustravit Patricius Iunius etc. Ed. II 1637.

2 Clementis ad Corinthios epist. prior. Helmestadii.

3 S. Patris et Martyris Clementis ad Cor. epistola. Oxoniae. Ed. II 1677.

4 Sacrosancta Concilia ad Regiam editionem exacta. Parisiis I, 116 sqq.

5 S. Clementis epistolae duae ad Cor. etc. ed. P. Colomesius. Londini. Ed. II 1695.

6 Bibliotheca Patrum Apostolicorum Graeco-Latina. Lipsiae.

7 S. Clementis Rom. ad Corinthios epist. duae, expressae ad fidem msc. cod. Alexandrini collati cum editione Iunii a Millio et Grabio, illustratae notis Iunii et Cotelerii necnon Ioh. Boisii olim Canonici Eliensis non antehac editis etc.

8 Epistolae Romanorum Pontificum. Parisiis t. I.

9 Epistolae Rom. Pontif. ed. Coustantii repetita. Gottingae.

XIX mediis de textu e codice emendando optime meriti sunt Gul. Iacobson 1838, Const. Tischendorf et I. B. Lightfoot[1], et eodem tempore praeter illos epistulam ediderunt C. I. Hefele 1839, Fr. X. Reithmayr 1844, A. Grenfell 1844, Ed. de Muralto 1847[2], Alb. Dressel et I. P. Migne 1857, Ad. Hilgenfeld 1866, I. C. M. Laurent 1870[3], Gebhardt et Harnack 1875. Tischendorf, cum editio codicis photographica, quam a. 1856 fecerat F. Madden, minus prospere processisset, eiusmodi editionem paravit, qua singula, quae in codice supersunt, quam accuratissime repraesentarentur, et primum a. 1867 in *Appendice codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini*, deinde a. 1873 separatim publicavit[4].

Tischendorf et Lightfoot codicem Alexandrinum tanta cum diligentia pervestigaverunt, ut aliis vix quidquam relinqueretur. Sed codex ipse valde corruptus est[5]. Folium enim decimum, quod finem capitis 57 et sex capita sequentia continet, excidit, et reliqua folia, quae conservata sunt, tineis obesa vel alio modo corrupta sunt, ita ut plures loci legi nequeant. Itaque textus epistulae quamdiu e codice uno Alexandrino hauriendus erat, nonnisi imperfectus edi poterat. Lacuna magna, quae toto folio deperdito exstiterat, nullo modo expleri poterat. In parvis lacunis ingenio editorum quidem restituta sunt, quae auctor ipse scripsisse videbatur. Sed haud raro alii alia coniecerunt, et nonnumquam omnes errasse apparebat, cum Philotheus Bryennius e codice celeberrimo, cui Doctrinam apostolorum debemus, a. 1875 Clementis epistulas integras typis vulgaret[6].

1 *S. Clement of Rome. The two Epistles to the Corinthians.* Londini et Cantabrigiae 1869.

2 Codex N. T. deuterocanonicus seu Patres apost. I Turici 1847.

3 Clementis Rom. ad Corinthios epistula. Lipsiae.

4 Clementis Rom. epistulae. Ad ipsius codicis Alexandrini fidem ac modum repetitis curis edidit etc. Lipsiae.

5 Editio phototypica Novum Testamentum et Clementis epistulas exhibens a. 1879 Londini parata est.

6 Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν *Κλήμεντος* ἐπισκόπου Ῥώμης αἱ δύο πρὸς Κορινθίους ἐπιστολαὶ ἐκ χειρογράφου τῆς ἐν Φαναρίῳ Κωνσταντινουπόλεως Βιβλιοθήκης τοῦ Παναγίου Τάφου νῦν πρῶτον ἐκδιδόμεναι πλήρεις μετὰ προλεγομένων καὶ σημειώσεων ὑπὸ *Φιλοθέου Βρυεννίου* μητροπολίτου Σερρῶν. Ἐν Κωνσταντινουπόλει 1875. — Folia codicis, quae Clementis epistulas con-

Quae editio ab omnibus, qui antiquitati christianae operam navant, maximo cum gaudio excepta est, et Gebhardt-Harnack ac Hilgenfeld iam a. 1876 novas editiones instituerunt totum epistularum textum exhibentes. Eodem fere tempore in bibliotheca, quam Iulius Mohl † 1876 reliquit, codex syriacus, a monacho Edesseno a. 1170 scriptus, inventus est, qui totum Novum Testamentum Apocalypsi excepta et inter epistulas Iudae et Pauli ad Romanos Clementis epistulas duas continet, et nunc in bibliotheca Universitatis Cantabrigiensis, quae eum sibi comparavit, asservatur [1]. I. B. Lightfoot a. 1877 in Appendice suae Clementis epistularum editioni adiectae lectiones epistularum variantes iuris publici fecit; ego eas in editione Patrum apostolicorum a. 1878 ad textum recensendum adhibui, a. 1890 etiam Lightfoot partem Patrum apost. primam emittens. Nuperrime G. Morin in codice bibliothecae Seminarii Namurcensis saec. XI exarato etiam versionem veterem latinam detexit et in volumine II Anecdotorum Maredsolanorum a. 1894 edidit. Qua consulta R. Knopf a. 1899 novam epistulae editionem instituit [2].

Testes epistulae quattuor nunc nobis praesto sunt, codices graeci Alexandrinus = A, Hierosolymitanus = H, versiones latina = L, syriaca = S, et quaeritur, quae sit eorum auctoritas. Cum versio latina iam ante saeculum IV exarata esse videatur, certe ex exemplari graeco antiquissimo fluxerit, Knopf eam tribus testibus orientalibus auctoritate parem esse censuit eiusque lectionem pluribus locis (6, 1; 8, 5; 10, 7; 20, 12; 21, 3; 27, 5; 37, 4; 42, 1. 4; 46, 7; 47, 2) lectionibus illorum praetulit. Considerans interpretem haud raro maiorem libertatem sibi usurpasse et textum exemplaris graeci adhibiti saepe vix dignosci posse, equidem codicem A ducem sequor, nisi reliqui testes seu omnes seu duo saltem consentientes se textum rectum tradidisse probaverint.

---

tinent, arte phototypica expressa Lightfoot editioni epistularum alteri vel volumini partis I Patrum apostolicorum priori adiecit.

1 Editionem versionis paravit R. L. Bensly et post eius mortem publicavit R. H. Kennett Cantabrigiae a. 1899.

2 *Der erste Clemensbrief untersucht und herausgegeben.* Lipsiae 1899 (*Texte und Untersuchungen N. F.* V, 1).

De doctrina S. Clementis disputarunt inprimis Lipsius[1], Wrede[2], L. Lemme[3].

VII.

De altera quae dicitur Clementis epistula plura iam supra (c. IV) dicta sunt. Inde a saeculo quarto enim eius plerumque una cum priore a veteribus mentio fit eique, cum utraque a Clemente Romano scripta putaretur, eadem atque illi auctoritas attribuitur. Quae autem praeterea de ea cognita habemus, haec sunt. Cum Dionysius Corinthius (Eus. H. E. IV, 23, 13) Clementis epistulam, de qua adhuc disputavimus, προτέραν appellet non respectu secundae eiusdem auctoris epistulae, sed respectu epistulae Soteris Romani pontificis, quae pariter in ecclesia Corinthiorum publice legebatur, Eusebius primus eius meminit. Monet enim H. E. III, 38, 4, alteram quoque Clementis epistulam circumferri, sed non perinde ac priorem notam esse, quoniam nec veteres ea usi fuerint. Hieronymus Cat. c. 15 ultro refert, eam a veteribus reprobari. Epiphanium quoque epistulae testimonium praebere, quippe qui H. 27 c. 6; H. 30 c. 15 de pluribus Clementis epistulis verba faciat, probari nequit. Cum enim verba, quae H. 30 c. 15 laudantur, e Ps.-Clementis epistulis ad virgines (cf. adnotat. ad I Clem. c. 17) desumpta sint, conicere licet, eum has respicientem de pluribus Clementis epistulis locutum esse. Photius Bibl. cod. 113 Eusebii vel potius Hieronymi iudicium repetit. Postquam enim retulit, Clementem epistulam praeclaram ad Corinthios scripsisse, quae a multis digna haberetur, quae publice legeretur, pergit: ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Quibus ex verbis sequi videtur, eum dubitasse, num scriptura a Clemente confecta aut revera epistula esset. Sed non liquet. Cod. 126 enim non de altera quae dicitur, sed simpliciter de altera Clementis epistula loquitur, neque a verisimilitudine abhorret, eum aeque ac Hieronymum Eusebii verba minus

---

1 De Clementis Rom. epist. ad Cor. priore disquisitio 1856 p. 16—107.

2 *Untersuchungen zum ersten Klemensbriefe.* Gottingae 1891.

3 *Das Judenchristentum der Urkirche und der Brief des Clemens von Rom,* in *Neue Jahrbücher für deutsche Theologie* I 1892.

recte interpretatum esse. Nullus sane veterum scripturam Clementi disertis verbis abiudicavit.

In codice Alexandrino epistula nostra Clementis epistulae priori adiuncta est. Sed cum, quae voces θῆλυ τοῦτο 12, 5 sequuntur, in codice illo deficiant, usque ad novissimos dies duae tantum epistulae partes cognitae fuerunt. Tertia pars demum in codice Constantinopolitano vel potius Hierosolymitano et in versione syriaca inventa est; versio latina non exstat. Ex quo autem tempore totam scripturam habemus, patet, recte iudicasse Godofredum Vendelinum, Henricum Dodwell [1] et I. E. Grabe [2], qui primi viderunt, eam non epistulam, sed homiliam esse. Epistulae enim formam non habet ipsaque inscriptione cum voto iuncta in frontispicio caret, qualis tamen in omnibus apostolorum ac virorum apostolicorum litteris ad particulares ecclesias datis inque ipsa prima Clementis epistula plane exstat. Accedit, id quod nunc cognoscimus, quod scriptura revera in ecclesia aliqua tanquam homilia praelecta fuit. Cf. 15, 2; 17, 3; 19, 1.

De tempore, quo scriptura confecta esset, alii alia statuere. Plerique eorum, qui eam epistulam esse putaverunt, eam Clementi Romano vindicaverunt, M. I. Wocher [3] vero Dionysio Corinthio, Ad. Hilgenfeld in editione priore (p. XXXIX) Soteri Romano. H. Hagemann [4] respiciens Hieron. Adv. Iovin. I, 12 et Epiph. H. 30 c. 15, ubi Clementi ἐπιστολαὶ ἐγκύκλιοι adscribuntur, contendit, eam tanquam epistulam encyclicam Clementi Romano suppositam et librum esse, quem Hermas Vis. II, 4, 3 Clementi mittere iubetur. Sed cum viri isti omnes de charactere scripturae sese fallerent, fieri non potuit, quin etiam in constituendo tempore alii magis alii minus errarent. Grabe [5] suspicatus est, eam post Origenem, cui eam nondum notam fuisse coniectare liceret, et aliquamdiu ante Eusebium vel saeculo tertio medio in lucem prodiisse. A. Ritschl [6] ex c. 9 collegit, eam temporibus Gnosticorum exaratam

1 Dissertat. in Irenaeum 1689 I § 29.

2 Spicilegium SS. Patrum ed. II 1700 I, 268.

3 *Die Briefe der apost. Väter* etc. 1830 p. 204.

4 *Theologische Quartalschrift* 1861 p. 509—531. Sententiae assensus est I. Sprinzl, *Die Theologie der apost. Väter* 1880 p. 24—29.

5 Spicilegium p. 269.

6 *Die Entstehung der altkathol. Kirche* ed. II p. 286.

esse. Ad. Hilgenfeld[1] eam tempori M. Aurelii imperatoris (161—180) adscripsit. Nostro adhuc tempore Bryennius[2] Clementem Romanum homiliae auctorem esse contendit, sed non probavit[3], et si eum exceperis, ad unum omnes nunc sibi persuasum habere videntur, eam post aetatem Clementis Rom. exortam esse. Hilgenfeld in editione altera (p. XLIX) suspicatus est, Clementem Alexandrinum iuvenem (M. Aurelio imperante) Corinthi versantem orationem sacram habuisse, quae primo Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους inscripta, postea autem Clementis Rom. epistulae tanquam altera epistula addita esset. Lightfoot scripturam ad annos 120—140 retulit. Harnack in editione scripturae altera (p. LXX sqq.) demonstrare conatus est, homiliam intra annos 130 et 160 vel potius 135 et 140 Romae exortam esse[4]. In editione priore (p. XCI) sententiae Hilgenfeldianae priori assensus erat, et nuperrime[5] eam paulo mutatam repetiit dicens, homiliam circiter anno 170 Romae confectam et tanquam scripturam ad Christianos aedificandos aptam a Romanis Sotere pontifice (165—174) Corinthiis seu sermonem consolatorium poscentibus seu non desiderantibus verbis aliquot nuncupatoriis praemissis datam fuisse. Revera homiliam saeculi II esse vix dubium est. Impugnantur enim (c. 9), qui non solum hanc carnem nostram resurrecturam esse negaverunt, sed etiam contendisse videntur, opera carnis non magni momenti esse, cum caro ipsa periret, neque erraverimus statuentes, illos Gnosticos fuisse. Praeterea auctor potius ante quam post medium saeculum se vixisse indicare videtur, quoniam quae c. 14 de ecclesia spirituali leguntur, postquam Gnostici errores suos per totum orbem disperserunt, haud facile dici poterant. Considerantibus autem, rationes ecclesiarum singularum maxime varias fuisse et auctorem homiliae non ecclesiam universam aut plures ecclesias, sed unam tantum respexisse, nobis cavendum est, ne nimium

1 *Die apostolischen Väter* p. 115 sqq.

2 Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολαί. Prolegom. c. 24.

3 Cf. *Theologische Quartalschrift* 1876 p. 296 sqq.

4 Idem fere sentit I. de Schubert in *Gött. gelehrte Anzeigen* 1899 p. 569—574.

5 *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 438—450.

e scriptura concludamus vel eius aetatem definientes terminos artiores figamus.

Ubi homilia habita sit, e 7, 1. 3 elucet. Ibi enim orator ad ludos Isthmicos alludit et cum voci καταπλεῖν non addat εἰς τὸν Ἰσθμὸν vel εἰς Κόρινθον, concludamus oportet, eum Corinthi sermonem fecisse. Accedit, quod, si oratio in hac urbe habita fuit, facile intellegimus, quomodo opus auctoris incerti Clementi Romano vindicatum sit. Historia homiliae ostendit, eam dignam existimatam fuisse, quae saepius in ecclesia praelegeretur. Statuere autem licet, eam hanc ob causam in uno volumine Clementis epistulae subiunctam et denique eidem auctori attributam fuisse. Initio forsan inscripta fuit πρὸς Κορινθίους; deinde autem librarius ex inscriptione praecedente addidit Κλήμεντος β'[1]. Harnack l. c. quidem nuperrime verbum καταπλεῖν sensu latiore interpretari conatus est, argumenta vero idonea non protulit. Neque verba Dionysii Corinthii ab Eusebio H. E. IV, 23, 11 tradita, scilicet epistulam a Sotere Romano missam aeque ac Clementis epistulam in conventu ecclesiastico legi, facile de scriptura nostra intellegenda sunt. Scriptura enim non est epistula, et si hoc omittimus, respicientes vocem ἐπιστολή nonnunquam etiam sensu latiore usurpari, difficillimum est ad credendum, Romanos homiliam solam, modo aliquot verbis nuncupatoriis adauctam, Corinthiis misisse. Quod ut statuamus, argumentis saltem validioribus nobis opus est quam eis, quae hucusque de hac re prolata erant.

Ordo sententiarum hic est. Magna, non humilia sentiamus de Christo. Ipse enim nos de tenebris ad lucem vocavit et pereuntes salvavit (c. 1). Verba Iesaiae 54, 1 in nobis impleta sunt (2). Confiteamur igitur Dominum mandatis ipsius obsequentes (3), bona opera facientes (4), hunc mundum contemnentes (5), qui est inimicus futuro. Sin autem, non intrabimus in regnum Dei (6). Contendamus igitur, ut coronam aeternam consequamur (7). Paenitentiam agamus, dum tempus est, et carnem castam servemus (8). Ne dicamus, carnem non resurrecturam esse. Non dubium est, fore ut in hac carne

1 Cf. Lightfoot, Patr. apost. p. I vol. II, 197—201; Zahn, in *Gött. gelehrte Anzeigen* 1876 p. 1430 sq.

iudicemur. Diligamus ergo nos invicem et Domino demus laudem (9). Praeponamus gaudia aeterna voluptatibus saeculi (10). Ne dubitemus, sed fidem habeamus promissis Dei, et mercedem reportabimus (11). Regnum Dei cottidie exspectemus, quoniam adventum Domini ignoramus (12). Iam igitur paenitentiam agamus (13), ut voluntatem Dei facientes simus ex ecclesia spirituali et accipiamus bona vitae aeternae (14). Quod si facimus, non paenitebit nos. Magnus fructus nobis erit (15). Convertamur ad Deum, qui vocavit nos, ut in die iudicii Iesu misericordiam consequamur (16). Neque solum nunc, sed etiam domum dimissi attendamus mandatis Domini, ut ad vitam perveniamus. Dominus enim secundum sua cuique opera retribuet (17). Simus ergo ex iustis, non ex improbis (18). Ne aegre feramus, neque si a presbyteris commonefimus neque si iniustos divites et iustos angustatos videmus. Praeceptis Domini oboedientes et miserias huius temporis patienter tolerantes beati erimus. Deus autem non cito dat mercedem, ne lucrum, sed pietatem sectemur (19—20).

Homilia fere semper una cum Clementis ad Corinthios epistula tanquam altera epistula edita et versa est. Editio princeps et editiones duae sequentes in titulo quidem priorem epistulam tantum promittunt, praebent autem etiam fragmentum alterius epistulae tunc temporis notum. Cf. ergo, quae de editionibus et versionibus supra c. VI dicta sunt.

VIII.

Circumferuntur denique (Homilias Clementinas et reliqua opera mere ficticia silentio praetereo) sub nomine Clementis duae epistulae ad virgines. Exstant in codice syriaco, qui a. 1470 conscriptus est a monacho et presbytero Kuphar quique nunc asservatur in Bibliotheca seminarii Remonstrantium Amstelodamensis. I. I. Wetstein primus epistulas syriace et latine a. 1752 edidit, et plures eas genuinas habuerunt, cum plerique rectius eas Clementi Romano abiudicarent. Remitto lectorem ad volumen II Patrum apostolicorum, in quo epistulas latine edidi atque illustravi.

S. IGNATII EPISTULAE.

I.

Ignatius vel Theophorus, ut graeco nomine vocabatur, saeculo primo exeunte et secundo ineunte ecclesiae Antiochenae praefuit[1]) et Traiano imperatore condemnatus est, ut Romae bestiis obiceretur. Origenes In Luc. hom. VI (ed. Bened. III, 938), Eusebius H. E. III, 22, Hieronymus Cat. c. 16 inter episcopos Antiochenos locum secundum vel, si Petrus numeratur, tertium locum ei assignant. Theodoretus Dial. I ed. Migne IV, 82 quidem narrat, eum de Petri ipsius dextera gratiam pontificatus suscepisse, et Chrysostomus Hom. in s. Ignat. mart. c. 4 (ed. Bened. II, 597) dicit, eum Petro successisse, cum hic esset Antiochia discessurus. Constitutiones apostolorum VII, 46 contendunt, Ignatium a Paulo, Evodium (teste Eusebio H. E. III, 22 primum Antiochenorum episcopum) a Petro ordinatum esse, et Baronius Ann. 45, 14; 71, 11 ac Natalis Alexander[2] coniecerunt, primo propter Christianorum contentionem utrumque simul ecclesiae Antiochenae praefuisse, alterum fidelibus e gentilibus, alterum fidelibus e Iudaeis; postquam autem dissensionis paries sublatus et utraque pars unum in coetum adunata esset, Ignatium Evodio cessisse et post eius mortem tandem iterum sedisse[3]. Sed praeferenda sunt, quae Eusebius tradidit.

Ad bestias Ignatium damnatum esse iam Irenaeus Adv. haer. V, 28, 4 narrat. Romae autem eum martyrium subiisse non solum ex eius epistula ad Romanos (cf. Eph. 1, 2; 21, 2) elucet, sed etiam Origenes In Luc. hom. VI (ed. Bened. III, 938), Eusebius H. E. III, 36, 3 et omnes posteriores dicunt; Polycarpus saltem prodit rogans Philippenses (13, 2), quorum

---

1 Eusebius in Chronico (ed. Schöne II, 158. 162) eum inter annos Abrahae 2085 et 2123 et Vespasiani annum IX et Traiani ann. IX posuit.

2 Historia ecclesiastica 1686. Saec. I diss. 13 concl. 1.

3 Aliam coniecturam proposuit Martialis Mastraeus, Ignatii epistolae 1608; Notae p. 9. Putat enim, Evodium Petro vivente obiisse, tuncque Ignatium ab apostolo antea ordinatum, qui Evodio succederet, arcessitum fuisse.

civitas Smyrnaeo non versus Antiochiam, sed versus Romam sita erat, ut sibi significent, si quid de eo compertum habuerint. Solus Ioannes Malalas, qui saeculo VI vixit, tempore terrae motus, quo Antiochia die 13. Dec. a. 115 p. Chr. vexata est, in hac urbe eum mortuum esse narrat (Chronogr. lib. XI ed. Bonn. p. 276), atque Volkmar[1], Dierauer[2], Aubé[3] et Völter[4] ei fidem habuerunt. Haud dubie autem erravit. Syrus quidem fuisse videtur, sed minime semper testis locuples, et fide multo dignior est Chrysostomus Antiochenus, qui coram universo populo Antiocheno enuntiavit, Ignatium Romae passum esse (l. c. c. 4 sq. ed. Bened. II, 598 sqq.). Fortasse ambiguitas vocis μαρτυρεῖν causa illius erroris fuit[5].

Quod ad pueritiam adolescentiamque attinet, Symeon Metaphrastes et Menaea graeca apud Bollandum (Act. SS. 1. Febr. I, 28) Ignatium parvulum illum fuisse volunt, quem Dominus apostolis de primatu litigantibus ad imitationem proposuit dicens: Quicunque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno caelorum (Matth. 18, 4). Sed narratio veteribus ignota e nomine Θεοφόρου (i. e. a Deo gestato) ortum habuisse videtur[6]. Martyrium Colbertinum (1, 1; 3, 1) narrat, eum una cum Polycarpo discipulum s. Ioannis fuisse, ac similiter Hieronymus (Chron. ann. Traiani XI) Papiae et Polycarpo, apostoli auditoribus, eum adiungit. Uterque autem testis errasse videtur. Ignatius enim ipse ad Polyc. 1, 1 indicat, se Polycarpum non prius vidisse quam eo tempore, quo Romam ductus est, et testes antiquiores, praesertim Eusebius, omnium

---

1 *Handbuch der Einleitung in die Apokryphen* I, 49 sqq. 121 sqq. Cf. Zahn, *Ignatius von Antiochien* 1873 p. 66 sqq.

2 *Beiträge zu einer kritischen Geschichte Trajans.* Cf. Büdinger, *Untersuchungen zur röm. Kaisergeschichte* 1868 I, 171.

3 *Histoire des persécutions* de l'église I (1875), 230—247.

4 *Die Ignatianischen Briefe* 1892 p. 84—97.

5 Cf. Lightfoot, S. Ignatius II, 435—444.

6 Alia fabula medio aevo ex hoc nomine orta est. Vincentius Bellov. (Spec. hist. X, 57 ed. Bened. IV, 388) narrat: Huius cor cum minutatim divisum esset, nomen Domini Iesu Christi, litteris aureis inscriptum (ut legitur), in singulis partibus inventum est. Dixerat enim, se habere Christum in corde.

eruditissimus, de discipulatu illo silent. Hieronymus ipse sententiam mutasse videtur. In Catalogo c. 16 enim Polycarpum solum Ioannis auditorem vocat, et forsan in Chronico l. c. nomen Ignatii per neglegentiam tantum inseruit, verba Eusebii H. E. III, 36, 1. 2 male interpretatus [1].

Quamquam autem Ignatium s. Ioannis discipulum fuisse non constat, tamen verisimile est, puerum vel adolescentem eum Petrum aut Paulum vidisse, qui aliquamdiu Antiochiae commorati sunt. Gregorius M. quidem, qui Ep. V, 39 eum discipulum Petri nominat, fide non satis dignus est. Quinque enim saeculis ab Ignatio remotus est ac praeterea Petri discipulum eum nonnisi ex ea causa vocasse videtur, quod apostolus ille cathedram Antiochenam aeque ac Romanam constituerat. Sed ex eo, quod secundus Antiochenorum episcopus fuit, eum apostolos vidisse collegerim. Ubi enim fieri potuit, ecclesiae saeculo primo discipulos apostolorum episcopos elegisse videntur, et accedit, quod Chrysostomus Hom. in s. Ign. c. 1 (ed. Bened. II, 593) disertis verbis dicit, Ignatium cum apostolis strenue versatum esse et fluenta hausisse spiritualia. Ne opponas, Eusebium de hoc discipulatu nihil dixisse. Namque pater historiae ecclesiasticae nec alios viros apostolorum discipulos vocat, quos apostolos vidisse certum est.

Martyrium Colbertinum porro dicit, Ignatium a Traiano, cum adversus Armeniam et Parthos expeditionem parans Antiochiae commoratus fuerit, anno imperii nono (a 26 Ian. 106 usque ad 26 Ian. 107) ad bestias condemnatum et Sura ac Senecione iterum consulibus die 20 Dec. martyrio coronatum esse (2, 1; 7, 1), nec pauci viri haec verba ad annum 107 referentes, quo Sura III et Senecio II consules fuerunt, s. martyrem illo anno mortuum esse statuerunt, cum alii scripturam illam respicientes mortem ad annum Traiani 108 vel 109 vel 112, etiam ad annos 114—116 adscriberent. Rectius tempus martyrii definientes Actis fide minus dignis omissis Eusebium consulimus. Neque vero hic auctor testis certi anni est. H. E. III, 36 id tantum refert, Ignatium Traiani tempore mortuum esse. In

1 Cf. Zahn, *Ignatius von Antiochien* 1873 p. 46 sqq.

Chronico quidem martyrium ad annum Traiani nonum adiungit, eo autem modo, ut accuratiorem temporis notitiam sibi defuisse satis distincte prodat. Quae cum ita sint, id solum certum haberi potest, Ignatium Traiano regnante passum esse. Conicere vero licet, martyrium imperio neque ineunte neque exeunte, sed eo fere tempore factum esse, ad quod Eusebius mortem refert [1].

De itinere Martyrium Colbertinum (3, 1) dicit, Ignatium Seleucia Smyrnam navi vectum esse. Epistulae autem produnt, terra eum in urbem illam pervenisse, et id tantum respectu Rom. 5, 1 concedendum est, Seleucia in Ciliciam aut Pamphyliam eum forsan navigasse. Rom. 9, 3 enim Ignatius ecclesiarum meminit, quae in nomine Iesu Christi eum receperunt et in singulas urbes eum praecesserunt. Eph. 9, 1 haereticorum mentionem facit, qui Epheso venientes ipsi occurrerunt. Philadelphiam eum transiisse, e pluribus epistulae ad Philad. locis elucet. De episcopo enim c. 1 eo modo loquitur, ut statuamus oporteat, ipsum eum vidisse cum eoque versatum esse. Deinde dicit, sese nullam apud Philadelphenses divisionem invenisse (3, 1) et voce magna eos admonuisse, ut episcopo et presbyterio oboedirent (7, 1). Philadelphiae quoque cum haereticis convenisse videtur, qui Eph. 9, 1 commemorantur. Ephesum autem et Magnesiam et Tralles non venit. Ecclesiae enim illae ei non ipsae, sed per eos tantum cognitae sunt, quos eum salutaturae Smyrnam miserunt. Qua in urbe aliquamdiu commoratus epistulas ad Ephesios, Magnesios, Trallianos, Romanos conscripsit. Cum Troadem pergeret, ubi epistulas ad Philadelphenses, Smyrnaeos, Polycarpum exaravit, Burrhus, diaconus Ephesiorum eum comitatus est (Eph. 2, 1; Philad. 11, 2; Smyrn. 12, 1), et cum in urbem pervenisset, advenerunt Rheus Agathopus Syrus et Philo diaconus Cilix. Non enim ab initio hi viri eum comitati, sed secuti sunt idque, ut

1 Accuratius de tempore martyrii disseruit Lightfoot, S. Ignatius (pars II operis: *The Apostolic Fathers*) II, I, 433—470. Harnack, *Die Zeit des Ignatius* 1878, probare conatus est, Ignatium imperio Hadriani exeunte vel Antonino Pio imperatore passum esse, sed in libro: *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, I (1897), 381—406 sententiam revocavit.

videtur, ut eum de fine persecutionis certiorem facerent. Troade enim comperit, ecclesiam Antiochenam pacem obtinuisse, et Philadelphenses monuit, ut diaconum ad eam mitterent et de pace restituta ei gratularentur (Philad. 10). Qua in urbe Neapolim profecturus navem conscendit (Polyc. 8, 1) et Philippis viam Egnatiam ingressus est (cf. Polyc. ad Philipp. 9, 1). De reliquo itinere nihil certi traditum habemus. Conicere autem licet, Macedonia et Illyria graeca peragrata Epidamni aut Apolloniae eum in navem ascendisse et Brundusio Romam iterum pedibus perexisse. Acta, quae c. 5 referunt, Adriatico transnavigato eum mare Tyrrhenum navi ingressum esse et in Portu Romano in terram exiisse; Puteolis eum e navi descendere voluisse, ut in eadem via qua Paulus apostolus Romam veniret, sed vento vehementi in altum repulsum esse, vix fide digna sunt.

Ignatium testibus epistulis non mari, sed terra Smyrnam pervenisse, iam Eusebius vidit. Scribit enim H. E. III, 36, 4: καὶ δὴ τὴν δι' 'Ασίας ἀνακομιδὴν μετ' ἐπιμελεστάτης φρουρῶν φυλακῆς ποιούμενος τὰς κατὰ πόλιν αἷς ἐπεδήμει παροικίας ταῖς διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ προτροπαῖς ἐπιρρωννύς, ἐν πρώτοις μάλιστα προφυλάττεσθαι τὰς αἱρέσεις ἄρτι τότε πρῶτον ἐπιπολαζούσας παρῄνει, προὔτρεπέ τε ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, ἣν ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ ἐγγράφως ἤδη μαρτυρόμενος διατυποῦσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο[1].

II.

Ignatium Smyrnae et Troade commorantem septem epistulas scripsisse iam Eusebius tradit, idemque duos (Rom. 5; Smyrn. 3, 1. 2) vel tres (cf. Eph. 19, 1) epistularum locos transscribens prodit, breviorem quae dicitur recensionem se manu versasse. Scribit enim H. E. III, 36, 5 sqq.: οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐπιστολὴν ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων 'Ονησίμου, ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται, καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην,

1 De itinere s. Ignatii cf. Th. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 250—295; Lightfoot S. Ignatius I, 31—37; Funk, *Kirchengeschichtl. Abhandlungen und Untersuchungen* II (1899), 338—347.

ἧς ἄρχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστορεῖ. πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει, ᾗ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου τῆς ποθουμένης αὐτὸν ἀποστερήσαιεν ἐλπίδος. ἐξ ὧν καὶ βραχύτατα εἰς ἐπίδειξιν τῶν εἰρημένων παραθέσθαι ἄξιον. γράφει δὴ οὖν κατὰ λέξιν· sc. Rom. 5. καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης πόλεως ταῖς καταλεχθείσαις ἐκκλησίαις διετυπώσατο. ἤδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ, ὃν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην οἷα γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξιών· sequitur Smyrn. 3, 1. 2. Neque vero primus epistularum notitiam habuit. Epistulas ad Ephesios et Romanos iam Origenes et Irenaeus laudant (cf. adnotationes ad Eph. 19, 1; Rom. 4, 1; 7, 2). Auctor Didascaliae apostolorum (saec. III) sententias plures et adeo insignes cum Ignatio communes habet, ut eius epistulas legisse censendus sit[1]. Testis autem antiquissimus et locupletissimus est Polycarpus, Smyrnaeorum episcopus, quocum Ignatius, cum Smyrnae commoraretur, versatus est cuique Troade litteras dedit, et si verum est, quod dixit, dubitari nequit, quin Ignatius iter Romam faciens plures epistulas scripserit. Ex epistula (13, 2) enim, quam brevi postquam Ignatius Philippos pervenit Philippensibus scripsit, elucet, eum illis rogantibus Ignatii epistulas misisse.

Testibus veterrimis etiam Lucianus Samosatensis adnumerandus est, quippe qui in dialogo de morte Peregrini nonnulla scripserit, quae ex Ignatii epistulis desumpta esse videntur. Peregrinus enim in vincula conicitur (c. 12) idque, ut auctor alio loco (c. 14) prodit, Antiochiae, ac nihilominus etiam ecclesiae Asiae minoris captivo subsidia misisse dicuntur (c. 13). Nonne haec ex epistulis nostris hausta sunt, in quibus legimus, ecclesias Asiae episcopo Antiocheno captivo beneficia tribuisse? Si porro legimus, Christianos Peregrinum e vinculis liberare

1 Cf. Funk, *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 70; Holzhey in *Theologische Quartalschrift* 1898 p. 380—385.

studuisse ac custodes corrupisse, ut cum captivo versari possent (c. 12), epistula ad Romanos in memoriam revocatur. Accedunt denique duo loci, ubi verba ipsa verisimile reddunt, Ignatii epistulas Lucianum haud fugisse, et hi quidem:

Lucianus.	Ignatius.
c. 4: τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα.	Eph. 1, 2: δεδεμένος ἀπὸ Συρίας. Cf. 21, 2.
c. 41: φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς διαπέμψαι αὐτόν, διαθήκας τινὰς καὶ παραινέσεις καὶ νόμους· καί τινας ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς τῶν ἑταίρων ἐχειροτόνησε νεκραγγέλους καὶ νερτεροδρόμους προσαγορεύσας.	Polyc. 8, 1: ἐπεὶ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι . . . γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις . . . εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι, οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι, οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπό σου πεμπομένων. Polyc. 7, 2: πρέπει . . . χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεοδρόμος καλεῖσθαι. Cf. Smyrn. 11, 2; Philad. 10, 1.

Vocem νερτεροδρόμος voci θεοδρόμος substitutam fuisse non miraberis, si ingenium auctoris respicis. Animadvertas quoque, e voce διαθήκας et e sequentibus patere, referente Luciano Peregrinum epistulas aeque ac Ignatium brevi ante mortem scripsisse [1]. G. Uhlhorn [2] quidem huius testimonii vim negavit, cum auctor dialogi de morte Peregrini minus Christianos quam Cynicos derisisset, et concedendum est, Lucianum non id egisse, ut satiram de Ignatii morte scriberet. Inde autem non sequitur, eum historiam Peregrini narrantem ex Ignatii epistulas nonnulla non deprompsisse.

Proxime post Eusebium epistulas legerunt Athanasius (cf. adnotationem ad Eph. 7, 2), Basilius Magnus (Eph. 19, 1), Ephraemus Syrus (Rom. 2, 2; Polyc. 3, 1. 2), Ioannes Monachus (Rom. 2, 1. 2; 3, 2; 5, 3), Ioannes Chrysostomus (Rom. 5, 2). Hieronymus quoque aliquot locos laudat (Eph. 19, 1; Rom. 4, 1;

1 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 517—528.
2 *Zeitschrift für hist. Theologie* 1851 p. 280 not. 66.

5; Smyrn. 3, 1. 2), sed eos ex libris scriptorum aliorum, non ex epistulis ipsis hausisse videtur. Saeculis sequentibus plures locos allegarunt Theodoretus Cyrensis, Timotheus Aelurus, Severus Antiochenus, Antiochus Monachus (qui praeter locos in commentario laudatos Hom. 93, PG 89, 1717, Magn. 6, 2 in usum suum convertit), Ioannes Damascenus, Antonius auctor Melissae, Syri incerti, quorum fragmenta quae exstant syriace et anglice ediderunt Cureton[1] et Lightfoot, latine Th. Zahn. Paucos locos citaverunt Gelasius Romanus (Eph. 7, 2; 20, 2), Pseudo-Dionysius Areopagita (Rom. 7, 2), Gildas Sapiens (Rom. 5), Anastasius Sinaita (Rom. 6, 3), Maximus Confessor (Smyrn. 11, 3), Andreas Cretensis (Eph. 19, 1), Theodorus Studites (Rom. 7, 2; Smyrn. 4, 1), Gregorius Barhebraeus (Rom. 4, 1). Collegerunt et exscripserunt testimonia Iacobus Ussher[2], Cotelerius, Gallandi, Cureton, Zahn, Lightfoot.

Ex verbis Polycarpi ad Phil. 13, 2 iam Baronius Ann. 109, 18. 19 conclusit, Smyrnaeorum episcopum Ignatii epistulas in unum collegisse, et posteriores ei assensi sunt. Modo I. Ussher[3] et Th. Zahn[4] syllogen Polycarpianam nonnisi ex sex epistulis constitisse censuerunt, et ille epistulam ad Polycarpum, hic epistulam ad Romanos in ea defuisse putavit. Epistula vero ad Polycarpum, quam Ussher tanquam suppositiciam e sylloge exclusit, haud dubie aeque ac reliquae genuina est. Epistula ad Romanos non solum coniuncta cum reliquis, sed etiam sola circumlata esse putari potest. Altera autem ex parte eam etiam in sylloge Polycarpiana fuisse valde verisimile est atque e testimoniis apparet. Origenes, Eusebius, Ephraemus, Timotheus Aelurus, Severus Antiochenus cum epistulam ad Romanos tum reliquas epistulas cognitas habebant[5].

III.

Eusebius septem tantum epistularum notitiam habuit. Circa

1 Corpus Ignatianum 1849 p. 197 sqq. 232 sqq.
2 Polycarpi et Ignatii epistolae 1644 p. 1—6.
3 Diss. c. 2. l. c. p. VI—XI. Patr. ap. ed. Clericus 1724. II Append. p. 201 sq.
4 *Ignatius v. A.* p. 115 sq. 161 sqq. Epistulae p. VII sq.
5 Cf. Vol. II p. XV; Lightfoot, S. Ignatius I, 409—414.

annum 400[1] autem aliae quinque sub Ignatii nomine vulgatae sunt, scilicet 1) ad Mariam Cassobolitam, 2) ad Tarsenses, 3) ad Antiochenos, 4) ad Heronem diaconum Antiochenum, 5) ad Philippenses, iisque epistula Mariae ad Ignatium praemissa est. Epistulae genuinae praeterea, aliae magis aliae minus, interpolatae et omnes in hoc ordine dispositae sunt: 1) Mariae ep. ad Ignatium, 2) Ignatii ep. ad Mariam, 3) ad Trallianos, 4) ad Magnesios, 5) ad Tarsenses, 6) ad Philippenses, 7) ad Philadelphenses, 8) ad Smyrnaeos, 9) ad Polycarpum, 10) ad Antiochenos, 11) ad Heronem, 12) ad Ephesios, 13) ad Romanos.

Praeter illas epistulas denique aliae Ignatii titulo circumferuntur, scilicet duae ad Ioannem apostolum, una ad Mariam beatam virginem, et hae epistulae una cum epistula Mariae ad Ignatium primae typis editae sunt a. 1495[2]. Plures eas iam Bernardo Claravallensi notas fuisse putarunt, e. g. Sixtus Senensis[3], Bellarminus[4], Martialis Mastraeus[5]. Sed verba s. Bernardi (serm. VII in Ps. 90 c. 4): ***Magnus ille Ignatius . . . Mariam quandam in pluribus quas ad eam scripsit epistulis Christiferam consalutat***, ut iam Cotelerius (cf. nota ad epist. ad Philipp. c. 14) vidit, ad Ignatii epistulam ad Mariam Cassobolitam referenda sunt, neque ex eo, quod plures ad Mariam epistulas memorat, abbatem Claravallensem illas epistulas cognitas habuisse concludendum est. Cum enim disertis verbis de Maria quadam loquatur, de numero epistularum errasse putandus est. Primus potius epistularum testis Dionysius Carthusianus esse videtur. Referente enim Sixto Senensi[6] in commentariis, quos edidit in librum Dionysii Areopagitae de divinis

1 De theologia et aetate Ps.-Ignatii cf. Funk, *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 280—315; *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* II (1899), 347—359. A. Amelungk, *Untersuchungen über Pseudo-Ignatius*, interpolatorem annis 345—350 scripsisse probare conatus est, minime vero probavit, ut in *Theolog. Quartalschrift* 1901 demonstravi.

2 Appendix ad librum: Vita et processus s. Thome cantuarensis martyris super libertate ecclesiastica. Parisius 1495.

3 Bibliotheca sancta 1566 lib. II s. v. Maria p. 141.

4 De scriptoribus ecclesiasticis ed. Colon. 1657 p. 42.

5 S. Mart. Ignatii epistolae. Parisiis 1608. Notae p. 15.

6 Biblioth. sancta l. c.

nominibus, ita scribit: *Sanctus Ignatius in una epistularum suarum ad sacratissimam virginem fervide rogat eandem, ut pro consolatione et confortatione sui et plurium neophytorum dignetur venire ad se,* neque dubium est, eum epistulam legisse, ex qua etiam verba nonnulla allegavit. Cum epistulae veteribus plane ignota sint nec nisi latine exstent nec Graecismum redoleant, paene omnes consentiunt, eas medio aevo a Latino conscriptas esse. Contendit quidem Menas, episcopus urbis Armeniae maioris Bagrevand, se exemplar graecum idque, ut Katergi Mechitarista addit[1], typis editum vidisse, quod praeter sex epistulas Ignatii interpolatas illas tres contineret. Sed quamdiu non alii testes originis epistularum graecae produci possunt, eius verbis vix fides habenda est.

Tribus annis post editionem illarum epistularum Faber Stapulensis versionem epistularum undecim (scilicet earum, quas recensio longior amplectitur, epistulis Ignatii et Mariae Cassobolitae mutuis exceptis) latinam publicavit[2]. Symphorianus Champerius in editione, quam a. 1536 paravit[3], praeter epistulam ad Mariam Cassobolitam Ignatii epistulas ad Ioannem mutuasque eiusdem et beatae Mariae virginis epistulas adiecit, eumque secuti alii quoque has una cum illis ediderunt. Habuerunt eas genuinas, idemque tum temporis omnes Catholici sensisse videntur, e. g. Marcus Michael, presbyter Cortonensis, in libro de viris illustribus[4]. Brevi autem sententia mutata est. Anno 1557 Valentinus Hartung, Frid sive Paceus appellatus[5], et a. 1560 Andreas Gesner[6] textum recensionis longioris graecum

1 *Zeitschrift für katholische Theologie,* ed. Scheiner und Häusler 1852, p. 316.

2 Dionysii Celestis hierarchia . . . Ignacii undecim epistole. Polycarpi epistola una. Parisiis 1498. Recusa Argentinae 1502; Parisiis 1515 etc.

3 Dionysii Carthusiani super omnes S. Dionysii Areopagitae libros commentaria. Coloniae 1536 fol. 357 sqq.

4 Cf. Champerius l. c. fol. 358.

5 Beati inter sanctos Christi defunctos hieromartyris Ignatii etc. opuscula, quae quidem exstant, omnia, idque certe in originali, qua ab ipso primum perscripta sunt, lingua graeca. Dillingae 1557.

6 Ignatii beatissimi martyris et archiepiscopi Antiocheni epistolae duodecim. Ioanne Brunnero Tigurino interprete. Inest in collectione

(Mariae epistula ad Ignatium sola excepta, quam Ussher a. 1644 latine adiecit et a. 1646 I. Voss graece) publicaverunt, indeque ab eo tempore pars epistularum graece et latine, pars latine tantum legebatur. Itaque quaestio orta est, num epistulae latinae aeque ac graecae genuinae putandae essent, et aliquamdiu Catholici affirmarunt, e. g. Sixtus Senensis [1], Petrus Canisius [2], saeculo XVII ineunte etiam Petrus Halloix [3]. Sed viri sagaciores eas s. Ignatio abiudicaverunt. Iam Baronius Ann. 48, 25; 109, 34 eas non amplius defendere conatus est. Bellarminus in libro de scriptoribus ecclesiasticis eas reprobat, cum neque in codicibus graecis habeantur neque gravitatem eloquii s. Ignatii omnino redoleant. Ioannes Maria Brasichellenis, pontificii palatii magister [4], et Martialis Mastraeus [5] ex simili ratione eas in commentationum apocrypharum ordinem redigunt. Nostris diebus Constantinus Skworzow solus eas ab Ignatio scriptas esse opinatus est [6].

Alia quaestio erat, quid de epistulis graecis sentiendum esset, et de his magna controversia facta est. Catholici, e. g. Valentinus Hartung, Baronius Ann. 109, 19, Bellarminus l. c., eas omnes s. Ignatio vindicaverunt. Baronius Ann. 109, 20 etiam contendit, incorruptas et integras eas ad nostram aetatem servatas esse. Martialis Mastraeus [7] autem concessit, eas ab haereticis et a Graeculis posterioribus alicubi interpolatas ac depravatas fuisse. Protestantes vero alii epistulas omnes, alii eas saltem, quarum Eusebius et Hieronymus non faciunt mentionem,

---

varia, cui titulus est: Theologorum aliquot veterum orthodoxorum libri.

1 Bibliotheca sancta 1566 p. 141.

2 De Maria virgine I c. 13 ed. Ingolstad. 1677 p. 96 sq.

3 Illustr. eccles. orient. scriptorum vitae et documenta. Duaci 1633 I, 467. Notandum est autem, auctorem p. 435 de ambiguo Catholicorum iudicio loqui et ipsum de authentia epistularum latinarum paululum iam dubitasse.

4 Index librorum expurgandorum 1607. Cf. Ussher, Dissert. c. 5 p. XXIX.

5 Notae ad epistolas s. Ignatii p. 15.

6 *Patrologische Untersuchungen* 1875 p. 55—97. Idem ceteras Ignatii epistulas Ignatio cuidam Theophoro c. ann. 160 adscripsit.

7 Notae p. 21.

spurias esse contenderunt aut suspicati sunt. Ex illorum numero sunt I. Calvinus[1] et Centuriatores Magdeburgenses[2], ex horum numero Abr. Scultetus[3] et Nic. Vedelius[4]. Hic inprimis non solum contra Mastraeum et Baronium probavit, Ignatium non duodecim epistulas exarasse neque eas, quae a nobis legerentur, incorruptas esse, sed etiam authentiam epistularum ab Eusebio et Hieronymo memoratarum bene defendit et eas ipsas multis locis interpolatas esse demonstravit.

Vedelii vestigia pressit Iac. Ussher ac probare conatus est, quae epistulis a falsario inserta essent. Cum enim videret, locum a Theodoreto ex epistula ad Smyrnaeos (7, 1) depromptum in vulgatis nostris tum graecis tum latinis Ignatii exemplaribus non legi, laudari autem a Roberto Lincolniensi episcopo c. ann. 1250 et a duobus aliis Anglis, circumspicere coepit, num forte adhuc in Anglia reperiri possent Ignatii exemplaria aliqua, ex quibus ille nostrorum codicum defectus suppleri posset. Neque spes eum prorsus fefellit. Libros enim manuscriptos duos nactus est, alterum in publica Collegii Gunwelli et Caii apud Cantabrigienses, alterum in privata D. Richardi Montacutii, Norwicensis nuper episcopi, bibliotheca repositum, qui Ignatianarum epistularum interpretationem continebant a vulgata latina diversissimam. Cum animadvertisset, locum illum a Theodoreto laudatum in hac versione verbotenus translatum esse, reliqua testimonia a patribus antiquioribus ex Ignatio citata conferre coepit eaque et cum suo interprete consentire et a vulgatis tum graecis tum latinis Ignatii codicibus ut plurimum dissidere deprehendit[5]. Itaque cum dubium non esset, quin versionem invenisset, quae ad textum genuinum proxime accederet, et versionem utcunque alias barbaram atque inconditam typis publicavit et epistularum iam vulgatarum editionem paravit, in qua,

---

1 Institutio christ. religionis I c. 13, 29.

2 Centur. II c. 10 ed. Norimb. II, 177 sq.

3 Medullae theologiae patrum syntagma 1609.

4 Apologia pro Ignatio c. 3. 4 (praemissa Ign. epistularum editioni. Genevae 1623).

5 Dissert. c. 3 p. XV sq.

quae ab interpolatore profecta esse videbantur, minio signata sunt[1].

Ussher contendere non est ausus, ex versione quam invenerat sola Ignatium integritati suae restitui posse. Sed speravit, alterius exemplaris subsidium accessurum esse, vel graeci, cuius ex bibliotheca Florentina obtinendi spes ipsi nuper erat iniecta non exigua, vel saltem syriaci, quod Romae reperiri adhuc posse putabat[2], neque se fefellit. Iam a. 1646 Isaacus Voss epistulas genuinas s. Ignatii martyris e codice Florentino edidit. Epistulae in codice graeco eundem ordinem obtinent quem in codicibus latinis, quos Ussher in lucem produxit. Primo enim leguntur epistulae genuinae seu non interpolatae 1) ad Smyrnaeos, 2) ad Polycarpum, 3) ad Ephesios, 4) ad Magnesios, 5) ad Philadelphenses, 6) ad Trallianos; tum sequuntur epistulae ficticiae excepta epistula ad Philippenses, scilicet 7) Mariae Cass. ad Ignatium, 8) Ignatii ad Mariam, 9) ad Tarsenses, 10) ad Antiochenos, 11) ad Heronem; denique finem facit 12) epistula ad Romanos vel potius Martyrium s. Ignatii, cui haec epistula inserta est. Collectio ergo mixta est, epistulas Ignatii et Pseudo-Ignatii exhibens. Codex Florentinus quidem in ep. ad Tarsenses c. 7 deficit. Neque vero dubium est, quin integer easdem epistulas in eodemque ordine dispositas continuerit ac versio illa latina. Epistulam ad Romanos, quae sola inter epistulas genuinas in codice deest, Voss talem edidit, qualis in collectione Pseudoignatiana legitur. Recensionem praestantiorem Martyrio inclusam Th. Ruinart e codice Colbertino a. 1689 edidit[3], eumque secuti posteriores hanc iure et recensioni Pseudoignatianae et ei praetulerunt, quam Symeon Metaphrastes suis Ignatii Actis inseruit.

Is. Voss persuasum sibi habuit, epistulas breviores, quas edidit, Ignatii epistulas genuinas, epistulas longiores alias suppositicias, alias interpolatas esse, idemque sensere fere omnes posteriores, qui non omnes epistulas, qui sub Ignatii nomine circumferuntur, ficticias putaverunt, e. g. inter Catholicos Dio-

1 Polycarpi et Ignatii epistolae. Oxoniae 1644. Praefixa est dissertatio de Ignatio saepius laudata.

2 Dissert. c. 4 p. XXVI.

3 Acta primorum martyrum sincera.

Quae epistula cum epistulis Ignatianis testimonium praebeat luculentissimum, saepius iam de ea nobis dicendum erat. Eadem de causa vero eius authentia a nonnullis aut in dubium vocata aut negata est. Iam Centuriatoribus Magdeburgensibus (ed. Norimberg. II, 186) suspicionem movit, cum causa, ob quam scripta esset, non satis expressa esset eiusque partes nimium confusae minimeque cohaerentes viderentur, cumque tota scriptura vix tam docilem, sedulum ac praestantem Ioannis apostoli discipulum, immo etiam tam excellentem spiritum repraesentaret, quali Polycarpus diceretur fuisse praeditus. I. Dallaeus[2] contra authentiam ad Nicephori Stichometriam provocavit, in qua epistula apocrypha iudicata esset, et saeculo XIX denique adversarii Ignatii ex aliquot locis concluserunt, epistulam con-

1 Cf. Lipsius, *Chronologie der röm. Bischöfe* 1869 p. 189 sq. 263.

2 De scriptis Dionysii Areop. et Ignatii Ant. p. 426 sq.

fictam nec aliud quam velut prooemium epistularum Ignatianarum esse[1]. Quae 7, 1 dicta essent, haereticum Iesum Christum in carne venisse negantem primogenitum esse Satanae, ea a Polycarpo non ante medium saeculum II enuntiata esse nec enuntiari potuisse, priusquam Marcion Docetismum suum sparsisset, et si Philippenses (12, 3) admonerentur, ut orarent *pro regibus*, auctorem post annum 161 vel 137[2] scripsisse putandum esse, quia ante hunc annum unus imperator et Augustus fuisset. Sed contextus minime prohibet, quominus hoc dictum ad reges omnes intra et extra fines imperii Romani referamus, ac praeterea etiam Matth. 17, 25, Act. 9, 25, Apoc. 6, 15; 16, 14, quas scripturas ante annum 161 confectas esse nemo negat, plures reges commemorantur. Quod autem ad illud attinet, cur non statuere liceat, Polycarpum idem saepius dixisse, praesertim cum Irenaeus (Eus. H. E. V, 20, 7) testetur, eum quasdam veritates identidem enuntiasse? Irenaeum quidem, qui epistulam certe legit, locus ille non offendit. Sin autem ex 2, 1, ubi lectores admonentur, ut τὴν κενὴν ματαιολογίαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην deserant, epistulam non scriptam esse concludunt, priusquam Gnostici multos in suas partes traxerunt, videant, an locum recte interpretati sint. Cf. not. ad h. l. Utut autem hic locus intellegendus est: epistulam a Polycarpo exaratam esse testes locupletissimi affirmant, quibus fidem non habere non possimus.

Irenaeus, Polycarpi discipulus, Eleuthero (174—189) pontifice haec scribit Adv. haer. III, 3, 4: ἔστι δὲ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Epistulam autem, quam laudat Irenaeus, eandem esse atque eam, quae etiamnunc exstat, ostendit Eusebius capita 9 et 12 fideliter transscribens (H. E. III, 36, 14—16) ac commemorans, auctorem uti quibusdam testimoniis e priore Petri epistula de-

1 Hilgenfeld, *Apostolische Väter* p. 271—274. Schwegler, *Nachapostolisches Zeitalter* II, 154—156.

2 De hoc anno Hilgenfeld dixit in *Zeitschrift für wiss. Theologie* 1874 p. 318.

sumptis (cf. 1, 3; 2, 1. 2; 5, 3; 7, 2; 8, 1; 10, 2). Hieronymus Cat. c. 17 epistulam valde utilem declarat testaturque, eam usque ad ipsius tempus in Asiae conventu legi. Antiochus monachus (saec. VII) epistulam, similiter atque Ignatii epistulas et Hermae Pastorem, ad homilias componendas adhibuit[1]. Photio denique (Bibl. cod. 126) epistula γέμουσα πολλῆς νουθεσίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον esse videtur, eiusque testimonium prioribus adiungo, quia recentiores epistulam compilationem locorum communium levem et celeberrimo Smyrnaeorum episcopo plane indignam declaraverunt[2]. Scriptura ergo, quae tanti aestimabatur, ut in ecclesiis Asiae publice legeretur, quaeque c. ann. 180 tam late vulgata erat, ut Irenaeus dicere posset, quicumque salutis suae curam gereret, eum et formam fidei Polycarpi et praedicationem veritatis ex ea cognoscere posse, quo iure post medium saeculum secundum confecta esse iudicatur? An verisimile est, ad eam provocasse Irenaeum, qui praeter ceteros haereticos Florinum impugnavit, qui una cum ipso episcopi Smyrnaeorum discipulus fuit et facillime eum aut errare aut mentiri probare poterat, si epistula a magistro non erat scripta? Revera, si testimonium ab illo prolatum nullius ponderis esse putatur, quale testimonium nobis sufficit?

Quae cum ita sint, plurimi epistulam genuinam esse agnoverunt[3]. Nonnulli autem dubitaverunt, num integra ad nos

1 Tacite exscripsit, ut I. M. Cotterill in *The Journal of Philology* XIX (1891), 241—285 exposuit, 2, 2 ἐὰν ποιῶμεν — ἠγάπησεν Hom. 114 PG 89, 1789, 3, 3 ὁ γὰρ ἔχων — ἁμαρτίας ibid. et H. 96 p. 1725, 5, 2 ὁμοίως διάκονοι — συμβασιλεύσομεν αὐτῷ H. 123 p. 1817 sq., 5, 3 καλὸν — στρατεύεται H. 74 p. 1648, 6, 1—2 καὶ οἱ πρεσβύτεροι — ὀφθαλμῶν H. 123 p. 1817, 6, 3 δουλεύσωμεν — εὐλαβείας H. 114 p. 1789. Locos parallelos hic indico, quoniam in commentario epistulae eos non commemoravi. Cotterill p. 252 verba Polycarpi 6, 1: εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας, ad librum Henochi referre videtur. Vix recte. Auctor huius libri 6, 3 angelum Semeiazam dicentem faciens: καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης (cf. *Das Buch Henoch* edd. I. Flemming et L. Radermacher, Lipsiae 1901 p. 24), de peccato et peccatore singulari loquitur, Polycarpus autem homines peccato in genere obnoxios esse dicit.

2 Cf. Schwegler, *Nachapost. Zeitalter* II, 154.

3 Hucusque fere omnes, qui epistulae authentiam impugnaverunt,

pervenisset, eamque in favorem epistularum Ignatianarum interpolatam esse contenderunt. Iam Dallaeus, cum scripturae integritatem in dubium quidem vocare, non autem negare auderet, integritatem impugnavit et capita 13 et 14 a posteriore et quidem ab eodem adiecta esse iudicavit, qui epistulas a se confictas Ignatio Antiocheno adscripsisset, quippe quae post epistulae clausulam (12, 2. 3) legerentur ac cum capite 9 pugnarent[1]. Nonnulli quidem ei adstipulati sunt, inprimis Le Moyne[2] et Bunsen[3]. Hefele autem recte opposuit, clausulis ei similibus, quae 12, 3 legitur, a n t e finem totius epistulae Paulum quoque et Clementem Romanum usum esse (cf. Rom. 15, 33; Eph. 3, 21; I Clem. 20, 12; 32, 4; 38, 4 etc.), capita 9 et 13 vero minime inter se pugnare, cum Polycarpus 13, 2 de circumstantiis mortis Ignatii certior fieri vellet, nequaquam autem eum adhuc inter vivos esse indicaret[4].

Sagacius nuper A. Ritschl[5] integritatem in dubium vocavit. Agnovit quidem, argumenta hucusque prolata iam Carolum Hefele refutasse. Cum autem animadvertere sibi visus esset, epistulae unitatem deesse, nonnulla capita vel nonnullos versus inter se male cohaerere atque inter locos suspectos et eam epistularum Ignatianarum partem, quae quidem in recensione breviore, nec vero in recensione syriaca legitur, similitudinem quandam intercedere, plures locos, praesertim ad Ignatium attinentes, ab eodem statuit c. ann. 170 insertos fuisse, qui epistulas episcopi Antiocheni cum corrupisset tum sub illius nomine alias confinxisset, scilicet capita 3, 9 (una cum initio: *in his ergo state,* et fine: *sobrietatem* etc. c. 10), 13, 14 nec non 11, 2. 3 (*qui ignorant iudicium* etc.), 12, 1 et verba δεξαμένοις — ἐκλελεγμένων in c. 1, 1. Easdem fere particulas

---

eam ad saeculi II partem alteram saltem retulerunt. Cotterill in *Journal of Philology* XIX (1891), 241—285, ex locis, quas epistula cum homiliis Antiochi communes habet, hunc auctorem esse collegit. Refutavit eum Taylor ibid. XX (1892), 65—110.

1 De scriptis Dion. Areop. et Ignatii Ant. p. 427 sqq.

2 Varia Sacra. Lugd. Bat. 1685. I Prolegom.

3 *Ignatius v. A. und seine Zeit* p. 108 sqq.

4 Patr. apost. ed. IV p. LXXX.

5 *Die Entstehung der altkath. Kirche* ed. II 1857 p. 584—600.

G. Volkmar et A. Hilgenfeld interpolatas esse censuerunt, iisque resectis etiam epistulam typis excuderunt[1]. At loci allegati, ut infra patebit, non solum cum reliquis epistulae partibus non contendunt, sed potius occasio scribendi deficit, si resecantur. Ritschl Polycarpum lapsu Valentis presbyteri ut scriberet commotum esse putat, et concedendum est, Philippenses in epistula, quam ei miserant, illius mentionem fecisse. Certe autem illa res eos ad scribendum non compulit, neque Polycarpus respondisset, si de ea sola certior factus esset. Aut verisimile est, eum de re principali nihil aliud dixisse, quam se contristari pro presbytero infelici? Accedit, quod testimonia veterum omnino prohibent, quominus ad illam sententiam accedamus. Epistula enim teste Irenaeo c. ann. 180 vulgatissima fuit; teste Hieronymo in ecclesiis Asiae praelegebatur, neque erraverimus statuentes, hoc honore eam iam circa medium saeculum II vel brevi post obitum Polycarpi dignam habitam fuisse. Si scriptura autem tanti aestimabatur, haud facile interpolari potuit nec interpolata putanda est, nisi rationibus certis eam corruptam esse probari potest. Denique nec praetermittendum est, in locis qui dicuntur interpolatis aeque ac in reliquis epistulae partibus plura inveniri, quae e Clementis Rom. epistula ad Corinthios desumpta sunt[2]. Viros illos terminum rectum supergressos esse etiam D. Völter[3] agnovit. Sin autem ipse praeter voces Ἰγνατίῳ καὶ 9, 1 caput 13 a posteriore additum esse censuit, quippe quod notitiam epistulae Clementis non proderet, parum consideravit, particulam illam scripturam maxime epistulam efficientem etiam minus desiderari posse quam ceteras, et auctori eam componenti Clementis epistulam non adhibendam fuisse, cum de occasione scribendi agens non scriptura uti posset, cuius auctor rationibus plane diversis ad scribendum commotus fuerat[4].

1 G. Volkmar, Epistula Polycarpi Smyrnaei genuina, Turigi 1885; cf. *Theolog. Zeitschrift aus der Schweiz* 1886 p. 99—111, ubi sententiam suam defendit. — Hilgenfeld, *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1886 p. 185—194.

2 Cf. p. XLI sq.

3 *Die Ignatianischen Briefe* 1892 p. 31—33.

4 Cf. Denzinger in *Theolog. Quartalschrift* 1851 p. 399—409; Zahn,

III.

Occasio scribendi haec fuit. Philippenses Polycarpum de Ignatio urbem suam transeunte certiores fecerant (cf. 1, 1; 9, 1) eumque rogaverant, ut epistulam ab ipsis ad Antiochenos scriptam in Syriam mitteret (13, 1) atque litteras Ignatii, quas haberet, ipsis communicaret (13, 2). Praeterea ab eo quaesiverant, ut ipsos de iustitia christiana instrueret (3, 1), ac denique Valentis presbyteri eiusque uxoris mentionem fecerant, qui avaritia et fornicatione et mendacio ecclesiae magnam offensionem attulisse videtur (11, 1). Polycarpus autem haec respondet: sese gaudere, quod eos, qui propter Christum vincula tulerint, bene susceperint et firmam fidem teneant ac frugiferam (1). Domino in veritate serviant et in mandatis eius ambulent, ut ad vitam suscitentur (2). Sese scribere haec non nimiam de se habentem opinionem, sed ab iis provocatum. Ipsorum praeceptorem esse Paulum, cuius epistulae ipsorum fidem perfectam reddere possint, ita ut mandata impleant fugiantque peccata (3), praesertim avaritiam. Armentur igitur armis iustitiae et bonum ipsi faciant et suos doceant (4). Diaconi et iuvenes et virgines in omnibus inculpabiles sint (5). Presbyteri diligenter munere suo fungantur. Omnes virtutem sectentur et falsos fratres et falsam doctrinam fugiant (6—7), sperantes in Iesum Christum, qui pro nobis passus sit nobisque exemplum patientiae proposuerit (8), et ante oculos habentes gloriosos martyres (9). In his ergo stent et Domini exemplar sequantur, semper et ubique bonum facientes (10). De Valente vehementer se contristari, quod loci sui adeo immemor fuerit. Abstineant itaque ab avaritia aliisque vitiis et illum eiusque uxorem ad virtutem reducant (11). Plura non esse dicenda, cum in sacris litteris bene exercitati sint. Deus ipsos aedificet in fide et ceteris virtutibus. Orent pro omnibus (12). Ipsorum epistulam Antiochenis se aut redditurum aut missurum esse; epistulas Ignatii huic epistulae subiectas esse. De s. martyre si quid compertum habuerint, ipsum

---

Ignatius v. A. p. 494—511; Funk, *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883 p. 14—42 *Kirchenlexikon* X (1897), 152

certiorem faciant (13), et Crescentem, per quem haec scripserit, eiusque sororem bene suscipiant (14).

IV.

Epistula cum in omnibus codicibus graecis ita cum Barnabae epistula conglutinata sit, ut Polycarpi verba καὶ δι' ἡμᾶς ὑπό (9, 2) Barnabae verba τὸν λαὸν τὸν καινόν (5, 7) excipiant, textus graecus non integer ad nos pervenit. Lacuna quidem versione latina veteri expletur, ac praeterea unum ex quinque capitulis postremis (13) ab Eusebio conservatum est, cum Antiochus monachus (cf. p. XCII) haec capita non respexerit. Nihilominus autem dolendum est, epistulam mutilatam fuisse, eoque magis, quod interpres latinus munere suo tam neglegenter functus est, ut imaginem textus graeci valde imperfectam tantum exhiberet. Cum corpus pseudoignatianum eodem fere modo translatum sit cumque epistula in omnibus codicibus latinis post epistulas Ignatii vel potius post laudem Heronis illis adiectam et in nonnullis quoque codicibus graecis eodem loco legatur, versio Polycarpi ac Pseudoignatii haud dubie ab uno eodemque confecta est.

Primus versionem latinam una cum epistulis Ps.-Ignatii edidit Iac. Faber Stapulensis a. 1498[1], idque e codice Parisino (Biblioth. nat.) 1639 collato codice 229 Collegii Baliolensis Oxoniae[2]. Textus saeculo XVI saepius recudebatur. Novam et fideliorem editionem paravit I. Ussher adhibitis tribus codicibus, scilicet Petaviano (in bibliotheca Alex. Petavii, senatoris Parisiensis, hodie ut videtur Regio 81 in bibliotheca Vaticana), Baliolensi et Magdalenensi (in collegiis Bal. et Magd. Oxoniae)[3], eamque Cotelerius et alii repetierunt. Libros manuscriptos denuo adhibuerunt Iacobson et Dressel, ille codicem Mediceo-Laurentianum plut. XXIII n. 20 (saec. XV), hic codices Regium 81 (saec. IX) et Palatinum 150 (saec. XIV), sed non multum

1 Vide p. LXIV n. 2.

2 Cf. quae dixi in Patr. apost. t. II p. XVII sqq.

3 Polycarpi et Ignatii epistulae: una cum vetere vulgata interpretatione latina ex trium manuscriptorum codicum collatione integritati suae restituta. Oxoniae 1644.

profecerunt, eo praecipue meriti, quod lectiones illorum codicum publicaverunt. Textum revera emendavit Zahn (1876), ea qua par est diligentia omnes libros impressos pervestigans et in usum suum vertens. Cum autem libri manuscripti ab eo non inspecti et plures codices, praesertim Parisinus et Baliolensis, nondum satis cogniti essent, in eius editione non acquievi et codicibus quattuor excussis, Parisino, Baliolensi, Regio, Palatino, textum recensui[1]. Lightfoot eam epistulae partem quidem solam edidit, quae latine tantum tradita est, sc. capita X, XI, XII, XIV et versum ultimum capitis XIII, plures autem codices adhibere potuit, praeter quinque iam nominatos Trecensem 412, Bruxellensem 5510, Vindobonensem 1068, Oxon. Magdalenensem 78. Eandem partem Hilgenfeld libris impressis usus edidit[2]. Quae cum ita sint, editio totius epistulae perfecta adhuc desideratur. Attamen illa pars scripturae satis cognita esse videtur. Editiones recentiores inter se magis consentiunt quam differunt. Versionem capitum X—XIV denuo recensens in notis de illis editionibus refero, lectiones autem codicum singulorum paucis locis exceptis non exscribo.

Textum graecum primus invenit Fr. Turrianus et, quia codex Polycarpi et Barnabae epistulas quasi in unam conglutinatas exhibuit, prolixiorem epistulam, quam quae hucusque latine edita erat, habere sibi visus est[3]. Primus eum edidit a. 1633 Petrus Halloix[4] ex apographo exemplaris Turriani a Iacobo Sirmond descripto, collato cum altero sive eiusdem sive simillimi codicis apographo, quod ab Andrea Schott acceperat, idemque codicem non aliam epistulae recensionem quam versionem latinam, sed potius duas epistulas mutilatas continere vidit. Novam editionem instituit a. 1644 Iac. Ussher ex apographo exemplaris Schottiani, quod Salmasius descripserat et Is. Voss ipsi communicaverat[5]. Quos secuti sunt praeter editores operum

1 In appendice libri: *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883.

2 *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1886 p. 180—194.

3 Cf. Baron. Martyrolog. Rom. adnot. ad 26. Ian.

4 Illustrium ecclesiae orient. scriptorum vitae et documenta. Duaci 1633. I, 525—530.

5 Ibid. p. 596. Exemplaria Turriani et Schottii haud dubie e codice Vaticano vel Ottoboniano fluxerunt.

patrum apostolicorum et epistularum Ignatianarum Steph. Moyne a. 1685[1] et M. I. Routh a. 1823[2]. Codices denuo i spexerunt Iacobson et Dressel et quidem Vaticanum 859 (saec. X et Mediceo-Laurentianum plut. VII num. 21 (saec. XVI), i praeterea Parisinum 937, olim Colbertinum (saec. XVI), hic tr Romanos, scilicet Ottobonianum 348 (saec. XVI), Casanatense G. V. 14 (saec. XVI) et Barberinum 7 sive apographum d sumptum a Luca Holstenio e codice monasterii s. Sylvestri Quirinali, nunc Alexandrino-Vaticano 11[3]. Nostris denique dieb O. de Gebhardt animum ad codicem Borbonicum II. A. 17 (bibliotheca Neapolitana) advertit, et Zahn in sua editione (p. XL not. 3) paucas lectiones variantes publicavit. Codices omnes uno archetypo fluxisse eo apparet, quod in unoquoque pars ep stulae posterior deest. Cum quattuor libri, sc. Vaticanus, Ott bonianus, Florentinus, Parisinus, praeter Polycarpi ac Barnab epistulas conglutinatas etiam Ps.-Ignatii epistulas exhibeant, n que vero reliqui, sc. Casanatensis, Barberinus, Neapolitanus, Ale Vaticanus, Zahn codices in duas familias divisit et hanc illa d teriorem esse censuit (p. XLIV). Lightfoot etiam librum Vatic num fontem illius familiae esse perspexit (II, 901). Equide non dubito, reliquos quoque codices e Vaticano fluxisse. Qu autem eorum origo fuit, certum est atque omnes consentiunt, e ceteris pretio adeo inferiores esse, ut sine damno praetermi possint. Idem dicendum est de codice Andrio, de quo Δελτί τῆς ἱστορικῆς καὶ ἐθνολογικῆς ἑταιρίας τῆς Ἑλλάδος I, 209 s (Athenis 1883) retulit[4]. Itaque inter codices graecos Vatic num solum adhibeo, eius lectiones vero, cum de aliis libris rat non sit danda, diligentius exscribo, modo menda ad accentus spiritus spectantia omittens. Praeter eum versio latina vet respicienda est, quae vero ad textum recensendum paucissin tantum confert, cui Hilgenfeld in sua editione[5] nimiam fiducia

1 Varia Sacra. Lugd. Bat.

2 Scriptorum ecclesiasticorum opuscula.

3 Cf. Duchesne, De codicibus mss. graecis in bibliotheca Alexa drino-Vaticano 1880 p. 10.

4 Cf. *Zeitschrift für wissensch. Theologie* 1886 p. 183; Lightfoot I, 5

5 Ibidem p. 180—194.

habuit. Librum Vaticanum, quem uno loco (9, 1) omnes hucusque false legerunt, ea qua dignus est diligentia, ipse excussi, reliquos quoque, praeter Andrium et Alexandrino-Vaticanum, contuli vel inspexi.

De fragmentis Polycarpo adscriptis vide volumen II.

MARTYRIUM S. POLYCARPI.

I.

Hanc scripturam haud ita multo post mortem S. Polycarpi Marcion quidam nomine ecclesiae Smyrnensis exaravisse videtur (20, 2). Eam non statim post martyrium confectam fuisse ex 20, 1 apparet, ubi Smyrnaei Philomelienses rogasse referunt, ut pluribus ipsis nuntiarentur, quae in beatissimi viri passione gesta essent, indicantes, famam de martyrio iam antea Philomelium pervenisse. Brevi vero et quidem anno primo post mortem eam conscriptam esse ex 18, 2 patet, ubi Smyrnaei anniversarium diem martyrii primum nondum celebratum fuisse produnt.

De anno autem, quo s. martyr passus est, magna controversia exorta est, et alii alium statuere. I. Pearson[1] respiciens Chronographum quendam veterem manuscriptum, de quo I. Voss ipsi retulerat, tradentem, Polycarpum imperante Antonino Pio obiisse, et Mart. c. 21, ubi mortis tempore Statius Quadratus, qui a. 142 consul fuerat, proconsul Asiae fuisse dicitur, martyrium ad annum 147 retulit, putans, consules ex iure ad quinquennium proconsulatum sortitos esse, et Dodwell[2], Gallandi[3] et alii ei assensi sunt. Samuel Petit[4] invenisse sibi visus est, Polycarpum a. 175 coronam martyrii nactum esse. Reliqui mortem ad unum vel alterum annum decennii septimi saeculi secundi retulerunt, e. g. Baratier[5] ad a. 161, Noris[6], Tille-

---

1 Opera posthuma chronologica. Londini 1688 p. 276 sqq.
2 Dissert. IV in Cypr. c. 4.
3 Bibl. vet. Patr. I Proleg. p. XC.
4 Cf. Pearson l. c. p. 288.
5 Disquisitio chronol. de successione antiq. episcop. Rom. 1740 p. 201.
6 Opp. Veron. 1729 II, 30.

mont[1] et Masson[2] ad a. 166, Valesius[3] ad a. 167, Baronius (Ann. 169, 2) et Ussher[4] ad a. 169. Longum est, rationes diversas enumerare omnes, quibus singuli in constituendo martyrii tempore usi sunt. Sufficit de via nonnulla dicere, quae sola nos ad verum perducere possit.

Proconsulem Statium Quadratum in Martyrio commemoratum eundem esse atque eum, cuius Aristides rhetor in orationibus sacris mentionem facit, iam Valesius censuit, et ex oratione IV collata cum Eusebii Chronico eum a. 167 Asiam administrasse conclusit. Masson proconsulatum illum ad annos Christi 165 ac 166 pertinere et Polycarpum, cum proconsules a mense Maio usque ad idem tempus anni proximi munere fungerentur, 23. die Februarii a. 166 mortuum esse statuit[5], et plerique ad eius sententiam accesserunt. Nuper vero Gul. H. Waddington[6] adiutus novis inscriptionibus et cognitione administrationis rei publicae Romanae ampliore demonstravit, eum in errorem haud parvum lapsum et Statium Quadratum undecim annis ante, scil. a. 154—155, provinciae Asiae praefectum fuisse, Polycarpum autem a. 155 mortem obiisse, quo anno 23. dies Februarii profecto, sicut Mart. 8, 1; 20 traderetur, sabbatum fuisset. Non defuerunt quidem, qui ei contradicerent et computationem Massonianam defenderent. Plurimi autem ei adstipulati sunt; modo nonnulli considerantes, Quadratum provinciam Asiam etiam anno 155—156 administrare potuisse, Polycarpum a. 156 mortuum esse censuerunt aut inter annos 155 et 156 haesitaverunt; neque vero satis respexerunt, diem 23. mensis Februarii, diem martyris natalem, a. 155, non autem a. 156 sabbatum fuisse.

1 *Mémoires etc. St. Polycarpe* art. 6 sqq.

2 Collectanea historica ad Aristidis vitam, praemissa editioni Aristidis Iebbianae 1722, repetita in editione Dindorfiana 1829 t. III.

3 Not. ad Eus. H. E. IV, 15 ed. Mogunt. 1672 p. 71.

4 Ign. et Polycarpi Martyria 1647 p. 70 not. 105.

5 Dies non est dubius, etiamsi aliquot Martyrologia 26. diem Ianuarii tradunt. Cf. Egli in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* XXXIV (1891), 96—102.

6 *Vie du rhéteur Aelius Aristide: Mémoires de l'Institut impériale de France; Académie des inscript. et belles-lettres* 1867, XXVI, 203—268. *Fastes des provinces asiatiques* 1872. I, 219 sq.

Accuratissime de quaestione egit Lightfoot[1] et similiter ac Waddington ad annum 155 pervenit. Nuperrime huius chronologiam ad vitam Aristidis spectantem Gul. Schmid[2] correxit atque ex parte Massonianam restituit. Sin autem Waddington de illo rhetore sese fefellerit, tempus mortis Polycarpi errore non tangitur. Cum Statius Quadratus, qui in Martyrio locum proconsulis Asiae obtinet, haud dubie idem sit cum eo, qui a. 142 consul fuit, cumque hic proconsulatu certe inter annos 151—160 fungeretur ac Polycarpus die 23. Februarii et quidem sabbato moreretur, iure meritoque illius proconsulatum ad annum 154—155 et huius mortem ad annum 155 referimus, quo solo illo temporis spatio dies 23. Februarii in sabbatum incidit. Schmid quidem coniecit, proconsulem in Martyrio commemoratum fortasse A. Avillium Urinatium Quadratum esse, qui a. 156 consul suffectus fuit, et a. 165—166 provinciam Asiam administrasse putari posset, ita ut chronologia Massoniana confirmaretur. Non est autem, cur dubitemus, proconsulem Statium Quadratum fuisse, quamquam testes illud nomen non omnes recte tradunt, unus omittit, vel statuamus, auctorem Martyrii de nomine gentilicio sese fefellisse. Altera ex parte C. H. Turner[3] invenire sibi visus est, festum Iudaeorum Purim, quod tempore martyrii celebratum fuisse inde colligitur, quod dies mortis sabbatum magnum appellatur (cf. Mart. 8, 1), non a. 155, sed a. 156 in partem Februarii tertiam incidisse, et secundum mensis Xanthici diem (cf. Mart. 21, 1) anno intercalari etiam diem 22. Februarii esse, Polycarpum ergo hoc die a. 156 mortuum esse videri. Mihi quidem non persuasit, relinquo autem hanc quaestionem iis, qui in rebus calendariis operam navant.

II.

Martyrium iam Eusebius legit et maiorem partem, scilicet praeter inscriptionem et initium eam, in qua exitus s. Poly-

---

1 *The Apost. Fathers* II, I, 629—702. Auctores, qui chronologiam Waddingtonianam respicientes tempus martyrii antea inquisierunt, ibid. p. 650 commemorati sunt.

2 *Rheinisches Museum für Philologie* 1893 p. 53—83.

3 Studia biblica II (1890), 105—129.

carpi narratur (c. 8—19, 1), ad verbum, reliquam autem partem vel eam, in qua alia martyria et comprehensio s. episcopi describuntur (c. 1—7), summatim Historiae ecclesiasticae IV, 15, 3—45 inseruit. Quae cum ita sint, non est dubium, quin ea Acta, quae etiamnunc habemus, manu versaverit, nec nisi paucissimi idque tempore recentissimo eorum authentiam aut, si nonnullas lacinias exceperis, quae iam antea nonnullis insertae esse videbantur, integritatem denegaverunt. E. Schürer[1] verba ὄντος σαββάτου μεγάλου 8, 1; 16, 2, οὕτως τε ἡμεῖς κτλ. 18, 1, 2 et τοιαῦτα — λαλεῖσθαι 19, 1 a posteriore adiecta esse censuit. Nonnulli authentiam totius scripturae in dubium vocaverunt; Lipsius[2] iis offensus, quae 5, 2 de visione Polycarpi, 9, 1 de voce caelesti, 15, 2 de igne s. martyrem non tangente ac de suavi odore, 16, 1 de columba referuntur, quae secundum codices de corpore morientis processit, Martyrium ad tempus Decii imperatoris, Th. Keim[3] ad tempus Gallieni vel ad annos 260—268 retulit. Sed argumenta, quae protulerunt viri illi, nihil probant. Nuperrime plures inscriptiones inventae sunt, quae viris in scriptura nominatis, praesertim Philippo Asiarchae, lucem afferunt atque omnino cum Martyrio consentiunt. Lipsius[4] ipse palinodiam cecinit, et paulatim alii quoque dubitationes dereliquisse videntur[5].

Id solum quaeri potest, num duo capita ultima genuina sint. C. I. Hefele[6] ultimam epistulae partem, quae de Pionio loquitur (22, 3), spuriam esse censuit et ab illo confectam, qui, ut ex καθὼς δηλώσω κτλ. appareret, Acta s. Polycarpi suppositicia Pionio false adscripta epistulae Smyrnaeorum genuinae mala fraude adiunxisset. G. E. Steitz[7] et Th. Zahn[8] duo capita ultima additamentum

1 *Zeitschrift f. d. histor. Theologie* 1870 p. 202—204.

2 *Zeitschrift f. wissenschaftl. Theol.* 1874 p. 199 sq.

3 *Celsus' Wahres Wort* 1873 p. 145; *Aus dem Urchristentum* 1878 p. 90—170; *Rom und das Christentum* 1881 p. 586—600.

4 *Jahrbücher für protest. Theologie* VII (1881), 574—576.

5 Cf. Lightfoot, *The Apostolic Fathers* II, I, 588—610, ubi authentia scripturae amplissime ac doctissime probatur.

6 Patr. ap. ed. IV p. LXXXIV.

7 *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1861 p. 126—133.

8 Ign. et Polyc. epist. Martyria p. XLIX sq.

posterius declaraverunt, quippe quae non essent epistula, sed nota quasi chronographi, et hic inprimis dixit, fore ut Smyrnaei, si omnino animum induxissent, aliis ecclesiis diem Polycarpi natalem sedulo indicare, eo sane loco de hac re dixissent, ubi huius diei ab ipsis celebrandi mentionem fecerunt (18, 2); ac proconsulis nomen, quo opus non fuisset eodem quo res gestae essent anno narrantibus et in Asia degentibus, non in appendice tandem postscripta memorassent, postquam octies in epistula omisissent (3, 1; 4; 9, 2. 3; 10, 2; 11, 1; 12, 1; 17, 2). Cum Chronici paschalis auctor, qui pauca e Polycarpi Martyrio exscripsisset, caput 21 non neglexisset, non verisimile esse, Eusebium, temporum exploratorem non minus curiosum, qui H. E. IV, 15, 1. 46 de tempore huius martyrii satis ignarum se ostenderet nec certi quid se scire simularet, in Chronico martyrium false ad annum septimum imperii M. Aurelii referret, hanc ansam non accepturum fuisse, si quis ipsi talem praebuisset. Sequi quidem 22, 1, quae ad epistulam pertinere viderentur; sed codicis praestantissimi consensum cum versione latina, a quibus absunt, demonstrare, post Pionii illius tempora illa adiecta esse, qui 22, 3 praecedentia se descripsisse diceret, vel etiam Socratis, quem paulo ante Pionius eadem profitentem faceret. A Pionii enim recensione omnes huius Martyrii codices graecos nec non versionem latinam pendere. Eum autem in finem vota illa, epistulae sonum iam exstinctum resuscitantia, inserta esse, ut ea quoque, quae in c. 21 legerentur, epistulae Smyrnaeorum per Caium, Socratem, Pionium fideliter descriptae pars esse viderentur.

Quae argumenta equidem olim satis idonea habui. Interea vero Lightfoot[1] postscriptum chronologicum seu c. 21 genuinum et ab auctore Martyrii profectum esse luculenter demonstravit. Pauca exponenda sunt. Simili modo etiam in multis aliis scripturis tempus martyrii indicatur, in Actis Scillitanorum c. 5, Pionii c. 23, Achatii c. 5, Maximi c. 3, Petri Andreae etc. c. 6, Luciani et Marciani c. 8, Cypriani c. 6, Claudii etc. c. 6, etc.[2].

1 *The Apostolic Fathers* II, I, 610—621.

2 Cf. Ruinart, Acta martyrum ed. Galura I, 191. 347. 356. 361. 367. 383; II, 48. 144.

Eusebius cum scripturam nonnisi usque ad 19, 1 respiceret, sicut partem reliquam totam ita facile illam particulam neglegere potuit, eoque potius, cum ei catalogus proconsulum Asiae defuisse videatur, quo adhibito de tempore martyrii certior fieret. Particula tot indicia historica eaque verissima continet, ut viro martyrii gnarissimo attribuenda sit, atque hunc eundem esse cum auctore scripturae inde iure colligimus, quod particula aeque ac inscriptio Martyrii ad similitudinem Clementis epistulae ad Corinthios reddita est.

Particula 22, 1 codicibus unam familiam efficientibus solum traditur, in codice Mosquensi vero et in versione latina deest. Itaque quaeritur, num ab illis testibus inserta an ab his praeterita fuerit. Res difficilis est ad definiendum. Cum particula a duobis testibus neglegatur, ab uno solum agnoscatur, additamentum habendum esse videtur. Altera ex parte eam tanquam superfluam facillime omitti potuisse liquet, cum verba similia et praecedant et sequantur. Lightfoot eam a Philomeliensibus scripturam secundum mandatum 20, 1 aliis ecclesiis mittentibus adiectam fuisse censet. Num autem haec eius origo sit, inde praesertim dependet, utra doxologia genuina sit, brevior (codice p tradita) an longior (codd. b p). Lightfoot, cui autem codex h nondum cognitus erat, illam fide digniorem esse iudicavit. Mihi non solum testes, sed etiam initium doxologiae (μεθ' οὗ) longiorem formam auctoris esse probare videntur, et si recte iudico, particula non brevi postquam Martyrium compositum est, sed aegre ante saeculum IV exorta esse censeri potest.

Particulae sequentes vel 22, 2—3 non tam ad martyrium pertinent, quam de historia Martyrii seu epistulae Smyrnaeorum agunt. Versum extremum Pionius quidam se scripsisse declarat, i. e. auctor, cui Vitam Polycarpi, in volumine Patrum apost. altero a me publicatam, debemus. Cf. nota ad 22, 3. Partem versus 2 alteram Socrates Corinthius quidem se scripsisse profitetur. Nisi autem omnia fallunt, Pionius sicut versum 3 ita etiam versum 2 exaravit idque, ut successionem scripturae quandam a Polycarpo ad se descendentem fingeret. Pionius vero parte saeculi IV altera vixit, cumque versus 1 eiusdem fere tem-

poris, saltem non prioris, esse videatur, nonne eidem etiam haec particula vel caput 22 totum adiudicandum fuerit?

III.

Martyrium Polycarpi inter recentiores primus invenit H. Rosweid et codicem, quem nactus est, descripsit. Cuius apographo et altero codice adhibito P. Halloix Vitam Polycarpi conscripsit, I. Bolland[1] apographum totum accuratissime in linguam latinam transtulit. Textum graecum e codice Baroccianо Oxoniensis academiae (= b) primus I. Ussher[2] edidit, eumque secuti sunt I. Cotelerius, Th. Ittig, Th. Smith. Hic in ima pagina apposuit eas codicis Vindobonensis (hist. graec. eccles. num. 3) lectiones, quas Lambecius publici iuris fecerat, et totum hunc codicem contulit Iacobson (= v). Idem inspexit codicem Parisinum (num. 1452), olim Mediceum, eundem, quem descripserat Rossweid (= p). Quartum codicem in bibliotheca Mosquensi (num. 159) nuperrime contulit O. de Gebhardt[3] et Th. Zahn ad textum recensendum adhibuit (= m). Lightfoot codices b p v denuo contulit vel legendos curavit; cf. quae dicit I, 946. Equidem codicem p excussi, et codicem Hierosolymitanum (= h) vel S. Sepulcri 1, qui Martyrium fol. 136^r—140^v continet, primus adhibeo[4].

Versionem veterem latinam primus edidit I. Bolland[5] e tribus codicibus, brevi post I. Ussher e duobus aliis, et hunc secuti sunt Ruinart, Smith et Iacobson. Ruinart etiam duos codices nondum collatos inspexit et in bibliotheca Carmelitarum

1 Act. SS. Ian. II, 702—705.

2 Ign. et Polycarpi Mart. Londini 1647.

3 Cf. *Zeitschrift f. d. historische Theologie* 1875 p. 354—370.

4 Lectiones codicis publicavi in *Centralblatt für Bibliothekwesen* XV (1898), 364—366. — Codex adhuc nondum publicatus in claustro Cosinitze asservatur. Cf. Ehrhard, *Die altchristl. Litteratur* 1900 p. 571. — Acta martyrii coptica, quae E. Amélineau in *Proceedings of the Society of Biblica Archaeology* X (1888), 391—417 publicavit, nihil valent, cum ex excerpto Eusebii fluxerint. Cf. *Theolog. Litteratur-Zeitung* 1889 p. 30.

5 Act. SS. Ian. II, 705—707. De codicibus cf. p. 692 n. 10. p. 705 not. a.

excalceatorum Parisiensium aliam versionem vidit, quae non publicata est [1]. Editionem emendatissimam paravit Th. Zahn. Versio autem ad textum graecum restituendum parum valet. Interpres enim, nisi forte aliam textus recensionem habuit, liberrime vertit, modo omittens, modo addens, et saepe magis metaphrasin quam versionem exhibens.

Codices graeci in duas familias dividuntur, quarum unam b (saec. XI) h (saec. X) p (saec. X) v (saec. XI—XII) efficiunt, alteram m (saec. XIII). Ad hos libros accedit Historia ecclesiastica Eusebii, cumque hic sit testis antiquissimus, lectio, quam cum una ex illis familiis vel etiam cum uno vel altero codice communem habet, universe recta haberi potest. Ubi Eusebius deest, interpres latinus tanquam arbiter consulendus, sed ex ratione iam allata caute adhibendus est. Codex m, ut textus Eusebii testatur, haud exigua auctoritate eoque pluris aestimandus est, cum solus familiam repraesentet. Attamen vitiis haud paucis laborat, et codices alterius familiae consentientes ei plerumque anteponendi esse videntur.

Cum codices b h p v unius familiae sint, eorum lectiones universe non notavi, nisi duo concinnunt, excepto codice h, qui nunc primum ad textum recensendum adhibetur, et codice p, ubi locum aliter legi ac Lightfoot. Additamenta, quibus codex v scatet, fere omnia omisi.

PAPIAE FRAGMENTA.

Papias episcopus ecclesiae Hierapolitanae in Phrygia fuit. Quo tempore episcopatum susceperit, non constat. Omnes autem fere veteres tradunt, eum discipulum Ioannis apostoli fuisse. Irenaeus V, 33, 4 quidem eum Ioannis tantum auditorem vocat (cf. Fragm. I); haud dubie vero de Ioanne apostolo cogitat, cum Ioannem paulo ante (n. 3) discipulum Domini appellet neque alius Ioannis praeter apostolum mentionem faciat. Idem referunt Eusebius in Chronico (cf. Fragm. XIV), Hieronymus in Epist. 75 ad Theod. (Fragm. XVII) nec non alio loco, ubi

1 Acta ed. Galura I, 73 not. 23. Disputavit de usu Martyrii apud Latinos Ad. Harnack, *Die Zeit des Ignatius* 1878 p. 77—90.

simpliciter de Ioanne loquitur (Fragm. XV), Anastasius Sinaita (Fragm. VI sq.), Maximus Confessor (Fragm. IX). Solus Eusebius in Hist. eccles. III, 39 (cf. Fragm. II) aliter sentit. E prooemio enim in Papiae libros colligendum esse putat, episcopum Hierapolitanum apostolos non vidisse neque Ioannis apostoli, sed potius Ioannis presbyteri discipulum fuisse. Sed non solum sibi ipsi repugnat, cum in Chronico contrarium dicat, sed etiam nimium probat. Papias nequaquam indicat, se apostolo Ioanne magistro non fuisse usum, et Eusebius hac in re eo minus fide dignus est, cum in Historia ecclesiastica manifeste id ageret, ut auctoritatem episcopi Hierapolitani diminueret. Praeter Ioannem apostolum Papias cum Aristione, discipulo Domini, conversatus esse videtur. Eusebius eum etiam tempore Philippi eiusque filiarum vixisse refert (cf. Fragm. II, 9), Philippi apostoli, ut dicit, potius vero illius, qui ex septem erat cuiusque filiae dono prophetiae florebant. Irenaeus eum insuper contubernalem (ἑταῖρον) Polycarpi et virum veterem vocat (Fragm. I, 4), et sic dicens ei eandem fere aetatem attribuit atque huic. Hieronymus fortasse illa verba in mente habuit Irenaeum discipulum Papiae appellans (Fragm. XVII).

Cum Papias igitur fere aequalis Polycarpi fuerit neque vero ad summam senectutem, quam hic assecutus est, pervenisse iudicandus sit, eius vitam annis 60—140 vel 70—150 circumscribere licet. Chronicon paschale eum eodem tempore Pergami martyrium subiisse refert, quo Polycarpus Smyrnae defunctus esset; haud dubie false; nititur enim in Eusebii H. E. IV, 15, 48, ubi Papiae locum obtinet Papylus. Neque Papiam palmam martyrii consecutum esse constat, cum Eusebio aliisque veteribus tacentibus maxime dubium sit, num Photius, qui eum martyrem vocat (Fragm. X), traditionem certam habuerit.

Scripsit Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως συγγράμματα vel βιβλία πέντε. Hic certe teste Eusebio H. E. III, 39 (cf. Fragm. II) titulus operis fuit. Hieronymus (Catal. c. 18) vertit: *Explanatio sermonum Domini*. Maximus Confessor titulum haud dubie abbreviavit primum et quartum librum τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων allegans (cf. Fragm. VIII et IX). Seriores voci λογίων substituerunt vocem λόγων (cf. Fragm. III).

De tempore, quo liber exortus est, nihil nobis traditum est. Attamen omnes fere unanimes sentiunt, eum vita patris fini appropiante conscriptum esse. E fragmento nuper detecto eum non ante Hadriani regnum (117—138) exaratum esse apparet (cf. Fragm. XI). Altera ex parte non est, quod hoc regnum transgredimur. Itaque liber ad annum 130 circiter referendus esse videtur.

Liber paucis fragmentis exceptis nunc deperditus est. Multa autem saecula in ecclesia legebatur. Non solum Eusebius, sed etiam Anastasius Sinaita (cf. Fragm. VI et VII) et Maximus Confessor (Fragm. VIII et IX) eum manibus tractaverunt. Etiam medio aevo adhuc exstabat. Dubium quidem est, num Nicephorus eum legerit, cum ea, quae scripsit H. E. III, 20: Παπίας .. πολλὰ συγγράμματα τῇ ἐκκλησίᾳ κατέλιπε· πέντε δ' οὖν αὐτῷ μόνα ἐφέρετο, ἃ λογίων κυριακῶν ἐπέγραψεν ἐξηγήσεως, ex Eusebio H. E. III, 39, 1 (cf. Fragm. II, 1) hausisse videatur. At in Occidente saeculis XIII et XIV adhuc exstabat. Legimus enim in catalogo librorum ecclesiae Nemausiensis c. annum 1218 confecto: ***Item inveni in claustro — librum Papiae de verbis Domini***[1], et in catalogo librorum coenobii Stams in Tiroli siti a. 1341 confecto: ***Papias cum sermonibus diversis***[2]. Plures etiam Trithemium librum ante oculos habuisse putaverunt. Scripsit enim De script. eccles. c. 8: ***Papias, auditor sancti Iohannis atque discipulus, Hierapolitanus in Asia episcopus, fidei christianae constantissimus propagator et defensor sanctorumque apostolorum discipulus et studiosus imitator, scripsit non spernendae auctoritatis opuscula. E quibus e x s t a t opus insigne quinque voluminibus distinctum, quod praenotavit sic: Explanationem sermonum Domini. A l i a, q u a e s c r i p s i t, n o n v i d i m u s. Hic novitatem mille annorum primus invenit etc.*** Quaeritur autem, num illi verba recte intellexerint. Mihi Trithemius id solum dicere videtur, se t i t u l u m unius tantum libri invenisse, atque eo potius verba ita interpretor, quod Tri-

1 Catalogum descripsit Menardus in *Hist. civil. eccles. et litteraire de la ville de Nismes.* I, 67 Paris. 1750. Cf. Fabric. Biblioth. ed. Harles VII (1801), 153.

2 Cf. Bickell in *Zeitschr. für kath. Theol.* 1879 p. 799—803.

themius aeque ac Nicephorus in eo errat, quod de pluribus Papiae operibus loquitur.

Collegerunt hucusque Papiae Fragmenta Grabe[1], Gallandi[2], Routh[3], Migne (PG V), Hilgenfeld[4], Harnack, Lightfoot-Harmer. Versionem germanicam publicavit E. Preuschen[5].

Animadverto, plures fuisse viros nomine Papiae et editores priores nostro Papiae fragmentum adiudicasse, quod est Papiae vocabulistae saec. XII (de quo cf. Trithem. Catal. c. 414), scilicet de quattuor Mariis: de Maria matre Domini, de Maria uxore Cleophae seu Alphaei, de Maria Magdalene, de Maria Salome. In vocabularii editione, quae mihi praesto est (Venetiis 1485), locus sub voce *Maria* legitur fol. O IIII. Lightfoot (*Epistle to the Galat.* ed. V 1876 p. 273) vero probavit, illud fragmentum seriore tempore conscriptum esse, et Hofstede de Groot (*Basilides, Deutsche Ausgabe* 1868 p. 111 sq.) demonstravit, quis eius auctor esset.

Zahn, *Forschungen* VI, 220 n. 1, animum ad aliud dictum nomen Papiae prae se ferens advertit. C. F. D. Schubart in *Oetingers Leben und Briefe* ed. Ehmann 1859 p. 342 scribit: „Eamus ad dulcedinem (*Freundlichkeit*), dixerunt teste Papia aequales Iesu, cum ad Christum ire eumque audire volebant“. Quis autem hoc dictum tradidit?

Pitra, Analecta sacra II (1884), 157—160, tria fragmenta sub nominibus Papiae et Hippolyti armeniace tradita publicavit. Fragmenta leguntur in huius libro de Christo et Antichr. c. 4. 46—47. 59—60 ed. Achelis 1897 p. 7, 2—9; 29, 19—30; 39, 12—40, 13. Quaeritur autem, num Hippolytus, qui librum Papiae legit (cf. Fragm. I, 5 not.), particulas non ex hoc desumpserit et excerptor de earum fonte notitiam habuerit. Mihi hoc valde dubium est. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 128 n. 2.

Viri de fragmentis explicandis meriti infra in commentario commemorati sunt. Hoc loco addo, tractatum, quem I. B. Lightfoot in *The Contemporary Review* 1875 publicavit, in libro *Essays on the work entitled Supernatural Religion* Londini 1893 edito repetitum esse.

QUADRATI FRAGMENTUM.

Quae de Quadrato[6] comperta habemus, Eusebio debemus. Apologiae Christianorum, quam ad Hadrianum scripsit, H. E.

---

1 Spicilegium SS. Patrum II (1700), 26—35.

2 Biblioth. vet. Patr. I (1765), 316—319.

3 Reliquiae sacrae. Ed. I 1814 I, 3—38. Ed. II 1846 I, 3—44.

4 *Zeitschr. für wiss. Theologie* 1875 p. 231—270.

5 Antilegomena. *Die Reste der ausserkanon. Evangelien und urchristl. Ueberlieferungen hg. und übersetzt* 1901.

6 Cf. ad hoc caput Zahn, *Forschungen* VI (1900), 41—53.

IV, 3 mentio fit. Auctorem hoc loco Eusebius nomine solo designat, cum fere ubique viros, de quibus agit, nonnullis saltem verbis accuratius denotet. Unde colligendum est, Quadratum auctorem apologiae ei eundem visum esse cum eo, de quo iam H. E. III, 37 locutus est, quem cum filiabus Philippi prophetica gratia illustrem atque primae post apostolos aetatis fuisse memoravit, aequalem Clementis, Ignatii, Polycarpi, Papiae, quos, cum non singuli omnes recenseri possent, c. 38—39 exempli gratia distincte nominavit. Cum horum monumenta apostolicam ipsorum doctrinam continentia adhuc superesse addat, haud dubie etiam Quadratum scripturam confecisse vel prophetam cum apologeta eundem fuisse annuit. Quod autem hic illo loco (c. 38—39) praetermittitur, id inde explicatur, quod iam paulo ante (c. 37, 1) nominatus fuerat atque, cum apologiam Hadriano obtulisset, etiam in ea sectione, in qua de hoc imperatore sermo fiebat (IV, 3 sq.), memorandus erat. Itaque Quadratum aetatis discipulorum apostolorum fuisse non est dubium, idque eo minus, cum ipse nonnullos eorum, qui a Domino a mortuis resuscitati fuerint, ad sua usque tempora pervenisse profiteatur. Accuratius de his temporibus non dicit; cum autem omnino verisimile sit, eum non iuvenem, sed aetate provectum coram imperatore rem Christianorum defendisse, eius aetatem usque ad annum 60 circiter pertingere concludere licet. Discipulum apostolorum quidem Quadratus ipse non se appellat. Eusebius vero in Historia ecclesiastica tam arte eum cum discipulis apostolorum coniungit, ut eum ex illis fuisse iudicasse censendus sit. In Chronico ann. Abr. 2140 eum distincte etiam apostolorum auditorem appellat, cumque versiones Hieronymi et armeniaca atque Syncellus locum reddentes consentiant, non est dubium, Eusebium revera ita scripsisse. Ubi Quadratus vixerit, inde apparet, quod Eusebius H. E. III, 37, 1 eum ita cum filiabus Philippi memorat, ut concludere liceat, eum illis vicinum fuisse, ex Antimontanista anonymo, qui eum illis et Ammiae Philadelphensi adiungit (Eus. V, 17, 3), atque inde, quod Montanistae eum et Ammiam tanquam prophetas praedicabant, cum vix eius notitiam habuissent, si procul ab ipsis fuissent. Itaque iure statuimus, eum in provincia Asia vixisse

et ibi apologiam scripsisse annis 123 aut 129, quibus Hadrianus provinciam invisit. Hieronymus Catal. c. 19 eum episcopum Atheniensium fuisse et Hadriano Athenis agenti apologiam porrexisse dicit, haud dubie vero aberravit. Quae enim Dionysius Corinthius de Quadrato episcopo Atheniensium, successore Publii, narravit (Eus. IV, 23), male ad Quadratum prophetam et apologetam retulit, cumque Eusebius in Chronico notitiam de apologia Hadriano tradita notitiae adiungeret, qua imperator Athenis fuisse dicit, ratione minime sufficienti conclusit, librum Athenis Hadriano porrectum fuisse[1].

Quae cum ita sint, fragmentum apologiae Quadrati nobis traditum inter scripturas patrum apostolicorum recipiendum esse videbatur.

PRESBYTERI APUD IRENAEUM.

Irenaeus ad stabiliendam doctrinam apostolicam saepius provocat ad presbyteros eosque appellat discipulos apostolorum, inprimis Ioannis, neque vero nomine vel alio modo ita designat, ut eos cognoscere possimus. Modo unum eo manifestiorem reddit, quod ad eum solum plura dicta refert (Fragm. I—IV), cum alias presbyteros plures vel omnes tanquam testes inducat. Cum autem Adv. haer. III, 3, 4 se in prima aetate Polycarpum vidisse tradat, hic unus ex illis testibus fuisse censendus est. Fortasse ex eis etiam Papias fuit, qui in Asia, patria Irenaei, vixit et aeque ac Polycarpus apostolorum discipulus fuit. Compertum vero id solum habemus, Irenaeum Papiae librum legisse, neque vero eum Papiam ipsum cognovisse, cum Hieronymus Ep. 75 ad Theodor. c. 3 obiter eum discipulum Papiae appellans minus fide dignus sit.

Iam olim nonnulli unum vel alterum dictorum, quae Irenaeus a presbyteris accepisse vel audivisse refert, e Papiae libro desumptum esse opinabantur. Nuperrime Harnack[2] demonstrasse

1 Cf. St. v. Sychowski, *Hieronymus als Litterarhistoriker* 1894 p. 107—109. C. A. Bernoulli, *Der Schriftstellerkatalog des Hieronymus* 1895 p. 122. 191.

2 *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, I, 330—340 not.

sibi visus est, eloquia omnia ad illum librum referenda esse. Sententia vero minime constat. Protinus primum argumentum, quo probatur, non est validum. Harnack enim certum esse putat, dictum de fertilitate terrae in regno futuro non aliunde nisi e Papiae libro haustum esse. Rem autem aliter se habere in adnotatione ad Papiae Fragm. I ostendi. Neque firmiora sunt ea, quae Harnack de Fragmentis presbyterorum I—IV exposuit. Ex contrario, e verbis, quibus Irenaeus haec dicta inducit, clarissime apparet, ea non e libro exscripta esse. Distincte enim pater dicit, se ea a presbytero audivisse (I, 1), et verba: Talia quaedam enarrans de antiquis presbyter reficiebat nos etc., omnino non aliter nisi de sermone orali intellegenda sunt. Denique considerandum est, quod οἱ πρεσβύτεροι Papiae sunt discipuli Domini, cum presbyteri Irenaei sint discipuli apostolorum, et quo iure censemus, Irenaeum aut librum Papiae non intellexisse aut adeo neglegenter exscripsisse, ut nihil dicens discipulis Domini discipulos apostolorum substitueret?[1]

Praeter presbyteros Irenaeus ad testes provocat, quos aliis verbis inducit, sc. Adv. haer. I praef.: quemadmodum a meliore nobis (ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἡμῶν) dictum est; I, 13, 3 similiter; III, 17, 4: sicut quidam dixit superior nobis; III, 23, 3: ex veteribus quidam; V, 17, 4 similiter; IV, 41, 1: quidam ante nos; IV praef.: hi qui ante nos fuerunt et quidem multo nobis meliores; IV, 4, 2: et bene qui dixit; I, 15, 6: divinae aspirationis senior et praeco veritatis, ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ τῆς ἀληθείας. Editores priores illos viros presbyteros seu discipulos apostolorum habuerunt eorumque dicta inter horum fragmenta receperunt. Vix recte. Irenaeus eos non solum non nomine πρεσβύτεροι insignit, quo discipulos apostolorum vocat, sed etiam nusquam eos apostolos vidisse vel audivisse dicit, et ea, quae a praecone veritatis deprompsit, quippe quae sint metrice composita, haud dubie e libro aliquo descripsit. Itaque dicta illorum virorum nunc mihi praetermittenda esse videntur[2].

Collegerunt hucusque Fragmenta Routh[3], Migne[4], Har-

1 Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 78—94.
2 Cf. Harnack l. c. p. 334; Zahn l. c. p. 53—60.
3 Reliquiae sacrae. Ed. I t. I, 41—65. Ed. II t. I, 47—68.

nack, Lightfoot-Harmer. Versionem germanicam vulgavit E. Preuschen[1].

EPISTULA AD DIOGNETUM.

I.

Haec scriptura praestantissima neque Eusebio neque Hieronymo neque Photio nota fuit neque ab alio veterum memoratur. In codice, in quo ad nos pervenit, s. Iustino philosopho et martyri attribuitur, et editores priores omnibus assentientibus verbis codicis fidem habuerunt. Tillemont[2] vel potius Anonymus quidam, cuius sententiam proposuit, primus aliter iudicavit. Cum enim animadverteret, auctorem stilo uti longe clariore et pulcriore quam Iustinum ac vocare et sese discipulum apostolorum (11, 1) et religionem christianam plane novam (c. 1), cumque denique e c. 3 et 4 apparere putaret, cultum iudaicum adhuc viguisse, epistulam Iustino abiudicandam esse censuit, et plerique ei adstipulati sunt. De tempore autem, quo confecta esset, alii aliud statuere. Tillemont ipse ex locis laudatis colligere voluit, epistulam ante Hierosolymam deletam exaratam esse, et idem fere senserunt Baratier[3] ac Gallandi[4], qui epistulam insuper alter Clementi Romano, alter illi Apollo adscripserunt, cuius mentio fit Act. 18, 24—28 et I Cor. 1, 12. G. Böhl[5] epistulae tempora ad apostolorum aetatem prope accessisse opinatus est. I. A. Möhler[6], cui praeter alios adstipulati sunt Hefele[7], Permaneder[8], Alzog[9], respiciens

4 Patr. gr. t. V (1857), 1386—1402.

1 Antilegomena 1901.

2 *Mémoires* etc. *Persécution de Néron* not. 1.

3 Disquisit. chronol. de success. antiq. episcoporum Rom. 1740 p. 76 sq.

4 Bibl. vet. Patrum I Proleg. p. LXX.

5 Opusc. patrum selecta 1826 I, 113.

6 *Tüb. Theol. Quartalschrift* 1825 p. 444 sqq. *Gesammelte Schriften und Aufsätze* 1839 I, 19—31. *Patrologie* 1840 p. 165 sq.

7 Patr. apost. ed. IV p. LXXXVI sqq.

8 Patrologia specialis 1842 p. 53 sq.

9 *Handbuch der Patrologie* ed. III 1876 p. 58.

ea, quae de Christianorum persecutione dicta sunt (1; 6, 9; 7, 7. 8), eam ad aetatem Traiani retulit. Grossheim[1], Tzschirner[2], Semisch[3] et alii eam non a Iustino quidem, sed Iustini tempore conscriptam esse censuerunt, ac similiter iudicavit Bunsen[4] contendens, eam ex primis libellis esse, quos confecisset Marcion, Dorner[5] eam a Quadrato regnante Hadriano exaratam esse opinans. Ed. Zeller[6] eam ultimis saeculi secundi decenniis exortam esse putavit. Neque vero defuere, qui sententiam priorem defenderent et epistulam Iustino vindicarent, e. g. Remigius Ceillier[7], Hoffmann[8], Otto[9]. Alii, quorum ex numero sunt Grabe[10] et Prudentius Maran[11], rem in medio reliquerunt. Lardner[12] id tantum asserere voluit, epistulam ante Constantinum M. confectam esse, et I. Fessler[13] contendit, indicia scripturae interna primum vel secundum ecclesiae saeculum innuere.

Cum viri hucusque memorati unanimes sentirent, epistulam eo tempore, quo scripta esse vult, i. e. tempore persecutionis religionis christianae exortam esse, nuperrime alia sententia proposita est. Cum scriptura in uno tantum codice ad nos pervenisset, Donaldson[14] suspicatus est, Henricum Stepha-

1 De epistula ad Diogn. quae fertur Iustini M. 1818.

2 *Der Fall des Heidenthums* 1829 I, 217 sq.

3 *Iustin der Martyrer* 1840 I, 186.

4 *Ignatius v. A. und seine Zeit* 1847 p. 244. *Hippolyt und seine Zeit* 1852 I, 138 sq.

5 *Lehre von der Person Christi* I (1845), 178—180 n. 32.

6 *Tüb. Theol. Jahrbücher* 1845 p. 619 sq.

7 *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés.* II, 39 sq.

8 *Iustinus des Märt. Brief an Diognetus* 1851 p. 1—9.

9 De epistola ad Diognetum 1844. Epistola ad Diognetum ed. II 1852 p. 11 sqq.

10 Spicilegium patrum 1700 II, 165 sq.

11 Iustini opp. 1742 p. LXXIV sq.

12 *Glaubwürdigkeit der evang. Geschichte.* Berol. et Lips. 1750 I, II, 204 sq.

13 Institutiones Patrologiae 1850 I, 193 sq. Alia iudicia exhibet Otto l. c.

14 *A critical history of christian literature* etc. 1866 II, 126 sq. Cotterill, Peregrinus Proteus 1879, hanc quoque epistulam societati falsariorum adiudicavit, quam detexisse sibi visus est. Cf. supra p. XLVI sq.

num primum editorem vel, id quod verisimilius esset, nonnullos e Graecis, qui (saec. XV) in Europam transmigraverunt, eam confecisse idque ut librum more veterum conscriberent, neque vero ut eam Iustino supponerent. Simile iudicium Fr. Overbeck[1] fecit et ex epistula probare conatus est. Putavit enim, scripturam ad saeculum secundum vel ad aetatem apologetarum christianorum plane non quadrare. Neminem patrum tam arroganter de gentilibus et Iudaeis iudicasse, et praesertim argumentum deesse, quod patres ex effatis prophetarum pro Christianismo protulerunt. Quae in c. 5 de Christianis dicta essent, ea ad saeculum secundum vel tertium non posse referri. Fideles tunc temporis ad hoc saeculum non tam prope accessisse, quam auctor diceret, neque verum esse, illorum mores non alios fuisse ac mores reliquorum hominum. Sed vix uni vel alteri rem ita se habere persuasisse videtur. Plures sententiam priorem defenderunt et id solum concesserunt, epistulam non multo ante finem saeculi secundi scriptam esse. Keim[2] eam refert ad tempus M. Aurelii et quidem ad finem imperii vel ad annos 178–180, putans, auctorem 7, 4 alludere ad imperatorem Commodum filium in regnum assumentem, Lipsius[3] ad tempus, quo vis persecutionis Aurelianae iam confracta erat, vel ad annum 180 et annos sequentes; Zahn[4] ad annos 250—310; Gass[5] ad alteram saeculi II partem; Harnack[6] ad annos 170 —300. I. Draeseke[7] epistulam ab Apelle Gnostico ad Diognetum magistrum Marci Aurelii datam fuisse censuit. Neque vero defuerunt, qui etiam epistulam antiquiorem esse iudicarent. Cum fragmentum Apologiae Aristidis nuper detectum[8] similem stilum et plures similes sententias exhibere videretur, H. Doul-

1 *Ueber den pseudoiustinischen Brief an Diognet* 1872; *Studien zur Geschichte der alten Kirche* 1875 I, 1—92.

2 *Protestantische Kirchenzeitung* 1873 N. 13 et 14.

3 *Literarisches Centralblatt* 1873 N. 40.

4 *Göttingische gelehrte Anzeigen* 1873 p. 106—116.

5 *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie* 1874 p. 474–478.

6 Prolegomena § 2. *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 513—515.

7 *Der Brief an Diognetos* 1881.

8 S. Aristidis, Philosophi Atheniensis, Sermones duo edd. PP. Mechitaristae congregationis S. Lazari. Venetiis 1878.

cet [1] et H. Kihn [2] epistulam illi auctori attribuendam esse censuerunt, et postquam Aristidis Apologia syriace versa tota [3] inventa est, G. Krüger eandem sententiam defendit, sed etiam revocavit [4]. Revera auctor epistulae definiri nequit [5], et Iustinum inprimis eam non scripsisse nunc fere omnes consentiunt, cum testes luculenti desint et scriptura quoad stilum ac sententias ab operibus illius patris genuinis maxime divergat. Neque tempus epistulae artioribus finibus certe circumscribi potest. Non dubium quidem est, eam aetate persecutionis Christianorum exortam esse. Sententia Overbeckiana, ni fallor, ab omnibus reprobatur. Altera ex parte epistula ad partem saeculi II priorem aegre referenda est. Scribens 6, 9; 7, 8, numerum Christianorum persecutione augeri, auctor spatium aetatis christianae maius respicere videtur. Idem saltem inter auctores nobis cognitos Tertullianus primus animadvertit. Itaque colligere licet, epistulam vix ante saeculum II medium, fortasse saeculo III conscriptam esse. Argumenta, quibus nuperrime Heinzelmann [6] et Baljon [7] scripturam annis 135—150 vel saeculo II medio exortam esse demonstrare conabantur, non sunt idonea.

Ad Diognetum quendam epistulam scriptam fuisse ex c. 1 apparet, et Petrus Halloix [8] non paucis [9] approbantibus illum eundem fuisse putavit, quo magistro usus est M. Aurelius. Kestner [10] etiam suspicatus est, Diognetum a M. Aurelio iuvene impulsum fuisse, ut Iustinum (quem pro auctore epistulae ha-

1 *Revue des questions historiques* 1880 XXVIII, 601—612.

2 *Der Ursprung des Briefes an Diognet* 1882.

3 Edd. R. Harris et I. A. Robinson in *Texts and Studies* I 1891.

4 *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* XXXVII (1894), 206—223; XXXIX (1896), 169—174.

5 Cf. quae disputavi in *Litterarische Rundschau* VIII (1882), 641—647.

6 *Der Brief an Diognet, die Perle des christl. Altertums, übersetzt und gewürdigt* 1896.

7 *Theologische Studiën* 1900 p. 43—64.

8 Illustr. eccles. orient. scriptor. II, 281.

9 Ex eorum numero sunt Cave, Script. eccles. hist. literaria 1694 p. 28; Rem. Ceillier, *Histoire générale etc.* II, 39 sq.; Otto, De epist. ad Diogn. p. 73—83; Epist. ad Diogn. ed. II p. 48—56; Draeseke l. c. p. 130—132.

10 *Die Agape oder der geheime Weltbund der Christen* 1819 p. 394 sq.

buit) de rebus consuleret, quas in Apologia priore vel brevius attigisset vel tacitus praeteriisset. Revera quis fuerit ille Diognetus, ad quem epistula scripta est, nos latet. Pro certo autem habendum est, vocem Διόγνητος esse nomen proprium, nec vero nomen appellativum (διόγνητος = oriundus e Iove), ut putaverunt Stelkens[1] et Kihn[2], voce Hadrianum imperatorem designari censentes.

II.

Dividitur epistula, ut ex c. 1 apparet, in tres partes. Diognetus enim interrogat, cui Deo confidentes quamque religionem colentes Christiani mundum mortemque contemnant ac cultum et gentilium et Iudaeorum aspernentur, quo amore inter sese sint affecti, cur hoc institutum tam sero in mundum prodierit (c. 1), et auctor primum exponit, quam ob causam Christiani Paganismum (c. 2) et Iudaismum (c. 3—4) aspernentur. Gentiles, dicit, res creatas et corruptibiles pro diis habere; Iudaeos agnoscere quidem Deum verum, sed ita eum colere, ut ab illis vix differre videantur. Deinde ordine paululum immutato ad quaestionem alteram progreditur Christianorum mores describens (c. 5) et praesertim demonstrans, fideles id esse in mundo, quod sit anima in corpore (c. 6). Quae postquam exposuit, ad quaestionem primam reversus de religione christiana agit dicens, non ab hominibus, sed a Deo eam profectam esse. Deum filium misisse, ut homines salvaret (c. 7) iisque patrem manifestaret, quem nemo hominum vidisset (8, 1—6). Porro quaestionem tertiam tractandam aggreditur et ostendit, tam sero salvatorem ideo missum esse, ut ex peccatis nostris convinceremur, nos vita aeterna indignos esse neque in regnum Dei ingredi posse, nisi Deus nos adiuvaret. Quem, sicut antea peccata nostra patienter tolerasset, ita ea denique ipsum suscepisse ac proprium filium pro nobis dedisse pretium redemptionis, ut iustificaremur benignitati ipsius credentes (8, 7—9, 6). Denique animum Diogneti auctor ad bona advertit, quae ipsi affluant, si illam fidem expetierit. Fore ut patrem agnoscat et diligat et imitetur, pro-

1 *Ueber den Brief an Diognet* 1860 p. 11.

2 *Der Ursprung des Briefes an Diognet* 1882 p. 123—126.

ximum vere diligens, mortem contemnens, illos admirans, qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium (c. 10).

In capitibus duobus, quae sequuntur, primum de divitiis scientiae et virtutis agitur, quas Dei filio debemus (c. 11), et deinde exponitur, certam cognitionem et veram vitam alteram sine altera non consistere; in paradiso lignum vitae et lignum cognitionis in propinquo plantatum fuisse, et iuxta verba apostoli cognitionem inflare, caritatem aedificare. Sed quaeritur, num haec capita pars sint epistulae. Iam Henricus Stephanus ea subditicia esse putavit eiusque sententiam Sylburg et Tillemont repetierunt, Böhl[1], Grossheim[2], Semisch[3], Otto[4], Hoffmann[5], alii novis argumentis comprobarunt. Hefele postquam in prima Patrum apostolicorum editione partem illam posteriorem genuinam esse contendit, in editionibus sequentibus re subtilius et acrius perpensa de eius authentia dubitavit, et mihi quoque illa capita spuria esse videntur. Namque primo argumentum epistulae, ut ex expositione sententiarum apparet, quam supra dedimus, iam capite 10 ad finem perductum est. Tum capita 11 et 12 cum antecedentibus minime tam arte cohaerent, quam haec inter sese connexa sunt. Quid, inquit Böhl, sibi volunt verba οὐ ξένα ὁμιλῶ οὐδὲ παραλόγως ζητῶ? Quid huc attinet eum asserere, sese οὐ παραλόγως ζητεῖν, cum per totam epistulae expositionem in tradenda fidei evangelicae summa a subtilioribus quibuscumque, nedum ab ineptis disputationibus plane abstinuerit ideoque intellegere debuerit, hac excusatione se prorsus non indigere? Neque etiam verba illa, quae proxime sequuntur: τίς γὰρ ὀρθῶς διδαχθεὶς κτλ. huic epistulae consentanea esse videntur. Cum enim appareat e verborum contextu, pronomine τίς significari μαθητὴν aliquem, cognitiones ab apostolis traditas, de quibus modo dixit auctor, sibi ministrari cupientem: videmus hic designari discipulum in doctrina fidei recte edoctum iamque sublimiore quadam de rebus divinis cognitione

1 Opuscula patrum selecta I, 115—123.
2 De epistola ad Diognetum p. 30 sqq.
3 *Iustin der Märtyrer* I, 174.
4 De epistola ad Diogn. p. 84—92. Epist. ad Diogn. ed. II p. 56—61.
5 *Iustinus des Märt. Brief an Diognet* p. 3.

instruendum, id quod huic epistulae haud congruum esse videtur. Etenim haud verisimile est, Nostrum in eo versantem, ut gentilem instituat fide christiana demum imbuendum, eorum se doctorem profiteri, qui in doctrina fidei iam recte edocti ad altiora provehi studeant[1]. Porro si quae 8, 6 de fide dicta sunt, cum iis comparaveris, quae in c. 12 de cognitione seu γνώσει sunt disputata, sententias inter sese non esse consentaneas facile perspicies. Neque praetermittendum est, auctorem partis prioris longioris nullum S. Scripturae locum diserte allegare, auctorem vero partis posterioris brevioris 12, 5 apostolum sive Paulum loquentem facere. Accedit, quod particula 12, 7—9 metrice composita est[2] et distincte tanquam clausulam homiliae vel similis scripturae se exhibet. Denique nec codex capita ultima ab auctore capitum priorum profecta esse testis est locuples. Decimo enim capite finito lacunam habuit, et cum res ita se habeant, capita 11 et 12 subditicia esse nunc omnes fere consentiunt. Kihn[3] quidem nuperrime ea partem epistulae integram esse ostendere conatus est, neque vero demonstravit.

De origine particulae epistulae adiectae nihil certi definiri potest. Harnack[4] quaerit, num homilia Methodio vel eius discipulis attribuenda sit. Lightfoot-Harmer eius auctorem Pantaenum Alexandrinum habet.

III.

Typis epistulam primus expressit Henricus Stephanus a. 1592[5], et ab eius editione per longum tempus editores sequentes

1 Cf. Böhl, Opuscula patr. selecta I, 116.

2 Cf. *Zeitschrift für Kirchengeschichte* V (1882), 198—200.

3 *Der Ursprung des Briefes an D.* p. 48—55.

4 *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 515.

5 Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον, καὶ λόγος πρὸς Ἕλληνας. Iustini philosophi et martyris Epist. ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et Latinitate donatae ab Henr. Stephano. Eiusdem H. Stephani annotationibus additum est Io. Iacobi Beureri de quorundam locorum partim interpretatione partim emendatione iudicium. Tatiani, discipuli Iustini, quaedam. Excudebat H. Stephanus Anno M.D.XCII. Parisiis.

pependerunt, scilicet Frid. Sylburg[1], Fed. Morel[2], Prudentius Maran[3], A. Gallandi, Fr. Oberthür[4], Herm. Olshausen[5], Georgius Böhl[6], C. I. Hefele, Alg. Grenfell, I. P. Migne. Codicis, quem exscripsit, Stephanus non reddidit rationem. Sed vix dubium est, eum eundem fuisse, qui teste inscriptione quondam Ioannis Reuchlin fuit, postea in Maurimonasterium in Alsatia superiore situm, denique in urbanam Argentorati bibliothecam pervenit. Editionem emendatiorem a. 1843 paravit I. C. Th. Otto[7], postquam Ed. Kunitz[8] in ipsius usum codicem (saec. XIII) diligenter contulit, eumque secuti sunt Hefele in editionibus recentioribus, Hoffmann[9], Hollenberg[10], Bunsen[11], G. B. Lindner[12], Max. Krenkel[13], Gebhardt et Harnack, Gildersleeve[14], Lightfoot-Harmer.

Capita 11 et 12 insuper ediderunt Bunsen[15] et Credner[16], et bene de textu emendando meritus est Lachmann, cuius coniecturae vulgatae sunt in editione Bunseniana.

---

1 S. Iustin phil. et mart. opera. Heidelbergae 1593.

2 S. Iustini phil. et mart. opera. Parisiis 1615, denuo 1636 et Coloniae 1686.

3 S. Iustini opera etc. ed. opera et studio unius ex Monachis Congregationis S. Mauri. Parisiis 1742, denuo Venetiis 1746.

4 Opera patrum graecorum. Vol. III. Wirceburgi 1777.

5 Historiae eccles. veteris monumenta praecipua. Vol. I. P. II. Berolini 1822.

6 Opuscula patr. selecta. P. I. Berolini 1826.

7 S. Iustini phil. et mart. opp. tom. II. Ienae 1843 (= Corp. Apologetarum christ. saec. sec. vol. III) ed. II 1849; ed. III 1879. Epist. ad Diogn. Iustini phil. et mart. nomen prae se ferens. 1852 ed. II.

8 Descriptionem codicis exhibet Otto in suis editionibus. Editionem instituens recentissimam, in editione Corporis Apolegetarum III a. 1879 publicata, collatione codicis usus est, quam E. Reuss a. 1861 ipsi paraverat.

9 *Iustinus des Märtyrers Brief an Diognetus, griechisch und deutsch.* Neissae 1851.

10 *Der Brief an Diognet.* Berolini 1853.

11 Analecta Ante-Nicaena. Vol. I. Londini 1854.

12 Bibl. patr. eccles. selectissima. Vol. I. Lipsiae 1857.

13 Epist. ad Diognetum. Lipsiae 1860.

14 Iustinus Martyr, *The Apologies* etc. Neo-Eboraci 1877.

15 *Hippolytus und seine Zeit.* 1852. I, 139—142.

16 *Geschichte des neutestam. Kanon* ed. Volkmar 1860 p. 58—66.

Codex a. 1870 flammis absumptus est, et apographon quoque, quod brevi post Henr. Stephanum I. I. Beurer Friburgensis desumpserat et cuius lectiones Stephanus in appendice suae editionis adnotaverat, deperditum esse videtur, cum hucusque non fuerit repertum. Apographon Henrici Stephani in bibliotheca academica Lugduni Batavorum exstat et ab Oscaro de Gebhardt collatum est. Tertium apographon asservat bibliotheca Universitatis Tubingensis, et C. I. Neumann primus de eo notitiam dedit[1]. Confectum est a Bernhardo Haus in usum Martini Crusii, et quidem haud dubie anno 1580, quo ea, quae in libro manuscripto praecedunt, se scripsisse librarius testatur. Itaque, cum Stephanus codice Argentoratensi a. 1586 se usum esse et Beurerum librum postea descripsisse dicat, apographa duo alia aetate superat. Equidem librum Tubingensem, signatum M. b. 27, nunc primum ad textum recensendum adhibeo vel de eius lectionibus refero. In margine plures notae a librario appositae sunt; duae ad textum vel lacunas textus spectant et in apparatu critico transscriptae sunt; reliquae animum lectoris ad locos quosdam insignes advertunt. Illas e codice principali fluxisse manifestum est. Quo libro etiam tres alias traditas esse Stephanus et Kunitz testantur, et vix dubium est, librarium codicis Tubingensis eas omnes ex exemplari sibi proposito desumpsisse, neque vero unam vel alteram de suo addidisse. Quare notae hic transscribantur.

Ad 3, 3 haec notata sunt: ὅτι ὁ θεὸς ἀπροσδεής ἐστι καὶ οὐδενὸς ὧν προσφέρομεν αὐτῷ δέεται, ὡς καὶ αὐτὸς εἴρηκέ που· τίς γὰρ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ἐζήτησε ταῦτα; (cf. Ies. 1, 12)[1], ad 4, 5: ὅτι παρήδρευον ἑβραῖοι ἄστροις καὶ σελήνῃ, καὶ τὰς παρατηρήσεις αὐτῶν ἐφύλαττον, ad 4, 6: ἔνθεν περὶ χριστιανῶν ἄρχεται, ad 5, 3: ὅτι δόγματος ἀνθρωπίνου οἱ χριστιανοὶ οὐκ ἀντιλαμβάνονται· ἀλλὰ[2]   οὐδὲ γάρ φησιν ὁ ἀπόστολος παῦλος, παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό (Gal. 1, 12), ad 8, 10: ὅτι ἐκρύπτετο τοσούτους χρόνους τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος, μέχρι τοῦ βαπτίσματος ἐν ἰορδάνῳ, ad 11, 2: ὅτι οἱ ἅγιοι ἄνδρες ἔγνωσαν μυστήρια τοῦ πατρός, ad 12, 8: ὅτι τὴν εὔαν, μὴ φθειρομένην, παρθένον ἀποκαλεῖ· φθαρεῖσαν δέ, τῆς παρακοῆς πάντως εἰσδέξατο τὸ ἐπιτίμιον δηλονότι φθαρεῖσαν.

1 Locos S. Scripturae ego addo.
2 Post hanc vocem sequitur spatium vacuum quattuor litteras amplectens.

1 *Zeitschrift für Kirchengeschichte* IV (1881), 284—287.

In sermonem latinum epistulam transtulit Henr. Stephanus eiusque versionem posteriores, inprimis Maran et Otto, emendaverunt. Ego versionem illam emendatam recepi ac paucis locis castigavi. In sermonem germanicum epistulam verterunt praeter viros in Notitia generali nominatos praesertim I. M. Sailer[1], Hoffmann[2], Kihn[3], Heinzelmann[4].

HERMAE PASTOR.

I.

Auctor libri, qui inscribitur Pastor, ipse nomen Hermae sibi attribuit (cf. Vis. I, 1, 4; 2, 2; 4, 3; II, 2, 2 etc.). Origenes, qui scripturam saepissime laudat (cf. adnotationes ad Vis. I, 1, 6; II, 4, 3; III, 2, 6; Mand. I, 1; II, 3; VI, 2, 1; XII, 5, 3; Sim. II, 1; III; VI, 3, 2; 4, 4; VIII, 2, 1; 3, 3; IX, 15) eum eundem fuisse cum illo conicit, qui a Paulo apostolo Rom. 16, 14 salutatur; dicit enim in ep. ad Rom. comment. X, 31 (ed. Bened. IV, 683): ***Puto tamen, quod Hermas iste sit scriptor libelli illius, qui Pastor appellatur, quae scriptura valde mihi utilis videtur et ut puto divinitus inspirata.*** Etiamsi autem primus Hermam Pastoris auctorem aequalem apostolorum nominavit, iam Irenaeus et Clemens Alexandrinus eiusdem sententiae fuisse videntur. Ille enim laudans Mand. I, 1 (Adv. haer. IV, 30, 2 ed. Stieren, cf. Eus. H. E. V, 8, 7) librum γραφήν i. e. Scripturam Sacram appellat; hic librum saepius quasi scripturam divinam[5] allegat (cf. adnot. ad Vis. II, 1, 3; III, 3,

1 *Briefe aus allen Jahrhunderten der christlichen Zeitrechnung.* Fasc. I. Monaci 1800.

2 Cf. p. CXX not. 9.

3 *Der Ursprung des Briefes an Diognet.* Wirceburgi 1882 p. 155—168.

4 *Der Brief an Diognet.* Erfordiae 1896.

5 Animadverte praesertim Strom. I, 29, 181 p. 426: θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα τὰ ὁράματά φησι καὶ τὰ ἀποκαλύμματα διὰ τοὺς διψύχους κτλ. (Vis. III, 4, 3). Strom. II, 1, 3 p. 430: φησὶ γὰρ ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἡ φανεῖσα· ὃ ἐὰν ἐνδέχηται κτλ. (Vis. III, 3, 4). Strom. VI, 15, 131 p. 806: ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἐκκλησίας φανεῖσα ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν κτλ. (Vis. II, 1, 3).

4; 4, 3; 8, 3; V, 5; Mand. IV, 2, 2; 3, 2; V, 1, 6; VII, 2—4; XI, 3; Sim. IX, 15, 4; 16, 5), id quod vix fecissent, si auctorem non habuissent virum apostolicum. Tertullianus quoque catholicus Pastorem *scripturam* nominat, contra illos, qui ad eum provocantes (cf. Vis. V, 1) transacta oratione sedere solebant, dicens: *Alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus; immo contra scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit* (De orat. c. 16), et apparet, in ecclesiis saeculi secundi exeuntis librum maximi aestimatum, in nonnullis saltem inter Sacras Scripturas recensitum vel potius Scripturis prophetarum et apostolorum instar epistularum Barnabae et Clementis Romani quasi appendicem adiectum fuisse. Auctor Fragmenti Muratoriani, qui c. ann. 180 Romae vel haud procul ab urbe scripsisse videtur, v. 73—80 scribens: *Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma conscripsit sedente cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo fratre eius; et ideo legi eum quidem oportet, se publicare vero in ecclesia populo neque inter prophetas completum* (l. completos) *numero neque inter apostolos in fine temporum potest*, librum, quippe qui paulo ante compositus fuerit, scripturis canonicis quidem adnumerari vetat, agnoscit autem ac vult, eum legi seu in ecclesia vel in conventibus ecclesiasticis publicis seu, ut eius verba etiam intelleguntur [1], privatim vel in conventibus Christianorum minoribus.

Etiam temporibus sequentibus libro magna attributa est auctoritas. Origenes refert quidem, eum a nonnullis contemni (De princ. IV, 11) vel non ab omnibus γραφὴν θείαν putari (in Matth. comment. XIV c. 21 ed. Bened. III, 644), eumque laudans quater addit: *si cui tamen placeat eum legere* vel *recipere* (Opp. ed. Bened. II, 294. 681; III, 872. 973; cf. III, 404); ipse autem eum γραφὴν nominat (III, 439. 644; cf. II, 294; III, 973), et similiter Orientales adhuc saeculo IV ineunte iudicaverunt. Teste enim Eusebio Pastor a multis viris ad catechumenos instituendos adhibebatur et in ecclesiis publice legebatur, a nonnullis autem in dubium vocabatur, et Eusebius rebus sic stantibus

---

1 Cf. Zahn, *Geschichte des neutestamentl. Kanons* II, 111—118.

eum inter ὁμολογούμενα vel receptae auctoritatis libros recenseri non posse iudicat (H. E. III, 3, 6); alio loco (H. E. III, 25, 4) eum τοῖς νόθοις adnumerat. Athanasius quoque librum magni aestimat. Adhibet eum ad probanda dogmata (cf. adnot. ad Mand. I, 1; IX, 9)[1], et quamquam librum e canone excludit (De decret. Nic. c. 18), tamen inter eos recenset, qui secundum decreta patrum catechumenis legendi sint (Ep. 39 ed. Patav. 1777 I, 768), sc. Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, Esther, Iudith, Tobias, Doctrina apostolorum. Simili auctoritate Pastor apud Didymum Alexandrinum (cf. Vis. III, 2, 8 not.) et auctorem Operis imperfecti (saec. IV exeunte; cf. Sim. IX, 15) fruitur[2], et in codice Sinaitico una cum epistula Barnabae post libros N. T. locum obtinet. Inde a saeculo quinto autem in ecclesia orientali auctoritatem perdidisse videtur. Exscripserunt quidem librum tacite Pseudo-Athanasius in Praeceptis seu Doctrina ad Antiochum ducem (saec.?) et Antiochus monachus Laurae s. Sabae (saec. VII). Maximus Confessor (saec. VII)[3] et Nicetas Serronius (saec. X exeunte; cf. Mand. I, 1 not.) Pastoris etiam mentionem fecerunt, Nicephorus Callisti (H. E. II, 46) ad verbum fere repetiit, quae Eusebius de eo retulit. In Stichometria Nicephoro adscripta autem liber non solum e libris canonicis, sed etiam e libris ἀντιλεγομένοις excluditur et inter ἀπόκρυφα recensetur[4]. In codice Alexandrino et in Synopsi S. Scripturae nomen Athanasii ferente[5] prorsus deest. Interpres aethiopicus (cf. infra c. III) sibi soli stat. Tantum enim sapientiae abyssum in libro invenire sibi visus est, ut non solum aequali apostolorum, sed nisus in Act. 14, 12 Paulo ipsi eum adiudicaret[6].

Quod ad libri usum in ecclesia occidentali attinet, Ter-

---

1 De incarn. Verbi c. 3 Mand. I, 1 laudans haec praemittit: ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις . . . φησὶ διὰ μὲν Μωσέως . . . διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· πρῶτον κτλ.

2 Uterque enim ad eum provocat, et hic quidem addens: *si tamen placet illa scriptura omnibus Christianis.*

3 Schol. in Dionys. Areop. de divin. nom. lib. Opp. Dionysii Areop. ed. Venet. 1755 II, 126.

4 Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 301.

5 Zahn ibid. II, 317.

6 *Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes* II (1862) I, 181 sq.

tullianus catholicus quid senserit iam vidimus. Nunc addo, postquam Montanistis sese adiunxit, eum (De pudic. c. 10) Pastorem vehementer impugnasse ac dixisse, librum *ab omni concilio ecclesiarum, etiam catholicarum, inter apocrypha et falsa iudicari* (cf. Mand. IV, 1, 8 not.). Quod vix verum est, et rem se exaggerasse Tertullianus ipse prodit. Non solum pro libro ab omnibus condemnato vehementius Pastorem aggreditur, sed etiam (ibid. c. 20) eum a nonnullis saltem ecclesiis receptum esse indicat; Barnabae epistulam enim *receptiorem* apud ecclesias nominat illo libro. Neque erraveris statuens, Callistum Romanum, quem Tertullianus (l. c.) tanto cum ardore impugnat, ad Pastorem provocasse, et hoc tantum fide dignum esse videtur, multas ecclesias c. ann. 200 conciliis habitis decretum fecisse simile sententiae, quam de libro pronuntiavit auctor Fragmenti Muratoriani. Saeculo III medio Novatianus Pastorem tanquam Scripturam Sacram adhibet De trinit. c. 2 scribens: hunc enim legimus (scil. in scriptura) omnia continere (Mand. I, 1)[1]. Aliquanto post Ps.-Cyprianus vel auctor tractatus De aleatoribus librum non solum cum Sacris Scripturis allegat (c. 4, cf. Mand. IV, 1, 9), sed etiam diserte *scripturam divinam* nominat (c. 2, cf. Sim. IX, 31, 5 not.). Inde a saeculo quarto autem libri auctoritas apud Latinos brevi evanuit. Rufinus quidem (Expos. in Symb. apost. c. 38) eum libris *ecclesiasticis* adnumerat, sc. Sapientiae Salomonis, Ecclesiastico, Tobiae, Iudith, Maccabaeorum libris, dicitque, maiores hos omnes *legi quidem voluisse, non tamen proferri ad auctoritatem ex his confirmandam*. Sed minus iudicium proprium proposuit, quam sententiam Athanasii et auctoris Fragmenti Muratoriani repetiit. Cassiano ad doctrinam de duobus angelis et de arbitrii libertate confirmandam Mand. VI, 2, 1 (cf. adnot. ad h. l.) alleganti Prosper (Contra Collat. c. 30) respondet, *nullius auctoritatis esse testimonium, quod disputationi suae de libello Pastoris inseruerit*, et iam ante Hieronymus (Praef. in libr. Sam. et Malach. ed. Migne IX, 556) ut Sapientiam Salomonis et Iesu filii Sirach librum et Iudith et Tobiam sic et

1 Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* I, 346.

Pastorem inter ἀπόκρυφα ponit et respiciens Vis. IV, 2, 4 (cf. not.) eum ***stultitiae condemnandum esse*** censet. Alio quidem loco paulo mitius iudicat (cf. Vis. III, 10, 3 not.); sed in libro de viris illustribus c. 10, postquam testimonia Origenis et Eusebii reddidit, librum ***apud Latinos paene ignotum esse*** asserit. In Decreto denique Gelasiano Pastor commemoratur inter ***libros apocryphos, qui non recipiuntur***[1].

Prorsus autem neque in Occidente liber in desuetudinem abiit. In indice versuum Scripturarum Sanctarum codice Claromontano (saec. VI) apposito, cuius origo autem valde dubia est, una cum Actis Pauli et Revelatione Petri locum in appendice obtinet[2]. Auctor Vitae s. Genovefae, qui c. ann. 530 scripsisse videtur, allegat Sim. IX, 15 (cf. not.), et Sedulius Iunior seu Scotus (saec. IX)[3], Origenem sequens, Pastorem ***scripturam valde utilem et divinitus inspiratam*** putat. Multi librum vel versionem eius latinam vulgatam descripserunt et nonnulli testibus codicibus S. Germanensi (saec. IX), Bodleiano, Vindobonensi (ann. 1434) posuerunt eum inter illos V. T. libros, quos Athanasius, Rufinus, Hieronymus apocryphos habuerunt, librarius codicis Dresdensis (saec. XV) inter Psalmos et Proverbia Salomonis. Similem locum etiam Petrus Comestor (c. 1170), Ioannes Saresberiensis (c. 1170), Hugo de St. Caro vel de Vienna (c. 1240), Ioannes Ianuensis (c. 1280) ei attribuerunt[4]. Alii medii aevi scriptores Hermae sententiam de muliere adultera (Mand. IV, 1, 4—10, cf. not.) receperunt.

II.

De tempore, quo Pastor confectus est, duae sunt traditiones. Orientales Hermam apostolicum auctorem habent, Occidentales Pii I episcopi (140—154) fratrem. Huic in Fragmento Muratoriano librum attribui iam vidimus. Eundem auctorem putavit Hippolytus, e cuius Chronico desumpta esse

1 Harduin, Acta concil. II, 941. Thiel, Epist. Rom. pont. 1868 p. 463.

2 Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 157—162.

3 Collectan. ad Rom. 16, 14. Migne, PL 103, 124.

4 Testimonia exscripserunt Credner, *Geschichte des neutest. Kanons* 1860 p. 312—316; Harnack, Prolegom. p. LXIX sq.

videntur, quae in Catalogo Liberiano ad pontificatum Pii adiecta leguntur: *Sub huius episcopatu frater eius Ermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quae ei praecepit angelus, cum venit ad illum in habitu pastoris* [1]. Quae verba repetiit saeculo VI ineunte auctor Libri pontificalis addens: *et praecepit ei, ut Pascha* (vel potius, ut Catalogi Felicianus et Cononianus exhibent: *sanctum Paschae*) *die dominica celebraretur;* eumque secutus est Ps.-Isidorus Pio decretum de Paschate die dominica celebrando attribuens et referens, praeceptum papae per angelum Domini in habitu pastoris Hermae apparentem corroboratum fuisse [2]. Etiam Ps.-Tertullianus vel auctor poematis adversus Marcionem III, 9 (PL II, 1078) Hermam fratrem Pii vocat, sed fortasse a Catalogo Liberiano dependet, cum post saeculum IV medium potius quam ante scripsisse videatur [3].

Inter viros doctos, qui saeculis XVI et XVII et XVIII ineunte de Pastore scripserunt, plerique Hermam apostolicum auctorem habuerunt, et alii insuper librum ante Hierosolymam deletam scriptum esse contenderunt, e. g. Cave [4], Baratier [5]; alii, ex quorum numero sunt Le Nourry [6], Tillemont [7], Remigius Ceillier [8], Lardner [9] librum ad annum 92 retulerunt; alii denique tempus non accuratius definierunt, e. g. Cotelerius [10],

1 Mommsen, *Ueber den Chronographen v. J. 354* (*Abhandlungen d. philol. hist. Classe d. k. sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1850 p. 635. Lipsius, *Chronol. d. röm. Bischöfe* p. 266. Duchesne, Liber pontificalis I, 4.

2 Cf. Duchesne, Liber pontificalis I, 58. 132. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidori 1863 p. 116.

3 J. Waitz, *Das pseudotertull. Gedicht* Adv. Marc. 1901, carmen Commodiano attribuit.

4 Script. eccles. histor. literaria 1694 p. 15. Intellexerunt hi scriptores τὴν θλῖψιν τὴν μέλλουσαν τὴν μεγάλην Vis. IV, 2, 5 de excidio Hierosolymitano.

5 Disquisitio chronologica etc. 1740 c. III § 3 p. 39 sq.

6 Apparatus ad bibl. maximam. De vita et scriptis s. Hermae art. IV.

7 *Mémoires pour servir à l'histoire eccl. art. S. Hermas not. 1.* Interpretati sunt hi scriptores tribulationem illam magnam superventuram de persecutione Domitiani.

8 *Histoire générale etc.* III c. 9 art. 2, 1.

9 *Glaubwürdigkeit der evang. Geschichte* ed. Berol. 1750 II, 76—79.

10 Patr. apostol. opp. ed. Clericus 1724 II, 73 sq.

Dupin[1]. Baronius (Ann. 159, 4) Hermam apostolicum etiam eundem cum fratre Pii habuit. Bellarminus[2] vero et Tillemont[3] eum refutarunt provocantes ad temporis distantiam et differentiam nominis; in Libro pontificali enim et apud Ps.-Pium hic vocatur Hermes. Adeo autem vulgata erat sententia illa, ut Remigius Ceillier[4] dicere posse sibi videretur, eam paene ab omnibus teneri. Sed nonnulli saltem aliter senserunt. Basnage (Ann. 157, 2) e. g. Pastorem Hermae apostolico abiudicat, cum Pauli discipulo non sit dignus etc. Mosheim[5] fratrem Pii auctorem declarat, primus ut videtur provocans ad testimonium Fragmenti Muratoriani, quod tribus lustris ante publicatum erat[6]; et Schröckh[7] nunc paene certum esse contendit, illum librum confecisse. Nihilominus sententiam priorem plures defenderunt, e quorum numero sunt Gallandi[8] et Lumper[9] nec non Jachmann[10], qui librum Hermae apostolico adiudicavit, de tempore autem id tantum statuit, Hermam inter persecutionem Neronis et persecutionem Traiani vel inter annos 64 et 105 scripsisse. Hefele vero fratrem Pii auctorem esse probare studuit, et multi assensi sunt.

Tertiam sententiam[11] nostris diebus E. Gaâb[12] proposuit et Th. Zahn[13] novis argumentis confirmavit. Contenderunt enim, librum neque ab Herma apostolico neque ab fratre Pii, sed, ut ipse vellet (cf. Vis. II. 4, 3), a tertio Herma, aequali Clementis episcopi, et quidem Nerva imperatore vel imperio Traiani ineunte

1 *Nouvelle bibliothèque des auteurs eccl.* ed. II 1688 I, 82 sqq.

2 De scriptoribus eccles. Colon. 1657 p. 35.

3 *Mémoires etc.* l. c.

4 *Histoire générale etc.* III c. 9 art. 1, 1.

5 Institut. hist. eccles. 1755 p. 51.

6 Antiquit. ital. med. aevi III (1740), 854.

7 *Christliche Kirchengeschichte* ed. sec. II (1775). 274.

8 Biblioth. vet. Patrum I Proleg. p. XXVIII.

9 Historia theologico-critica 1783 I. 94—104.

10 *Der Hirte des Hermas* 1835 p. 29—34.

11 De nonnullis aliis, quae memoria minus dignae sunt, vide Ittig, Dissertatio de patribus apostolicis c. 59.

12 *Der Hirte des Hermas* 1866.

13 *Der Hirt des Hermas* 1868.

(ann. 97—100) confectum esse[1]. Adstipulati sunt Peters[2], Mayer[3], Caspari[4], Nirschl[5] ac nonnulli alii. Plerique autem testimonio Fragmenti Muratoriani fidem habuerunt, ex. gr. Lipsius[6], Heyne[7], Behm[8], Harnack[9], Brüll[10], Batiffol[11], Bardenhewer[12], et ego ab horum sto partibus. Quae enim Zahn protulit, ut fidem Fragmenti diminueret, ea mihi non persuaserunt. Cuius auctor neque tantum temporis post Hermam neque tam procul a Roma vixit, ut verum non posset comperire, neque Pastori adeo infensus erat, ut verum non vellet dicere. Et si quid falsi de eo retulisset, num forte fidem invenisset? Nonne quo maiore auctoritate liber fruebatur, eo plures veritatem defendendam suscepturi fuissent? Atqui contrarium invenimus. Qui Romae, ubi Pastor exortus est, de eius origine locuti sunt, scriptor Catalogi Liberiani et Ps.-Tertullianus idem retulerunt, quod auctor Fragmenti, et quaerere licet, num ne unus quidem in re tanta illi contradixisset, si aut mentitus aut falsus esset? Dixit quidem Zahn, si auctor circa saeculum II medium vixisset et liber esset ficticius (vult enim tempore Clementis scriptus esse; cf. Vis. II, 4, 3), fore ut Pastor prorsus reprobatus esset; Christianos enim veteres libros pseudographos paene semper, etiamsi doctrinam haereticam non continuissent, tamquam haereticos condemnasse, et vicissim si scriptura certe pseudographa aut fuisset orthodoxa aut esse videretur, doctrina vera eos com-

1 Cf. Zahn l. c. p. 134.

2 *Theolog. Literaturblatt* 1869 p. 854 sq.

3 *Die Schriften der apost. Väter* 1869 p. 255 sqq.

4 *Quellen zur Geschichte des Taufsymbols* III (1875), 298.

5 *Patrologie* I (1881), 80—88. G. Krüger, *Geschichte der altchristl. Litteratur* 1895 p. 28 sq., sententiae saltem favet.

6 *Bibellexikon* ed. Schenkel III (1871), 20 sqq.

7 Quo tempore Hermae Pastor scriptus sit. 1872.

8 *Ueber den Verfasser der Schrift, welche den Titel „Hirt" führt* 1876.

9 Prolegom. p. LXXVII—LXXXIV.

10 *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1878 p. 45 sqq. Etiam Donaldson (*The Apost. Fathers* 1874 p. 318—332) et Skworzow (*Patrol. Untersuchungen* 1875 p. 15 sqq.) Pastorem ad saeculum II medium retulerunt, sed minus Fragmento fidem habentes quam librum ipsum respicientes.

11 *Anciennes littératures chrétiennes* 1897 p. 63 sq.

12 *Patrologie* ed. II 1901 p. 35 sq.

motos esse, ut scripturam genuinam haberent; Hermam praeterea veritatis magis amantem esse, quam ut visiones finxisse putari posset (l. c. p. 87—93). Sin autem testes librum profecto saeculo II medio adscribunt, quid tunc dicendum est? Num Pastor fortasse illis scripturis adnumerandus est, in quas exceptio cadit quaeque veteribus adeo placuerunt, ut iis uterentur, quamquam erant pseudographae?

Fragmentum vero Muratorianum non unica ratio est, ob quam librum ad saeculum II medium referimus. Accedunt rationes internae quae dicuntur. Auctor hic illuc iam Gnosticos respicit (cf. Vis. III, 7, 1; Sim. VIII, 6, 5; IX, 22, 1) et de persecutione ita loquitur, ut verba ad imperium Traiani, non Domitiani, referenda sint (cf. Sim. IX, 28 not.). Tum apostolos mortuis adnumerat (cf. Sim. IX, 15, 4; Vis. III, 5, 1). Ecclesiae condicionem denique, quod ad religionem moresque attinet, colore tam nigro depingit, ut Heyne (l. c. p. 27) valde dubitandum esse iure dicat, num ecclesia iam primo saeculo exeunte tantopere perturbata et corrupta fuerit, quomodo in Pastore sive per imaginem sive sine imagine accurate describitur, et potius miretur, quod ea iam medio saeculo II tantam pristinae sinceritatis et integritatis iacturam fecerit.

Itaque nulla causa est, cur Fragmento fidem denegemus et Pastorem alii auctori adscribamus quam fratri Pii episcopi vel alii tempori quam annis 140—154, quibus Pius cathedram ecclesiae Romanae obtinuit. Contendit quidem Behm (l. c. p. 67—71), auctorem esse ignotum; quae enim de sese ac de domo sua narrasset, ea eiusmodi esse, ut vix de se ipso dixisse putandus esset; et concedendum est, illa non esse verisimilia. Sed etiamsi haec finxit, non est, cur librum fratri Pii episcopi abiudicemus. Nomen solum in dubium vocari posse videtur. Frater Pii fortasse aliud nomen gestavit, scriptor Fragmenti autem Hermae nomen ei attribuit, quia auctor Pastoris ipse se Hermam appellat. Si vero quaesieris, quo fere episcopatus Pii tempore Pastor scriptus sit, considerans, Gnosticos iam respici, sed nondum neque validiores neque ecclesiae infestiores esse (cf. Sim. IX, 22, 4), librum rectius ad initium quam, ut Hagemann[1]

1 *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1860 p. 34.

voluit, ad finem episcopatus referes. Harnack[1] librum circa annum 140 compositum esse censet, non ante annum 135 neque post annum 145[2].

Libro ineunte auctor dicit, se servum fuisse et a domino Rhodae cuidam Romanae venditum, ab hac autem, ut conicere licet, libertum factum esse. Post multos annos cum rursus cum ea convenisset, ipsum amasse eam quasi sororem et, cum aliquando eam lavari vidisset, desiderasse uxorem habere tam pulcram et bonam. Rhoden mortuam ei apparuisse eumque propter desiderium illud vituperasse (cf. Vis. I, 1). Porro e libro apparet, Hermam uxorem duxisse et negotiationibus magnas divitias sibi comparasse, eas autem postea propter peccata domus suae perdidisse (cf. Vis. I, 3, 1; II, 3, 2; III, 6, 7); filios parentes prodidisse et peccata adiecisse peccatis (cf. Vis. II, 2, 2). Praedium quoddam solum ei relictum esse videtur; bis enim de agro suo loquitur et uno loco prodit, se alicas in eo coluisse (cf. Vis. III, 1, 2; IV, 1, 2). Filii autem non semper in iniquitate permanserunt. Auditis verbis, quae Ecclesia ipsis dixit (Vis. II, 2), paenitentiam egerunt ex toto corde (Sim. VII, 4). Haec auctor ipse de sese refert, et Zahn (l. c. p. 77—84) et qui eum secuti sunt hanc narrationem agnoscunt veram. Qui vero librum ficticium habent vel visiones ab auctore non tam visas quam compositas esse censent, narrationem illam potius formam esse iudicabunt, qua Hermas usus est, ut sententias suas exponeret, et in medio relinquent, in quantum auctor vitam suam descripserit. Cum ea, quae Sim. IX, 1 de Arcadia dicuntur, ad regionem urbis Orchomeni quadrare videantur, Ro-

---

1 *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, I (1897), 259.

2 Cum haec plagula imprimeretur, liber: *Patristische Untersuchungen*, I. *Der erste Brief des römischen Clemens*, II. *Ignatius von Antiochien*, III. *Der „Hirt" des Hermas*, (Lipsiae 1901), ad me pervenit, quo A. Stahl demonstrare conatur, Hermam mandata Montanistarum impugnare atque circiter annis 165—170 scripsisse, eodem tempore etiam Clementis epistulam alteram vulgatam fuisse vel homiliam nomen Clementis ferentem, quam Hermam Vis. II, 4, 3 respicere putat. Mihi testimonium Fragmenti Muratoriani plus valere videtur quam argumenta, quae Stahl attulit.

binson [1] Hermam ibi natum fuisse conclusit. Altera ex parte Nirschl [2] Hermam episcopum Cumarum fuisse e libro apparere putavit. Mihi illud dubium (cf. Sim. IX, 1, 4 not.), hoc omnino falsum esse videtur. Etiam magis sententia reprobanda est, quam H. Lisco [3] nuperrime proposuit, scilicet ea, quae de ecclesia Romana antiquissima nobis tradita sunt, non de urbe Italiae, sed de regione urbis Ephesi occidentali vel versus portum sita, quam etiam Romam appellatam fuisse opinatur, intellegenda atque ad hanc Hermae Pastorem referendum esse.

III.

Editores priores scripturam, quippe quae visiones, mandata, similitudines contineat, in tres libros diviserunt et secundo libro vel Mandatis Visionem quintam tamquam prooemium praemiserunt. Auctor ipse aliter dividit. Si enim Vis. V, 5. 6 et Sim. IX, 1, 1; X, 1, 1 respexeris, invenies, eum Visiones I—IV partem libri priorem, Mandata et Similitudines I—IX una cum Visione V tamquam praefatione partem alteram habuisse et Similitudinem X velut epilogum adiecisse. In illa parte Ecclesia erudit Hermam, in hac pastor vel angelus paenitentiae. Praeterea pars altera ipsa dividitur. Mandatis et Similitudinibus I—VIII tamquam parti priori Similitudo IX velut pars posterior adiungitur. Fortasse etiam pars prima, ut Zahn contendit (l. c. p. 276 sq.), ab auctore in duas dividitur, quarum prima Visiones I et II. altera Visiones III et IV complectitur. Sed hoc mihi non certum esse videtur.

Duae partes artissime inter se cohaerent et unum eundem-

---

1 *A Collation of the Athos Codex* 1888 p. 30—36.

2 *Lehrbuch der Patrologie* I (1881), 84—84. Nirschl Hermam insuper virum apostolicum vel a Paulo salutatum et aequalem Clementis Romani habet.

3 Roma peregrina, Berolini 1901. Addo, librum singularem, qui eo demum tempore, quo hae paginae typis exprimebantur, ad me pervenit, ad alias quoque patrum apostolicorum scripturas spectare. Lisco enim Clementem presbyterum Romae quam vocat Ephesinae habet, et in hac urbe eius epistulam ad Corinthios atque homiliam eius nomen ferentem compositam, in eadem Ignatium passum fuisse.

que auctorem produnt. Contendit quidem Champagny [1], Pastorem, quem nunc habemus, ex duobus libris constare, qui alter ab altero valde differrent et quorum primus, sc. Visiones, ab Herma apostolico, alter, sc. Mandata et Similitudines, ab Herma fratre Pii episcopi confectus esset. Similiter I. Haussleiter [2] librum e duabus scripturis compositum fuisse censuit, harum tempus autem aliter definivit; priorem scripturam enim Vis. V — Sim. X, posteriorem Vis. I—IV declaravit, et illam a fratre Pii paulo ante annum 150, hanc saeculo II exeunte a viro ignoto tanquam ab Herma apostolico exaratum esse putavit. A. Hilgenfeld [3] etiam tres scripturas in libro discernendas esse animadvertere sibi visus est, Hermam pastoralem seu Vis. V — Sim. VII, Hermam apocalypticum seu Vis. I—IV, Hermam secundarium Sim. VIII—X, Vis. V, 5 et pauca alia complectentem, et primam scripturam ante Traiani edictum ad Christianos spectans vel ante a. 112, neque vero ante annos Domitiani ultimos, secundam Hadriano imperante (117—138) confectam, tertiam duabus prioribus a fratre Pii (140—154) adiunctam et librum totum in formam traditam redactum esse censuit. Sententiae fere nemini placuerunt; accuratius eas refutaverunt A. Link [4] et P. Baumgärtner [5].

Cum P. Baumgärtner totum librum, excepta Similitudine X, quam ab alio adiunctam fuisse putat, unius auctoris esse demonstraret, altera ex parte censuit, auctorem non ab initio id egisse, ut unum librum componeret, Visiones I—IV et Vis. V — Sim. IX primo duas scripturas separatas fuisse et postea in uno volumine conscriptas in unam coaluisse. Vestigiis, quae ingressus est, Harnack [6] institit et accuratius demonstrare conatus est, librum successive hoc modo exortum esse: auctorem primo Visionis II summam scripsisse, deinde composuisse Vis. I—III,

---

1 *Les Antonins par le Cte de Champagny.* Parisiis 1863 I, 134 not. 1. II, 347 not. 3.

2 De versionibus Pastoris Hermae latinis 1884.

3 Hermae Pastor ed. II 1881 p. XXI—XXIX.

4 *Die Einheit des Pastor Hermae* 1888.

5 *Die Einheit des Hermas-Buchs* 1889.

6 *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 260—263.

tertio addidisse Vis. IV vel redegisse Vis. I—IV; tum composuisse Vis. V — Sim. VIII, deinde hanc scripturam vel Pastorem cum libro Visionum coniunxisse et Sim. IX adiunxisse; denique hoc opus Similitudine X auctum edidisse. Argumenta, quibus nisus est, mihi non persuaserunt. Equidem non video, cur Visiones non eo ordine, quo traditae sunt, scriptae fuerint. Haud quidem prorsus negaverim, scripturam successive exortam, partem secundam inprimis, vel Visionem V et Mandata ac Similitudines, aliquanto post primam confectam fuisse[1]; attamen rem non esse certam silentio praeterire nequeo.

Sententiam prorsus novam nuperrime Fr. Spitta[2] pronuntiavit. Animadvertere sibi visus est, librum Claudio imperatore (41—54) vel antea a Iudaeo compositum, a Christiano autem c. a. 130 multis locis interpolatum fuisse, eique plus minus assensi sunt D. Völter[3] et H. A. van Bakel[4]. Equidem[5] argumenta, quae Spitta protulit, diligenter examinavi, minime vero ea valida esse cognovi. Sententia haud dubie omnino reprobanda est[6].

I. M. Cotterill Cebetis Tabulam imaginem esse censuit, quam Hermas imitatus fuerit. Paucissimos locos dixit in Pastore esse, in quibus auctor non plus minus illam scripturam in mente habuerit, et C. Taylor[7], quem de hac re certiorem fecit, scripturis duabus comparatis animadvertere sibi visus est, in Pastore locos esse, qui nonnisi ex Tabula explicari possint. Ego non eam rationem inter scripturas intercedere perspicio, ut altera ab altera dependere putanda sit. Quae in eis similia sunt, non tam alicui auctori propria quam veteribus communia fuisse videntur.

---

1 Cf. Baljon in *Theologische Studiën* 1901 p. 102—113.

2 *Zur Geschichte und Litteratur des Urchristentums* II 1896.

3 *Die Visionen des Hermas, die Sibylle und Clemens von Rom* 1900.

4 *De Compositie van den Pastor Hermae* 1900.

5 *Theologische Quartalschrift* 1899 p. 321—360. Cf. Reville, *La valeur du témoignage hist. du Pasteur d'Hermas* 1900; *Revue de l'histoire des religions* 1897 p. 117—122.

6 Cf. *Litterarische Rundschau* 1900 p. 335; *Theolog. Litteraturzeitung* 900 p. 533.

7 *The Journal of Philology* XXVII (1901), 276—319.

IV.

Ordo sententiarum hic est. Hermas cum Cumas iret, a spiritu in locum invium abreptus est. Ubi cum oraret, caelo aperto Rhode ei apparuit dicens, Deum ob desiderium malum ei irasci, paenitenti autem ignoscere (Vis. I, 1). Recogitanti autem Hermae, quomodo Deum propitiaret, anus apparuit, ut eum consolaretur (l. c. c. 2) et adhortaretur, ut domum suam improbam converteret ad Deum, eique librum legeret, quem secum habuit (c. 3). Finita lectione ad orientem abiit, Hermam admonens, ut confortaretur (c. 4). — Qui cum iterum (Vis. II) Cumas proficisceretur, ab anu librum accepit, ut eum describeret. Sensum non cognovit (c. 1). Post dies viginti quinque autem scriptura ei revelata est, et haec scripta erant: filios valde peccasse et uxorem lingua deliquisse; veniam autem peccatorum priorum eos consecuturos esse, si paenitentiam egissent, neque vero, si postea delinquerent (c. 2); ipse ne suis irasceretur; magnam tribulationem eum habuisse, sed propter fidem conservatam eum salvari (c. 3). Anus autem, quam esse Ecclesiam a iuvene certior fit, iterum domi ei apparuit mandavitque, ut duos libellos scriberet et unum Clementi mitteret, alterum Grapte (c. 4). — Deinde novam visionem accepit in agro (Vis. III). Ecclesia apparuit cum sex iuvenibus, et postquam eum ad sinistram partem sedere iussit (dexteram partem martyribus reservavit), ostendit ei turrim, quae lapidibus variis super aquas aedificabatur a sex illis iuvenibus multisque aliis viris (c. 1—2). Turris autem, ut ipsa explicat, est ecclesia, et super aquas aedificabatur, quia homines per aquam salvantur (c. 3). Qui eam aedificant, angeli sunt et quidem sex illi iuvenes angeli superiores (c. 4). Lapides sunt ii, qui vocantur ad fidem. Sed boni tantum ad aedificationem adhibentur, ceteri reiciuntur (c. 5—7). Ecclesia enim, quam Hermas hic sub imagine turris videt, non ea est, quae bonos et malos continet, vel, ut ita dicam, ecclesia empirica, sed superior quaedam vel idealis, in quam iusti tantum intrant vel ii, qui virgines circa turrim stantes sequuntur, i. e. virtutibus ornati sunt christianis (c. 8, 1—8). Turris quidem nondum consummata est, sed cito con-

summabitur, et deinde erit finis. Hermas, addit Ecclesia, haec omnibus manifestet et sanctis praedicet, quae ipsa post tres dies mandatura sit (c. 8, 9—11), sc. ut pacem inter se habeant, ut possidentes dent indigentibus etc. (c. 9). Quae cum dixisset, a sex iuvenibus ad turrim ablata est. Hermas autem rogat eam, ut tres figuras ipsi explicet, in quibus apparuerat, et postquam Ecclesia iubente unum diem ieiunavit, apparet ei nocte iuvenis (c. 10) et revelat ea, quae quaesivit (c. 11—13). — Viginti diebus post ambulans in agrum aliam accipit visionem (Vis. IV). Videt bestiam maximam et horribilem habentem in capite quattuor colores, neque tamen mali aliquid patitur (c. 1). Postquam autem cetum praeteriit, Ecclesia ei apparet, ornata quasi virgo de thalamo procedens, et laudat fidem eius. Per hanc enim, ait, periculum eum effugisse; bestiam esse figuram persecutionis magnae futurae; enuntiet electis Dei, eos illam effugere posse, si vere paenitentiam egerint et Domino sine vituperatione servierint (c. 2). Denique colores explicat, quos bestia habuit, et abit (c. 3), non amplius reversura.

Postquam Ecclesia Hermam erudivit, venit ad eum angelus paenitentiae in habitu pastoris, missus ab angelo venerabilissimo, ut iterum ei ostenderet, quae viderat, communicaretque mandata et similitudines (Vis. V). Mandat autem, ut firmiter in Deum credat (Mand. I), ut detrectationem fugiat et simpliciter det omnibus indigentibus (II), ut semper verum dicat (III), ut castitatem custodiat (IV; agit auctor etiam de divortio in casu adulterii c. 1, 4—11; de paenitentia c. 3; de secundo matrimonio c. 4), ut longanimis sit et ab iracundia se abstineat (V), ut iustitiam exerceat, nequitiam fugiat (VI), ut Deum timeat, diabolum non timeat (VII), ut a malo se abstineat, neque vero a bono (VIII), ut auferat a se omnem duplicitatem vel dubietatem et animo simplici confidat in Deum (IX), ut fugiat tristitiam induatque hilaritatem (X), ut devitet pseudoprophetam (XI), ut tollat a se omne desiderium malum et serviat desiderio bono. In his mandatis ambulet et audientes hortetur, ut paenitentiam agant. Ea facilia esse, si credat, ea custodiri posse. Diabolum non timendum esse iis, qui sperent in Deum. Luctari quidem eum posse, neque vero vincere. Timendum esse

potius Deum, qui salvare possit et perdere (XII). — Similitudines prima et secunda agunt de eleemosyna vel beneficentia. In illa (Sim. I) demonstrat auctor, cum hic mundus servis Dei non sit patria, agros et domus et alias res similes non esse comparandas, sed potius redimendas esse animas de necessitatibus. Propterea Deum nobis divitias dedisse, ut indigentibus succurramus. In hac (II) exponit, divitem similem esse ulmo. Quam quidem ex sese nullum ferre fructum, adiuvare autem vitem, ita ut haec producat fructum abundantiorem (1—4). Similiter divitem esse pauperem ante Deum; si autem succurrat pauperi, hunc, cuius oratio accepta sit apud Dominum, preces offerre pro eo et utrumque consortem fieri operis iusti (5—10). — Sim. III dicit pastor Hermae, sicut tempore hiemis arbores aridae et vivae non possint inter se distingui, ita in hoc mundo iustos non posse discerni a peccatoribus, omnes potius similes esse. — Sim. IV ostendit, saeculum futurum iustis esse aestatem, iniustis hiemem; fore ut opera illorum manifestentur, hi autem tamquam ligna arida comburantur. — Sim. V exponitur, quid sit verum ieiunium (c. 1), et additur parabola de patrefamilias, qui servum comprobantibus filio suo et amicis coheredem cum filio reddidit, quia non solum vineam, quam in agro suo posuerat, secundum mandatum palis obsaepsit, sed etiam a zizaniis purgavit et conservis de cibis communicavit, quos acceperat a domino (c. 2). Cum Hermas pastorem roget, ut similitudinem explicet, primum accuratius ostendit, quomodo eum ieiunare oporteat (c. 3), et postquam eum admonuit, ut a Domino peteret sapientiam (c. 4), explicat parabolam (c. 5. 6), adhortans eum, ut carnem puram servet (c. 7). — Deinde (Sim. VI) in agro Hermae ostendit pastorem iuvenem habentem multas oves luxuriantes et hilares, quarum aliae huc illuc discurrebant, aliae non exsultabant (c. 1), et alium pastorem magnum et agrestem, qui ab illo oves non exsultantes accipiebat easque in locum ducebat spinosum et valde vexabat (c. 2, 5—7). Pastor ille autem erat angelus deliciarum, pastor hic angelus poenae, oves erant diversa genera peccatorum (c. 2, 1—4; c. 3). Poena peccatorum idem tempus quidem durat ac voluptas, sed trecenties sexagies maior est, ita ut quot dies luxuriatur quis, tot

annos crucietur (c. 4. 5). — Post paucos dies (Sim. VII) Hermas videt pastorem in eodem campo rogatque, ut angelum poenae iubeat e domo sua recedere. Pastor autem dicit, propter peccata domus suae angelo glorioso iubente eum cruciari, sed exiguum solum tempus. — Deinde (Sim. VIII) pastor Hermae ostendit salicem magnam, sub cuius umbra erant omnes vocati. Angelus autem Domini gloriosus caedebat falce magna ramos dabatque singulis virgulas. Postquam omnes acceperunt, angelus virgas repetiit consideravitque, inveniens tredecim diversa genera (c. 1), et eos, qui virgas virides et fructiferas reddiderunt, dimisit in turrim (c. 2, 1—4), ceteros, qui virgas aridas habebant, tradidit pastori in muros mittendos. Pastor autem virgas eorum plantavit, sperans, fore ut nonnullae reviviscerent, et abiit (c. 2, 5—9), Hermae similitudinem explicans et angelum gloriosum Michaelem declarans (c. 3). Paucos post dies reversus virgas consideravit (c. 4—5), et cum omnes explicasset (c. 6—10), Hermae mandavit, ut omnes ad paenitentiam adhortaretur (c. 11). — Qui cum Mandata et Similitudines scripsisset, pastor venit (Sim. IX), ut accuratius ei explanaret, quae spiritus sanctus in figura Ecclesiae ipsi dixerat, dicens, propterea a glorioso angelo se ad eum missum esse, ut omnia fortiter videret, et adduxit eum in Arcadiam ostenditque campum magnum, circumdatum duodecim montibus (c. 1). Medio in campo erat petra magna et vetus, novam portam habens, circa quam stabant duodecim virgines (c. 2). Venerunt autem sex viri excelsi et multi alii, et illi hos turrim supra petram et supra portam aedificare iusserunt; virginibus mandaverunt, ut omnes lapides per portam portarent (c. 3). Aedificabatur igitur turris, et lapides afferebantur cum de profundo tum de montibus. Postquam in structura positi sunt, omnes candidi facti sunt praeter nonnullos, qui neque per portam allati neque a virginibus porrecti erant (c. 4). Finito die illo desierunt aedificare, quamquam turris non erat consummata, et omnes praeter virgines recesserunt. Post paucos dies cum pastor et Hermas reversi essent (c. 5), venit vir excelsior turri, circumdatus magna turba virorum, et consideravit turrim. Lapides, qui non candidi erant neque integri, auferri iussit et alios et quidem de campo afferri.

Et quadrati lapides confestim in illorum loco collocati sunt; rotundi autem iuxta turrim positi sunt, ut postea circumciderentur et ad aedificationem adhiberentur (c. 6). Quae cum facta essent, dominus turris lapides iuxta turrim iacentes pastori tradidit, ut eos purificaret poneretque in structura, qui cum aliis convenire possent, ceteros longe proiceret, et abiit. Pastor ipse recessit. Post duos autem dies reversus est lapides consideraturus (c. 7). Octo genera invenit (c. 8 — c. 9, 4) et eos, qui de structura reiecti sunt, tradidit mulieribus duodecim veste nigra vestitis et capillos habentibus solutos, ut eos ibi reportarent, unde allati erant. Turris autem splendida erat et quasi monolitha (c. 9, 5—7). Cum formae lapidum, qui sublati et in structura repositi erant, expletae et omnia circa turrim mundata fuissent, abiit pastor, Hermam cum virginibus relinquens (c. 11). Reversus explicationem similitudinis dedit, primum de petra et porta et de viro excelso et reliquis viris (c. 12), hos angelos, illos, scilicet petram et portam et virum excelsum filium Dei designans, tum de turri et de virginibus et mulieribus (c. 13 — c. 15, 3), deinde de lapidibus de profundo allatis (c. 15, 4 — c. 16), porro de montibus (c. 17 — c. 29, 3) et de lapidibus de campo allatis (c. 29, 4 — c. 31, 3), et postquam fideles omnes adhortatus est, ut paenitentiam agerent, dum turris adhuc aedificaretur (c. 31, 4 — c. 32), denique exposuit, quid significarent formae lapidum (c. 33). — Postquam autem Hermas librum scripsit, venit angelus ipse, qui eum pastori tradiderat, i. e. filius Dei, paucis ei dicens, quae esset via salutis, eumque pastori iterum tradens et virginibus commendans (Sim. X).

V.

In capite praecedente identidem angelus venerabilis vel gloriosus occurrit, Sim. VIII, 3, 3 Michael nominatur, cum aliis locis Christus esse videatur, et quaeritur, quae Hermas de Christo vel, ut ipse dicit (nomen Christi enim nusquam exhibet), de filio Dei senserit, quem Sim. IX, 1, 1 eundem cum spiritu sancto declarat. Priusquam autem eius Christologia exquiritur, exponam, quid de ea viri docti recentiores iudicaverint, monens, eos, qui ante annum 1856, quo textus graecus in lucem prodiit,

minus recte iudicare potuisse, cum scripturam minus accurate cognitam haberent.

Orthodoxe Hermam sensisse et filium Dei personam divinam et a spiritu sancto distinctam habuisse statuerunt praesertim Jachmann[1], Hefele (adnot. ad Sim. V, 5; ed. IV p. 386 sq.), Dorner[2], Gaâb[3], Zahn[4], Donaldson (p. 353—358), I. Sprinzl (p. 129—133), Rambouillet[5], A. Brüll[6], I. Schwane[7], R. Seeberg[8]. A. Hilgenfeld[9] iudicavit, Hermam ***Iudaismum christianum*** quamvis iam valde mitigatum defendisse, unicum Deum unicam fidei materiam (Mand. I) plane eodem modo praedicasse quo Ps.-Clemens (Recogn. I, 7. 35; Hom. II, 12), unici Dei filium agnovisse, sed eadem ratione, qua etiam acerrimi Iudaismi christiani propugnatores uni Deo spiritum sanctum adiunxissent, praeter filium denique Dei unigenitum, qui esset idem cum spiritu sancto, alium Dei filium induxisse videri, qui esset princeps angelorum (Sim. IX, 12, 8), sicut teste Epiphanio H. 30 c. 16 Ebionaei quidam Christum negassent e Deo patre genitum esse, ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων καὶ ἔτι περισσοτέρως, αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος πεποιημένων. Lipsius[10] putat, filium Dei et spiritum sanctum Hermae unum eundemque et quidem summum archangelum fuisse, et Harnack (cf. adnotat. ad Vis. V, 2; Sim. V, 5, 2; 6. 5; VIII, 1, 2; IX, 1, 1) iudicavit, Hermam filium Dei seu spiritum sanctum eundem habuisse cum Michaele archangelo

1 *Der Hirte des Hermas* 1835 p. 68—73.
2 *Lehre von der Person Christi* ed. II 1845 I, 190—205.
3 *Der Hirte des Hermas* 1866 p. 77—85.
4 *Der Hirt d. H.* 1868 p. 253—282; cf. *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1870 p. 201 sq.
5 *L'Orthodoxie du livre du Pasteur d'Hermas* 1880. *Un dernier mot sur l'orthodoxie d'Hermas* 1880.
6 *Der Hirt des Hermas* 1882.
7 *Dogmengeschichte der vornicaenischen Zeit* 1862 p. 61; ed. II 1892 p. 61.
8 *Lehrbuch der Dogmengeschichte* I (1895), 22.
9 Ed. I 1866 proleg. p. XV; *Apostolische Väter* p. 145—147; 166—171; *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1858 p. 428 sqq.
10 *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1865 p. 277—282; 1869 p. 273—285.

ob eamque causam de *sex* angelis superioribus (cf. Vis. I, 4, 1. 3; III, 1, 6; 2, 5; 4, 1) verba fecisse, quia filium Dei (ἄγγελον σεμνότατον) septimum licet valde praestantiorem angelum habuisset. Idem ego iudicavi (ed. I Sim. V, 5 not.), praeterea L. Duchesne[1], E. Hückstädt[2]. A. Link[3] et O. Bardenhewer[4] censuerunt, Hermam filium Dei eundem quidem cum spiritu sancto, neque vero cum Michaele archangelo habuisse. Iudicia autem tam contraria exoriri potuerunt, cum, quid Hermas de natura Christi senserit, in libro nusquam exponatur, sed potius e similitudinibus ad ecclesiam spectantibus colligendum sit.

Primum Hermas Sim. V de filio Dei et spiritu sancto loquitur, nondum autem plane distincte. Servo enim, quem paterfamilias in vineam suam misit, i. e. filio Dei seu Christo in terra apparenti opponit filium patrisfamilias i. e. spiritum sanctum (cf. v. 2), ac praeterea docet, praesente hoc spiritu sancto et praesentibus angelis servum illum a Domino exaltari et coheredem declarari, coheredem spiritui sancto (cf. c. 2, 6—11; 6, 5—7), i. e. Christum in caelos assumi et humanam quoque ipsius naturam (servum) divini honoris fieri participem. Uno loco autem iam hic prodit, filium Dei praeexsistentem a spiritu sancto se non distinxisse. Quaeritur enim, an filium patrisfamilias vocasset spiritum sanctum (cf. v. 2), si hunc non eundem esse cum filio Dei praeexsistente sensisset, et accedit, quod c. 6, 5. 6 incarnationem spiritus sancti docere videtur. Dicit enim, Deum spiritum sanctum, qui ante fuisset et creasset omnem creaturam, fundasse in carne, quae ei placuisset, cumque haec caro spiritui optime serviisset, Deum eam assumpsisse sociam ac consortem spiritus sancti. Quae verba vix aliter atque illo modo intellegenda sunt, et Hermas revera ita sensisse eo magis censendus est, cum Sim. IX, 1, 1 spiritum sanctum (versio latina vulgata vocem *sanctum* suppressit) disertis verbis filium Dei nominet. Monuit quidem Zahn l. c., non esse neglegendum, Hermam hic *parabolam* exposuisse, ipsamque parabolam cum rei minus aptam esse tum

1 *Revue du monde catholique* 1880 p. 21 sqq. Cf. Rambouillet l. c.
2 *Der Lehrbegriff des Hirten* 1889.
3 *Christi Person und Werk im Hirten des Hermas* 1886.
4 *Patrologie* 1894 p. 56 sq.

a scriptore haud feliciter explicari; neque vero satis consideravit, parabolam ab Herma ipso excogitatam, a nemine ei suppositam fuisse.

Porro Hermas Michaeli in negotio salutis eundem fere locum attribuit ac filio Dei. Uterque populi christiani dominari dicitur (Sim. V, 6, 4: VIII, 3, 3); uterque peccatores tradit angelo paenitentiae (Sim. VIII, 2, 5; 3, 5: IX, 7, 1. 2 cf. Vis. V, 2, 3); uterque iudicium de fidelibus facit (Sim. VIII, 3, 3: IX, 5, 2. 6. 7; 6, 3—6; 10, 4). Unde sequi videtur, Hermam etiam Michaelem eundem cum filio Dei habuisse, idque eo magis, cum non septem archangelos vel angelos primos numeret, ut alii veteres (Tob. 12, 15; Apoc. 1, 4; 8, 2), sed sex tantum, ita ut conicere liceat, septimum et principem eorum Michaelem fuisse. Altera ex parte animadvertendum est, Michaelem Sim. VIII semper angelum vocari, filium Dei autem Sim. IX semper aut hoc nomine nuncupari aut dominum turris appellari; Hermam Sim. IX minime indicare, filium Dei sub alio nomine et alia imagine idem agere, quod Sim. VIII de Michaele refertur, neque sperare potuisse, lectores brevem notitiam Similitudinis VIII ad Michaelem spectantem de filio Dei intellecturos esse, qui Sim. IX nusquam Michael vocatur, inter Michaelem et filium Dei potius discrimen facere, illum tanquam ministrum vel administratorem, hunc tanquam dominum (Sim. V, 6, 4; IX, 5, 6; 7, 1; 18, 4) repraesentare. Concedendum quidem est, haec argumenta non prorsus valida esse. Non enim est obliviscendum, Hermam non id egisse, ut Christologiam accuratius exponeret; et discrimina illa fortasse e discrimine similitudinum explicari possunt. Attamen id saltem liquet, contrarium minime esse certum. Accedit, quod Hermas Vis. III, 4, 1 primos angelos vel archangelos creatos fuisse dicens haud dubie Michaelem inter creaturas habuit, cum Sim. V, 6, 5 spiritum sanctum praeexsistentem et Sim. IX, 12, 2 filium Dei omni creatura antiquiorem designet. Itaque iure concludimus, eum filium Dei alium ac Michaelem atque hoc superiorem habuisse.

Cum Michael Sim. VIII, 3, 3 angelus gloriosus vocetur, eum eundem esse coniecerimus cum illo angelo glorioso, a quo angelus paenitentiae ad Hermam missus est. Plura autem obstant,

quominus id colligamus. Sim. X, 1, 1 Hermas illum angelum in domum suam intrantem confestim agnoscit, cum nomen ac munus Michaelis, quamquam hic Sim. VIII ab initio apparet, postea ei explicandum fuerit. Deinde illum angelum non solum ἔνδοξον (Sim. VII, 1. 3. 5; IX, 1, 3), sed etiam et quidem loco primo ac principali, Vis. V, 2, σεμνότατον nominans se eum superiorem habuisse annuit. Revera ille angelus filium Dei vel Christum exaltatum ac glorificatum repraesentare videtur[1].

VI.

Pastor nunc praeter textum graecum in duabus versionibus latinis et in versione aethiopica exstat. Per longum autem tempus versio latina prior vel vulgata sola nota fuit. Primus eam typis expressit Iac. Faber Stapulensis[2]. Sed editio haud paucis vitiis laboravit; codicem enim, quem invenit, Faber minus accurate edidit, sed permulta ad arbitrium mutavit, antiquum sermonem saepe delevit, corrupta temere restituit[3]; neque ceterae editiones saeculi XVI aut ea, quam Casp. Barth[4] paravit, multo meliores erant. Rem promovit Cotelerius tribus codicibus Parisiensibus collatis, et amplius promovisset, si non libros editos saepe libris manuscriptis praetulisset. Tum duos codices anglicanos adhibuit Fell[5], et alterum sive Lambethanum denuo conferendum curavit Clericus; textum vero ille non mutavit, hic rarissime tantum correxit. Fabricius[6], Russel, Gallandi, Hefele, Migne editores priores secuti sunt. Dressel diligenter quidem contulit codicem Vaticanum. Cum autem lectiones minus ad textum recensendum adhibuerit quam in notis editioni suae apposuerit, A. Hilgenfeld primus textum

1 Cf. Link l. c. p. 43—49. Liber, quem Heurtier a. 1900 publicavit: *Le dogme de la trinité dans l'épitre de S. Clément de Rome et le Pasteur d'Hermas,* nondum ad me pervenit.

2 Liber trium virorum et trium spiritualium virginum etc. Parisiis 1513.

3 Cf. Hilgenfeld, Hermae Pastor 1873 p. III.

4 S. patris nostri Claudiani Ecdicii Mamerti de statu animae etc. Cygneae 1655.

5 S. Barnabae Apost. epist. catholica. Accessit S. Hermae viri apostolici Pastor. Oxoniae 1685.

6 Codicis apocryphi N. T. pars tertia. Hamburgi 1719.

e codicibus emendatum edidit[1]. Sed neque haec editio adeo perfecta est, ut non emendatior valde desideretur. Namque duos tantum codices, scilicet Dresdensem (saec. XV) et Vaticanum (saec. XIV) ab Alberto Dressel collatum Hilgenfeld adhibuerat et nonnunquam iis dimissis textum vulgatum praetulerat, non quaerens, num codicibus traditus esset an non. Duas quidem partes, sc. Mand. XII, 3 — 5, 3, ubi versio altera seu Palatina lacunam habet, et Sim. IX, 30, 3 usque ad finem, ubi textus graecus desideratur, O. de Gebhardt e sex codicibus edidit et decem alios codices descripsit[2]. Editio autem versionis totius critica adhuc deest.

Versio latina altera codice tradita est Palatino (saec. XIV), nunc Vaticano, et vulgo Palatina vocatur. Dressel primus eam ex illo codice edidit. Plures locos emendaverunt Hollenberg[3], Hilgenfeld, Gebhardt, et hic versionem denuo prelo submisit. L. Schnell codicem iterum excussit, et ego lectiones a textu Dresseliano divergentes publicavi[4].

Quod autem ad aetatem versionum latinarum attinet, olim omnes censuerunt vulgatam brevi post Hermae tempus exaratam, iam Tertulliano cognitam fuisse De orat. c. 16 dicenti, librum Pastorem (non Ποιμένα) inscribi, saltem Ps.-Cypriano vel auctori libelli De aleatoribus saeculo III exeunte, qui c. 4 Sim. IX, 31, 5—6 allegans certe ea usus est. Versionem Palatinam Harnack (p. LXV sqq.) saeculo V exaratam fuisse coniecit, et Gebhardt (p. XXIV) eius auctorem versionem vulgatam in usum suum convertisse ostendit, praecipue in Similitudinibus, cum in Visionibus (excepta Vis. V) Mandatisque (praeter Mandatum I)

---

1 Hermae Pastor. Veterem latinam interpretationem e codicibus edidit A. H. Lipsiae 1873.

2 Hermae Pastor. Lipsiae 1877 p. XIV—XXII. Interea etiam alii codices versionem tradentes detecti sunt. Cf. Ehrhard, *Die altchristliche Litteratur* 1900 p. 104.

3 Pastorem Hermae emendavit, indicem verborum addidit Guil. Hollenberg. Berolini 1868.

4 *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien* XXXVI (1885), 245—249. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* I (1893), 51, de secundo codice Romano hanc versionem continente loquitur, eum autem non accuratius designat.

nullam fere eius notitiam prae se ferret. I. Haussleiter[1] statuens, Mandata et Similitudines ante Visiones composita fuisse, in versione Palatina duos auctores invenire sibi visus est, quorum alter illas partes, brevi postquam graece editae essent, in Africa vertisset, alter, postquam interea Visiones in lucem prodiissent et saeculo III ineunte Romae vel in Italia totius libri versio vulgata instituta fuisset, c. ann. 230 versioni Palatinae Visiones adiunxisset vel potius praemisisset. Certe autem erravit, versionem Palatinam duobus auctoribus attribuens, et hanc versionem saltem maxima ex parte priorem esse vulgata vix probavit[2].

Versionem aethiopicam debemus Antonio d'Abbadie, viro in litteris aethiopicis versatissimo. Qui cum a. 1847 in Aethiopia commorans comperisset, asservari in monasterio, cui nomen est Guindaguinde, librum titulo Hermae, eum accuratissime exscribi curavit. Quanti momenti liber esset, pluribus annis post per Augustum Dillmann cognovit, et suadente et rogante Societate Orientali Germanica a. 1860 versionem interpretatione latina, ut ipse dicit, minus eleganti quam fideli adiecta edidit[3]. Olim versionem ex prototypo arabico fluxisse iudicaverat[4]. In praefatione autem editioni suae praemissa toto opere accuratius perlecto sententiam retractavit, et Dillmann versionem ex exemplari graeco confectam esse firmissimis argumentis probavit[5]. Versio omnes quidem Pastoris partes complectitur, omissionibus vero haud paucis laborat, praesertim Mand. IV, 1 et Sim. IV—VI, ubi interpres textum nimis iusto

1 De versionibus Pastoris Hermae latinis. Erlangae 1884. Cf. quae contra hunc tractatum exposuit Lipsius in *Theolog. Litteraturzeitung* 1885 p. 281—285. De sermone versionis Palatinae Haussleiter disputavit in *Zeitschrift für wissensch. Theologie* XXVI (1883), 345—356.

2 Ph. Thielmann in *Archiv für lat. Lexikographie* II (1885), 176, versionem Palatinam c. a. 300 in Africa confectam esse demonstrare conatus est; argumentum vero, quo nisus est, refutabat Sittl in *Jahresbericht für Altertumswissenschaft* XVII, II (1887), 35.

3 *Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes* II (1860) N. 1.

4 *Catalogue raisonné des Manuscrits Éthiopiens appartenant à Antoine d'Abbadie.* Paris. 1859 p. 180.

5 *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft* XV (1861), 111—113.

decurtavit, cum aliae omissiones vel menda neglegentiae librariorum attribuenda esse videantur.

In appendice versionis, in qua Hermas propheta vocatur idemque declaratur cum Paulo apostolo, praeterea legimus: ***Finitae sunt visiones et mandata et similitudines Hermae prophetae, qui est Paulus, anno CXCI misericordiae, mensis nocte XXIII, die XXII;*** et quaeritur, quomodo haec intellegenda sint, num verba indicent, quo anno versio confecta, an quo anno codex monasterii Guindaguindensis exaratus sit, et qui sit annus 191 misericordiae. Dillmann verba ad codicis aetatem referri vult et olim iudicavit, annum illum esse annum 1539 p. Chr., nisi forte subscriptio ex codice antiquiore repetita esset[1]. Postea in litteris, quas ad Harnack dedit, computavit, annum 191 misericordiae esse annum aut 543 aut 1075 aut 1607 p. Chr., et codicem ad annum 1607 retulit[2]. Rectius autem Gebhardt verba illa ab interprete profecta esse statuit, nisus inprimis in fine appendicis, ubi de ***interpretatione huius Hermae*** sermo est, id quod potius in translatorem quam in librarium saeculi XVII quadrare videtur. Appendix igitur, cum versio haud dubie antiquissima sit, potius ad annum 543 quam 1607 referenda est. Versionem autem revera illo anno confectam esse vix contenderim, cum notitia, quam de aera misericordiae habemus, nimis parva et incerta sit.

Textus graecus in duobus codicibus exstat. Alter (saec. XIV) olim in monte Atho asservatus est et pars etiamnunc asservatur, alter est Sinaiticus. Tria codicis Athensis folia autem, scilicet 5, 6, 9, ea, quae continent Mand. XII, 4, 7 — Sim. VIII, 4, 3 et Sim. IX, 15, 1 — 30, 2, et apographum partium antecedentium et intermediarum Constantinus Simonides Symensis bibliothecae academicae Lipsiensi vendidit, et textum, quem exhibent, anno 1856 Rudolphus Anger typis expressit[3].

---

1 *Zeitschr. d. D. morgenl. Gesellsch.* XV, 119.

2 Cf. Gebhardt-Harnack, Hermae Pastor p. XXVII sqq.

3 Hermae Pastor graece. Primum edidit R. Anger. Praefationem et indicem adiecit Guil. Dindorf. Lipsiae. — Editor textum graecum genuinum habuit, et omnes fere assensi sunt. Cf. *Literarisches Centralblatt* 1856 p. 745—748 (Lipsius); *Leipziger Repertorium* 1857 I, 1—8.

Libro vix in publicum emisso editor comperit, apographum, quod Simonides bibliothecae Lipsiensis dederat, non id esse, quod in monte Atho e codice ipso se desumpsisse dixerat, sed aliud, quod Lipsiae adhibitis excerptis scriptorum ecclesiasticorum et versione latina confecerat. Editio princeps itaque inutilis erat. Cum autem brevi post apographum genuinum Simonidi ademtum et bibliothecae Lipsiensi traditum esset, Anger eius lectiones publicavit[1] et consilium novae editionis parandae iniit. Eodem vero tempore negotium Pastoris graece edendi Const. Tischendorf in se suscepit et textum a se recensitum editioni operum patrum apostolicorum inserendum Alberto Dressel tradidit, centum exemplaria ipse vulgavit[2], a. 1863 lectiones codicis Sinaitici in usum editionis Dresselianae secundae addidit. Res non valde promota est. Codicem quidem Lipsiensem Tischendorf accurate perquisivit, sed codicem tantum, non Pastorem edidit neglectis ceteris fontibus, e quibus textus hauriendus est quique sunt praeter codices graecos versiones latinae, versio aethiopica, scriptorum veterum e Pastore excerpta.

De versionibus et codice Lipsiensi iam disputavi, et de codice Sinaitico supra in Prolegomenis ad Barnabae epistulam (p. XXXI) plura dicta sunt. Hic addendum est, scriptorem Pastoris alium esse ac librarium epistulae Barnabae, eundem autem, ut Tischendorf putat, cum eo, qui prophetas V. T. scripsit. Inter codicis correctiones eae, quas Tischendorf A signavit, ad eandem omnino cum ipso textu aetatem referendae viden-

---

Aliam sententiam Constantinus Tischendorf pronuntiavit. Invenire enim sibi visus est, textum non tam altero post Christum saeculo quam aetate media ortum neque eum esse, unde vetus interpres latinus hauserit, sed quo quis textum graecum deperditum compensaverit Latina convertens (Pastor Hermae p. VIII. Dressel, Patr. apost. p. XLVII). Sed erravit et codice Sinaitico invento sententiam retractavit (Dressel, Patr. ap. ed. II. Praef. p. IV). Nonnullos tantum locos ex Latinis fluxisse adhuc contendit. Argumenta autem, quae protulit, refutavit Lipsius in *Literar. Centralblatt* 1864 p. 532 sq.

1 *Leipziger Repertorium der deutschen und ausländischen Literatur* 1856 III, 138—147. Ibidem p. 129 sq. nonnulla de detectione fraudis Simonidis leguntur.

2 Hermae Pastor graece etc. Lipsiae 1856.

tur. Corrector alter (seu Novi Testamenti tertius; N. T. corrector secundus Pastorem non attigit), quem insignivit Tischendorf Ca, aliquot saeculis postquam ex auctorum manibus prodiit, ad codicem accessit [1], et textum procul dubio alio exemplari adhibito emendavit, nonnunquam autem etiam male mutavit [2]. Equidem correctores non discernendos esse putavi, sed ambos signavi Sc. Inter scriptores ecclesiasticos, qui ad textum recensendum aliquid conferunt, praesertim Ps.-Athanasius et Antiochus Monachus (cf. supra p. CXXIV) nominandi sunt, qui multos Pastoris (praesertim Mandatorum) locos operibus suis tacite inseruerunt. Notandum vero est, illius Praecepta ad Antiochum in duobus codicibus exstare valde inter se divergentibus. Parisiensem (saec. XIV) primus Bernardus Montfaucon in Athanasii operum editione Parisiensi a. 1698 edidit; Guelferbytanum (saec. X) nuper Dindorf typis expressit idemque Parisiensem accurate collatum denuo publicavit [3]. Codex Guelferbytanus partem Praeceptorum priorem tantum (c. 1—11) eamque ab epitomatore in formam compendii redactam continet. Epitomator autem exemplari non solum multo antiquiore, sed etiam emendatiore usus est quam librarius codicis Parisiensis, et nonnumquam etiam servavit, quae in hoc codice omissa sunt, e. g. Mand. VII, 4; VIII, 12. Signavi utrumque codicem Ath; ubi alter ab altero discrepat, signavi Guelferbytanum Ath [1], Parisiensem Ath [2].

Omnes illos fontes primus diligenter Adolphus Hilgenfeld adhibuit [4]. Oscarus de Gebhardt [5] autem rem denuo tractandam suscepit in eaque hoc modo versatus est. Ubi codex Sinaiticus superest, hunc quasi ducem secutus est, eum non deserens nisi reliquorum testimoniorum consensu vel alia quadam neces-

1 Ita iudicat Tischendorf, Novum Testamentum Sinaiticum 1863. p. XXIII sq.

2 Cf. Gebhardt l. c. p. VI sq.

3 Athanasii Alexandrini Praecepta ad Antiochum. Ad codices duos recensuit Guil. Dindorf. Lipsiae 1857.

4 Hermae Pastor. Graece e codicibus Sinaitico et Lipsiensi scriptorumque ecclesiasticorum excerptis etc. Lipsiae 1866.

5 Hermae Pastor graece etc. Lipsiae 1877 p. XXXVIII sq. Patrum apost. editionis Lipsiensis tertiae fasc. III.

sitate (interna ut ita dicam) adductus. Similiter in reliquis libri partibus codicem Lipsiensem pro fundamento posuit, adhibitis passim versionibus et scriptoribus veteribus, tum in emendandis scripturae vitiis, tum in lacunis explendis. Libri clausulam inde a Sim. IX, 30, 3, ubi textus graecus deficit, latine edidit, sc. versiones latinas duas et versionem aethiopicam. Longe quidem abest, ut credat, se Hermae librum ita edidisse, ut iam nihil faciendum supersit. Sed non frustra laboravit. Plures locos feliciter emendavit, lacunas codicis Lipsiensis bene explevit. Via, quam ingressus est, usque dum novi fontes aperiuntur, omnino approbanda esse videtur, et ego eam persecutus sum. Neque vero ubique plane eundem textum exhibui; circiter viginti locos mutavi atque, ut mihi videor, emendavi vel textum ab aliis emendatum recepi.

Anno 1881 Hilgenfeld editionem alteram emendatam et valde auctam publicavit, a. 1887 tertiam, et hanc inscripsit: Hermae Pastor graece integrum ambitu primum ed. A. H. Brevi ante enim I. Draeseke animadverterat, clausulam libri usque tunc nonnisi versionibus notam a Constantino Simonide in appendice ad librum Ορθοδοξων Ελληνων θεολογικαι γραφαι τεσσαρες a. 1859 Londini graece editam fuisse[1], et Hilgenfeld aeque ac Draeseke editori fidem habens dicenti, particulam ex eodem codice desumptam fuisse, cuius sex paginas vel tria folia Academiae Lipsiensi vendidisset, Pastorem graecum integrum demum recuperatum esse putavit. Revera Simonides particulam ipse versione latina vulgata liberius adhibita graece restituit vel potius finxit[2].

Anno 1880 Sp. P. Lambros cum catalogum librorum

---

1 Appendix inscribitur: Ολιγα εκ πολλων περι του αποστολικου πατρος Ερμα ασυγκριτου του Λαοδικεως και των ομωνυμων αυτου· προς δε και περι των μεχρις ημων κατελθοντων απογραφων των ποιμενικων αυτου γραφων εν παροδω· συντεθεντα τε και εκδοθεντα υπο Κ. Σιμωνιδου διδακτορος της φιλοσοφιας. Προστιθεται δε τουτοις και τα αχρις ημερας ανεκδοτα τρια και ημισυ εδαφια του εννατου κεφαλαιου των παραβολων και το δεκατον ολοκρηρον. Clausula Pastoris graeca repetita est in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1887 p. 172—184, *Theolog. Quartalschrift* 1888 p. 60—68.

2 Cf. *Theolog. Litteraturzeitung* 1887 p. 147—151. *Theolog. Quartalschrift* 1888 p. 51—71. I. A. Robinson, *A Collation of the Athos Codex of the Shepherd of Hermas* 1888 p. 25—29.

manuscriptorum in monasteriis montis Athonis asservatorum conficeret, in monasterio Gregorii sex folia vidit partem Pastoris continentia, et cum paulo post folia describenda curaret, animadvertit, ea codicis Simonidi propositi et fontem apographi Lipsiensis esse. Anno 1887 I. A. Robinson codicis detecti notitiam nactus est, et a. 1888 eius lectiones in libro iam saepius laudato publicavit. Ita codex pretiosus, cui scripturam fere totam graece debemus, postquam diu maioris partis apographum solum habuimus, ipse in lucem prodiit. Folia adhuc in monte Atho asservata sunt 1, 2, 3, 4, 7, 8, folia Lipsiam allata 5, 6, 9[1]. Harmer Patres apostolicos a. 1891 edens primus subsidiis, quae Lambros et Robinson nobis paraverant, uti potuit. Eodem denique anno, quo illa editio apparuit, U. Wilcken[2] folium papyraceum antiquissimum (saec. IV ut videtur) duas particulas Pastoris continens, sc. Sim. II, 7—10; IV, 2—5, publicavit. Folium, Faiumi inventum et a Museo Berolinensi comparatum atque eo inprimis pretiosum, quod versiculum tradit, qui in codice Athensi exciderat, in hac editione primum ad textum constituendum adhibetur.

Clausula scripturae vel Sim. IX, 30, 3—X, cum textus a Simonide vulgatus non codice aliquo traditus sit, etiamnunc graece deest. Hilgenfeld in editione Pastoris tertia (p. 126—130) particulam graece restituere conatus est. Pro meo libro sufficere videtur, lacunam versionibus veteribus explere. Versiones etiam ad textum recensendum, praesertim in ea parte, quae graece codice Athensi tantum traditur, permultum contribuunt. Saepissime autem textus, quo nituntur, vix definiri potest. Quare earum lectiones non omnes notantur, sed nonnisi eae, quae certae vel maioris momenti sunt. Ubi testibus discedentibus in apparatu critico una vel altera versio desideratur, id inde explicatur, quod eius lectio non liquet. Denique haec monenda sunt.

---

1 Folia 1^v et 9^r arte photographica reddita exstant in *Byzantinische Zeitschrift* II, 1893.

2 *Tafeln zur älteren griechischen Palaeographie*, Lipsiae et Berolini 1891. Tab. III. Fragmentum repetierunt et illustrarunt Diels et Harnack in *Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wiss.* 1891 p. 427—431; Ehrhard in *Theolog. Quartalschrift* 1892 p. 294—303.

In parte priore seu ea, quae etiam in codice Sinaitico legitur, de litteris et verbis, quae iniuria temporis in codice Athensi evanuerunt, ratio non redditur, nisi ad textum intellegendum necessarium est. Versus vel verba, quae non per testes graecos, sed per interpretes veteres solum traduntur, uncinis includuntur.

Versionem germanicam praeter interpretes in Notitia generali laudatos instituerunt Valentinus Kobian[1] etc. I. Chr. Nehringen[2].

---

1 *Ein prophetisch gsatzbuch mit 5 gsichten, mit 12 gbotten, und 10 gleichnissen, Des Pastors oder hirten, der da gewest ist, eyn Englischer bot, oder verkünder der buss. Welches ist uberreicht worden dem Hermas, eynem Junger des heyligen Apostels Pauli. Volaterranus schreibt, dass diser Hermas eyn bischoff zu Philippen gewest sei.* Hagenoviae 1539.

2 *Des Heiligen Hermas des Jüngers Pauli und Bischoffs zu Philippopolis Sämmtliche Geistreiche Schrifften zum erstenmahl (?) nebst einem Vorbericht in teutscher Sprache herausgegeben* etc. Halae Magdeburg. 1718.

PATRUM APOSTOLICORUM
OPERA.

ΔΙΔΑΧΗ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Διδαχὴ κυρίου διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῖς ἔθνεσιν.

I. Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν.

2. Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· *πρῶτον ἀγαπήσεις τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς* μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει.

cod = codex Hierosolymitanus, L = versio latina, Br = Bryennius, Barn = Barnabae epistula, Can = Canones apostolorum ecclesiastici, Const = Constitutiones apostolorum.

1 *δώδεκα*> L | 3 *εἰσί* + in saeculo L | *μία* . . *μία*> L | *θανάτου* + lucis et tenebrarum; in his constituti sunt angeli duo, unus aequitatis, alter iniquitatis L cf. Barn 18 | 6 *θεόν* + aeternum L

Tit. Codex duos exhibet titulos, de quibus magna controversia exorta est. Quaeritur, num uterque genuinus sit, et si non, uter auctori sit attribuendus. Plerique, qui unum authenticum putant, secundum praeferunt, cum minus sit verisimile, posteriores breviori titulo longiorem substituisse, et si recte sentiunt, vox *ἔθνη* de Christianis e gentilibus intellegenda est, quem sensum in litteris christianis veteribus saepius habet, praesertim Gal. 2, 12. 14; Eph. 3, 1. Altera ex parte in inscriptionibus epistulae ad Hebraeos et Evangelii secundum Hebraeos Christiani ex Iudaeis appellantur Hebraei, ita ut titulus Doctrinae alter titulis illarum scripturarum comparari possit. Cum vero pars scripturae prior seu ea, quae titulum protinus sequitur, de catechumenis instituendis agat, vox *ἔθνη* potius de gentilibus ad Christianam religionem se convertentibus quam de Christianis e gentilibus intellegenda videtur. Inde autem, quod titulus ad partem scripturae tantum refertur, non est colligendum, scripturam olim ex capitibus I—VI solis constitisse aut titulum longiorem a librario adiectum esse. Cum dimidia fere scripturae pars catechumenis erudiendis inserviret, auctor ipse titulum longiorem priori addere potuit, ut indicaret, quibus pars illa destinata

DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM.

Doctrina domini per duodecim apostolos gentibus tradita.

I. Duae viae sunt, altera vitae et altera mortis, sed multum interest inter duas vias.

2. Via igitur lucis haec est: ***primum diliges deum, qui te crearit, deinde proximum tuum sicut te ipsum; omnia*** vero, *quaecunque* non *vis* tibi fieri, nec tu alteri facias.

5 Matth. 22, 37—39; Marc. 12, 30—31; Sir. 7, 30; cf. Deut. 6, 5; Lev. 19, 18. — 6 Matth. 7, 12; Luc. 6, 31.

esset. Si res ita se habet, alius sane titulus parte priore finita exspectandus esse videtur. Titulus vero ab auctore facile omitti potuit, cum verbis *ταῦτα πάντα προειπόντες* satis clare partem alteram incipere indicaret. — Voces *διδαχὴ τῶν ἀποστόλων* et *διδαχὴ τοῦ κυρίου* etiam in S. Scriptura leguntur, illae Act. 2, 42, hae Act. 13, 12. Tit. 2, 10 *διδασκαλία τοῦ σωτῆρος*. II Ioann. 9 *διδαχὴ τοῦ Χριστοῦ* commemoratur.

I, 1. De viis in S. Scriptura sexcenties sermo est, de via Domini et de via hominum, de via iustorum et de via peccatorum, de via aequitatis et de via iniquitatis etc. Viae vitae et mortis commemorantur Ierem. 21, 8. Cf. Baruch 4, 1; Prov. 12, 28; Matth. 7, 13—14.

2. *πρῶτον ἀγαπήσεις κτλ.*] Vocibus *πρῶτον* et *δεύτερον* et mandata amoris Dei et proximi coniungens auctor prodit se Novum Testamentum respexisse, ubi verba leguntur Matth. 22, 37—39; Marc. 12, 30—31. Vetus Testamentum mandata diversis locis exhibet, alterum Deut. 6, 5, alterum Lev. 19, 18. Primum mandatum valde abbreviatum redditur. Auctor non solum vocem *κύριον* ante *τὸν θεόν*, sed etiam verba *ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου κτλ.* omisit, quibus gradus amoris exprimitur. Altera ex parte addidit *τὸν ποιήσαντά σε* ex Sirach 7, 30, ubi legimus: *ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά σε.* Cf. Deut. 32, 6. — *πάντα δὲ κτλ.*] Matthaeus 7, 12 mandatum his verbis exhibet: *πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.* Similiter Lucas 6, 31. Tob. 4, 15 legimus: *ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς.* Auctor libelli nostri aeque ac Tobias vocem *μὴ* exhibet, de cetero autem evangelistas sequitur. Eodem autem modo quo in Doctrina, i. e. negative expressa

3. Τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· *εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν*, νηστεύετε δὲ *ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία* γὰρ *χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν;* ὑμεῖς δὲ *ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς*, καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν. 4. *ἀπέχου τῶν σαρκικῶν* καὶ σωματικῶν *ἐπιθυμιῶν*. ἐάν τίς σοι δῷ ῥάπισμα *εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην*, καὶ *ἔσῃ τέλειος*· ἐὰν ἀγγαρεύσῃ *σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο*· ἐὰν ἄρῃ τις *τὸ ἱμάτιόν σου*, δὸς *αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα*· ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ *τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει*· οὐδὲ γὰρ δύνασαι. 5. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου καὶ*

1 *εὐλογεῖτε — διδαχῆς* p. 6, 9 > L, cf. autem p. 12, 11 | 6 *σωματικῶν*: *κοσμικῶν* Const

sententia vel regula quae vocatur aurea persaepe apud veteres exstat, Iren. Adv. haer. III, 12, 14; Cypr. Ad Quirin. III, 119 (Hartel I, 184); Theoph. Ad Autol. II, 34; Clem. Recogn. VIII, 58; Constit. apost. I, 1; III, 15; Lactant. Instit. VI, 23, 32; Didym. De spiritu sancto c. 39 (PG. 39, 1068); S. Bened. Regula c. 4; Ps.-Aug. De vita christ. c. 10 (PL. 40, 1039); Ps.-Hieron. Ep. 12 (PL. 30, 149). Auctor Operis imperfecti in Matth. 8, 4; 21, 2; 23, 4 regulam duplici forma, positiva ac negativa, exhibet (Chrysost. opp. ed. Bened. Paris. 1836 VI, 837, 896, 929). Plures alios locos collegi in editione Doctrinae 1887 p. 4—5. Cf. Resch, Agrapha 1889 p. 95. 272.

3. *τούτων δὲ τ. λ. ἡ διδαχή*] Indicatur explicatio verborum praecedentium, et quidem omnium, cum auctor unum vel alterum mandatum solum explicare se velle non dicat. Si pars sequens, *εὐλογεῖτε — διδαχῆς* 2, 1, interpolata esset, verba illa ad 2, 2—7 referenda essent. Cf. de particula 1, 3—2, 1 Prolegomena c. 2. — *εὐλογεῖτε — διωκόντων ὑμᾶς*] Verba omnia leguntur Matth. 5, 44. Modo *νηστεύετε* deest in S. Scriptura; vocem *ἐχθρῶν* evangelista non post *προσεύχεσθε* posuit, ubi habet *ἐπηρεαζόντων*, sed ante *εὐλογεῖτε*, verba nonnulla praemittens. — *ποία — ἀγαπῶντας ὑμᾶς*] Haec scribens auctor non solum Matth. 5, 46 respexit, sed hunc locum et Luc. 6, 32 in unum conflavit. Voces *γὰρ ἐὰν* habet Matthaeus, cum Lucas scribat *καὶ εἰ*. Verba *ποία χάρις* exhibet hic, cum Matthaeus dicat: *τίνα μισθὸν ἔχετε;* Membra sententiae apud utrumque evangelistam invertuntur. — *οὐχὶ κτλ.*] Matth. 5, 46. 47. Versu 47 haec leguntur: *οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτως ποιοῦσιν;* Verba *τὸ αὐτὸ* exhibet versus 46, in quo locum gentilium obtinent publicani. Lucas 6, 32. 33 de peccatoribus dicit. — *ἀγαπᾶτε τ. μ. ὑμᾶς*] Verba leguntur, modo aliter disposita, Matth. 5, 44 et Luc. 6, 27. 28. — *καὶ οὐχ κτλ.*] Haec verba ita antecedentibus adiunguntur, ut S. Scripturae esse videantur. Didascalia apostolorum, quae praeter Doc-

3. Doctrina autem horum verborum haec est: *Benedicite maledicentibus vobis* et *orate pro inimicis vestris*, ieiunate *pro persequentibus vos; quae* enim *gratia, si diligitis eos, qui vos diligunt? Nonne et gentes idem faciunt?* Vos autem *diligite eos, qui oderunt vos*, neque inimicum habebitis. 4. *Abstine a carnalibus* et corporalibus *cupiditatibus*. Si quis tibi plagam intulerit *in dexteram maxillam, praebe illi et alteram*, et *eris perfectus;* si quis *angariaverit te mille passus, vade cum illo duo milia;* si quis sustulerit *pallium tuum*, da *ei et tunicam;* si quis abstulerit a te, *quod tuum est, ne repetas;* neque enim potes. 5. *Omni petenti te tribue neque repetas;*

1 Matth. 5, 44. 46. 47; Luc. 6, 32—33. — 6 I Petr. 2, 11 cf. Tit. 2, 12. – 7 Matth. 5, 39. 48. — 8 Matth. 5, 41. 40. — 10 Luc. 6, 30. — 11 Luc. 6, 30.

trinam sola ea exhibet, ea distincte Evangelio adscribit. Auctor scripturae enim postquam Proverbia 20, 12 (22) protulit, pergit: Nam iterum in Evangelio dicit: Diligite odientes vos et orate pro maledicentibus vos et inimicum nullum habebitis. Cf. Didascaliae apost. fragmenta ed. Hauler 1900 I, 3 sq. Itaque verba fortasse ex Evangelio aliquo deperdito desumpta sunt. Auctor vero Didascaliae cum a Doctrina dependeat et S. Scriptura liberius utatur, testis idoneus non est.

4. *ἀπέχου κτλ.*] Cf. II Clem. 17, 3. Si contextum respexeris, haec verba vix de cupiditatibus immundis, sed potius de desideriis hominum cupidinem carnis sequentium in universum interpretaberis. Auctor dicere videtur: devitans cupiditates carnales, si quis te percusserit in maxillam dexteram, noli repercutere, sed potius praebe et alteram maxillam. — *ἐάν τις κτλ.*] Matthaeus 5, 39 exhibet: *ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν κτλ.* Cf. Luc. 6, 29. — *ἔσῃ τέλειος*] Auctor haud dubie respexit Matth. 5, 48, ubi evangelista laudatis singulis Domini praeceptis ad perfectionem christianam pertinentibus concludit: *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν.* Vox etiam infra 6, 2 legitur; verbum *τελειοῦν* 10, 5; 16, 2. Cf. Matth. 19, 21; Luc. 6, 40. — *ἐὰν ἀγγαρεύσῃ κτλ.*] Matth. 5, 41. Lucas hanc particulam non habet. — *ἐὰν ἄρῃ κτλ.*] Matth. 5, 40, ubi autem voces *ἱμάτιον* et *χιτὼν* invertuntur. Lucas 6, 29 has voces eodem quidem ordine posuit, quo Doctrina, sed alias ab huius textu magis discrepat. — *ἐὰν λάβῃ κτλ.*] Luc. 6, 30. Animadverte, quod Tatianus in Diatessaron quattuor huius versus sententias in eodem ordine, quo in Doctrina leguntur, exhibet. Itaque conicere licet eum scripturam cognitam habuisse. — *οὐδὲ γὰρ δύνασαι*] scilicet *ἀπαιτεῖν παρ' ἀσεβῶν καὶ ἐξουσίαν ἐχόντων διαρπάζειν τὰ τῶν Χριστιανῶν*, ut interpretatur Bryennius.

5. *παντὶ κτλ.*] Haec sententia le-

μὴ ἀπαίτει· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ πατὴρ ἐκ τῶν ἰδίων χαρισμάτων. μακάριος ὁ διδοὺς κατὰ τὴν ἐντολήν· ἀθῶος γάρ ἐστιν. οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι· εἰ μὲν γὰρ χρείαν ἔχων λαμβάνει τις, ἀθῶος ἔσται· ὁ δὲ μὴ χρείαν ἔχων δώσει δίκην, ἱνατί ἔλαβε καὶ εἰς τί· ἐν συνοχῇ δὲ γενόμενος ἐξετασθήσεται περὶ ὧν ἔπραξε, καὶ *οὐκ ἐξελεύσεται ἐκεῖθεν, μέχρις οὗ ἀποδῷ τὸν ἔσχατον κοδράντην.* 6. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου δὲ εἴρηται· *Ἱδρωσάτω ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς τὰς χεῖράς σου, μέχρις ἂν γνῷς, τίνι δῷς.*

II. Δευτέρα δὲ ἐντολὴ τῆς διδαχῆς· 2. *οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις,* οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ πορνεύσεις, *οὐ κλέψεις,* οὐ

7 *δέ* : *δὴ* Br | *ἱδρωσάτω* em Br : *ἱδρωτάτω* cod | 10 *οὐ κλέψεις*> L

gitur Luc. 6, 30, ubi autem pars altera ita amplificata est: *καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει.* Matthaeus 5, 42 nec secundam partem nec vocem *παντὶ* habet. Hunc versum et 4, 7 exscripsit Hermas in Mandato II, 4—6. — *μακάριος — ἐντολήν*] Cf. Matth. 5, 7, ubi misericordes beati praedicantur. Hunc locum auctor fortasse ante oculos habuit. Verisimilius autem est eum mandatum respexisse, quod versu ineunte legitur, sc. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.* Sirach 29, 11 scribit: *θὲς τὸν θησαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον.* — *οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι κτλ.*] Didascalia apost. ed. Hauler p. 53, postquam beatum praedicavit eum, qui potest se iuvare, ita ut non tribulet locum orphani, peregrini et viduae, pergit: Vae autem his, qui habent et cum dolo accipiunt aut qui possunt se iuvare et accipiunt; unusquisque vero de accipientibus dabit rationem Domino Deo in die iudicii, quare acceperit. Quae scribens auctor haud dubie iterum Doctrinam ante oculos habuit. — *ἐν συνοχῇ*] *εἰς φυλακήν* Matth. 5, 25; Luc. 12, 58. — *οὐκ ἐξελεύσεται κτλ.*] Matth. 5, 26.

6. *εἴρηται*] sc. in Scriptura. Cf. 16, 7. Quae sit Scriptura, quam auctor respexit, nescimus, cum de verbis Gen. 3, 19 non sit cogitandum. Dictum vero laudant Augustinus in Ps. 102 n. 12; Ps. 146 n. 17 (PL. 37, 1326. 1910), Gregorius M. Regula past. III, 20 (PL. 77, 84), Cassiodorus Expos. in Ps. 40 (PL. 70, 295), Bernardus Claravallensis Ep. 95 (PL. 182, 228), Petrus Comestor Hist. Deuteronomii c. 5 (PL. 198, 1251). — *μέχρις ἂν γνῷς τ. δ.*] His verbis auctor mandatum diminuit, quod supra verbis *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου κτλ.* proposuerat. Attamen non plane sibi repugnat. Non distincte saltem dicit nonnullis forte eleemosynam non esse dandam. Praeterea verba cum alterius sint, non auctoris, non nimis urgenda sunt.

II, 1. Plurimi *δευτέραν ἐντολὴν τῆς διδαχῆς* de mandato secundo vel de mandato amoris proximi intellexerunt. Cum autem in parte praecedente non de mandato primo vel de mandato amoris Dei agatur, verba aliter explananda sunt. Auctor in

omnibus enim pater vult tribui ex suis donis. Beatus, qui dat secundum mandatum; innocens enim est. Vae ei, qui accipit; etenim si quis indigens quidem accipit, innocens erit; qui autem non indigens accipit, rationem reddet, quare acceperit et ad quid; in vinculis constitutus inquiretur de eis, quae fecit, neque ***exibit inde, donec reddiderit novissimum quadrantem.*** 6. Sed de hac re quoque dictum est: ***Sudato eleemosyna tua in manibus tuis, donec cognoveris, cui des.***

II. Secundum autem mandatum doctrinae: 2. ***Non occides, non adulterium facies,*** pueros non corrumpes, non fornicaberis,

5 Matth. 5, 26. — 7 ? — 9 Matth. 19, 18.

hac parte non mandatum secundum explicare, sed potius aliud mandatum vel alia mandata ad sententias supra propositas explicandas exhibere vult; prosequitur, ut aliis verbis dicam, explicationem trium sententiarum, quam supra incepit, explicationi priori alteram adiciens. Explicationem autem illam non simpliciter continuat, sed aliam exhibet, respiciens Matth. 19, 16—19, ubi Dominus descriptionem viae vitae iisdem verbis incipit, adulescenti interroganti, quid boni faciat, ut habeat vitam aeternam vel ad vitam ingrediatur, respondens: Non homicidium facies, non adulterabis etc.

2. Mandata *οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις* et (v. 3) *οὐ ψευδομαρτυρήσεις*, Exod. 20, 13—16 aliter disposita, Deut. 5, 17—20 quidem eundem ordinem obtinent. Ex ratione autem in nota praecedente proposita et cum mandato *οὐ ψευδομαρτυρήσεις* non sint adiecta verba *κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ*, quae Deut. 5, 20 leguntur, auctor non Vetus Testamentum, sed Matth. 19, 18 respexisse putandus est. Animadvertendum est, quod etiam infra c. 3 et 5 catalogi peccatorum exhibentur et ubique homicidio primus, adulterio vel fornicationi secundus locus attribuitur. Similiter hic et c. 5 furtum et magia vel idololatria sibi succedunt, cum 3, 4 idololatria furto 3, 5 anteposita sit. — *οὐ μοιχεύσεις κτλ.*] Clemens Alex. hunc locum respexit Paedag. II, 10, 89 p. 223; III, 12, 89 p. 305; Protrept. 10, 108 p. 85; Strom. III, 4, 36 p. 527. — *οὐ παιδοφθορήσεις*] Mandatum in Decalogo non legitur, exstat autem aliis verbis expressum Lev. 18, 22; 20, 13. Cf. Rom. 1, 27; I Cor. 6, 9. Auctor hoc mandatum et sequens praecedenti addidit, ut praeter adulterium etiam alia peccata castitati adversantia interdiceret. — *οὐ πορνεύσεις*] Haec verba nec in Decalogo nec Matth. 19, 18 leguntur. Cum autem fornicatio gentilibus plurimis non illicitum esse videretur, mandatum iure ab auctore appositum est. Cf. Tob. 4, 12; I Cor. 6, 10; II Cor. 12, 21; Gal. 5, 19; Eph. 5, 3; Col. 3, 5; I Thess. 4, 3. —

μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ οὐδὲ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς, *οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον*. 3. *οὐκ ἐπιορκήσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις*, οὐ κακολογήσεις, οὐ μνησικακήσεις. 4. οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἡ διγλωσσία. 5. οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου ψευδής, οὐ κενός, ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει. 6. οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης οὐδὲ ἅρπαξ οὐδὲ ὑποκριτὴς οὐδὲ κακοήθης οὐδὲ ὑπερήφανος. οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου. 7. οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον, ἀλλὰ οὓς μὲν ἐλέγξεις, [οὓς δὲ ἐλεήσεις], περὶ δὲ ὧν προσεύξῃ, οὓς δὲ ἀγαπήσεις ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου.

III. Τέκνον μου, φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτοῦ. 2. μὴ γίνου ὀργίλος, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸν φόνον, μηδὲ ζηλωτὴς μηδὲ ἐριστικὸς μηδὲ θυμικός· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων φόνοι γεννῶνται. 3. τέκνον μου, μὴ γίνου ἐπιθυμητής, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὴν πορνείαν, μηδὲ αἰσχρολόγος μηδὲ ὑψηλόφθαλμος· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων μοιχεῖαι γεννῶνται.

2 *γεννηθὲν* Barn Const : *γεννηθέντα* cod | 6 *ἀλλὰ μεμ. πράξει*> L | 7 *οὐδὲ ὑπερήφανος*> L | 9 *ἀλλὰ — προσεύξῃ*> L | *οὓς δὲ ἐλεήσεις* Can :> cod | 11 *τ. μου* : fili L | 12 *ὀργῖλος* cod | 14 *τέκνον — ἐπαοιδὸς μηδὲ* 10, 2> L

μαγεύσεις] Cf. Act. 8, 9. 11; 13, 6. 8. — *φαρμακεύσεις*] Cf. Exod. 22, 18; Sap. 12, 4; Gal. 5, 20; Apoc. 9, 21; 18, 23; 21, 8; 22, 15. Vox cum veneficium tum incantationem seu artes magicas significat. Magia et praestigiae in V. T. praeter locum laudatum condemnantur Levit. 19, 26; 20, 6; Deut. 18, 11. 12. — *οὐ φον. τέκνον κτλ.*] Etiam hoc crimen apud gentiles usitatissimum erat vixque eis illicitum esse videbatur. — *γεννηθὲν ἀποκτ.*] Cf. Sap. 12, 5. — *οὐκ ἐπιθυμήσεις τ. τ. πλ.*] Hoc mandatum Matth. 19, 18 non legitur; ab auctore ex Exod. 20, 17 vel Deut. 5, 21 adiectum est et verba S. Scripturae abbreviata sunt.

3. *οὐκ ἐπιορκήσεις*] Verba exstant Matth. 5, 33; sententia Exod. 20, 7; Levit. 19, 12; Deut. 5, 11. Periurio 3, 7 blasphemia respondere videtur. — *κακολογήσεις*] Cf. Prov. 20, 20; Matth. 5, 22.

4. *δίγλωσσος*] Cf. Prov. 11, 13; Sirach 5, 9. 14; 6, 1; 28, 13. Vox *διγνώμων* in S. Scriptura non exstat. — *παγὶς . . θανάτου*] Habes haec verba Prov. 14, 27; 21, 6.

5. *μεμεστωμένος πράξει*] Christianus non solum dicere, sed etiam facere debet. Cf. Matth. 23, 3; Iac. 1, 22; I Ioann. 3, 18; I Clem. 38, 2; Ign. Eph. 15, 1. 2.

6. *πλεονέκτης . . . ἅρπαξ*] Utraque vox simul legitur I Cor. 5, 10. 11 et 6, 11. I Clem. 35, 5 *πλεονεξία, κακοήθεια, ὑπερηφανία* una nominantur.

7. *ἐλέγξεις*] Cf. 4, 3; 15, 3. — *οὓς δὲ ἐλεήσεις*] Cf. Iud. 23: *καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε.* — *οὓς δὲ ἀγ. ὑπὲρ τ. ψυχήν*

non furaberis, non incantabis, venenum non miscebis, non interficies foetum in abortione neque interimes infantem natum, ***non concupisces quae sunt proximi tui.*** 3. ***Non periurabis, non falsum testimonium dabis,*** non maledices, iniuriae acceptae non recordaberis. 4. Non eris duplicis sententiae nec bilinguis; laqueus enim mortis lingua duplex. 5. Non erit sermo tuus mendax neque inanis, sed repletus opere. 6. Non eris avarus neque rapax neque hypocrita neque malignus neque superbus; non capies malum consilium adversus proximum tuum. 7. Non oderis quemquam, sed alios argues, [aliorum misereberis], pro aliis orabis, alios amabis plus quam animam tuam.

III. Fili mi, fuge omne malum et quodcunque ei simile est. 2. Ne fias iracundus, ducit enim ira ad caedem, neque vehemens neque litigiosus neque violentus; ex his omnibus enim caedes nascuntur. 3. Fili mi, ne fias concupiscens, ducit enim concupiscentia ad fornicationem, neque verbis turpibus utaris neque oculum extollas; ex his omnibus enim adulteria nascun-

2 Exod. 20, 17. — 2 Matth. 5, 33; 19, 18.

σου] Auctor igitur non vult, ut Christianus omnes homines plus diligat quam animam suam, sed partem tantum, scilicet fratres pios ac probos. Supra 1, 2, ubi de amore proximi in universum locutus est, verbis S.Scripturae usus est. Barnabas phrasin *ἀγαπᾶν ὑπὲρ τὴν ψυχὴν* ter adhibuit, sc. 1, 4; 4, 6 et etiam 19, 5, ubi mandatum amoris proximi definivit. Locum illum Doctrinae respexit Sabinus in Gestis apud Zenophilum ed. Ziwsa (S. Optati libri VII 1893, append. I) p. 192, 4—7 Forti scribens, Silvanum eum coluisse secundum Dei voluntatem, qui dixit: *quosdam diligo super animam meam.*

III. Primus capituli versus mandatum generale continet. In versibus quinque sequentibus ita de peccatis gravioribus agitur, ut peccata indicentur, ex quibus ea proficiscuntur. Hi versus omnes in duas partes dividuntur, et pars prior semper verbis *ὁδηγεῖ γὰρ* vel *ἐπειδὴ ὁδηγεῖ κτλ.*, pars posterior, in qua peccatis capitalibus bina vel terna peccata praemittuntur, verbis *ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κτλ.* concluditur. Peccata graviora mandatis principalibus 2, 2—3 respondent. Barnabas totam partem vel versus 1—6 omisit.

1. *φεῦγε κτλ.*] Sententiam eademque fere verba, ut vidit Taylor, *The Teaching* p. 24, etiam Talmud (Babyl. Chullin 44 b) exhibet. — *ἀπὸ π. ὁμοίου*] Cf. I Thess. 5, 22.

2. *μὴ γ. ὀργίλος*] Cf. Prov. 22, 24. 25; 29, 22; Matth. 5, 22; Tit. 1, 7.

3. *μὴ γ. ἐπιθυμητὴς κτλ.*] Matth. 5, 28 Dominus dicit, omnem, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatum esse eam in corde suo.

4. τέκνον μου, μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν εἰδωλολατρίαν, μηδὲ ἐπαοιδὸς μηδὲ μαθηματικὸς μηδὲ περικαθαίρων, μηδὲ θέλε αὐτὰ βλέπειν μηδὲ ἀκούειν· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων εἰδωλολατρία γεννᾶται. 5. τέκνον μου, μὴ γίνου ψεύστης, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ τὸ ψεῦσμα εἰς τὴν κλοπήν, μηδὲ φιλάργυρος μηδὲ κενόδοξος. ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κλοπαὶ γεννῶνται. 6. τέκνον μου, μὴ γίνου γόγγυσος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν βλασφημίαν, μηδὲ αὐθάδης μηδὲ πονηρόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων βλασφημίαι γεννῶνται. 7. ἴσθι δὲ πραΰς, ἐπεὶ *οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν*. 8. γίνου μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων καὶ ἄκακος καὶ ἡσύχιος καὶ ἀγαθὸς καὶ τρέμων τοὺς λόγους διὰ παντός, οὓς ἤκουσας. 9. οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. 10. τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γίνεται.

IV. Τέκνον μου, τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μνησθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τιμήσεις δὲ αὐτὸν ὡς κύριον· ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται, ἐκεῖ κύριός ἐστιν. 2. ἐκζητήσεις δὲ

2 *περικαθαίρων* + quae res ducit ad vanam superstitionem L ex l. 1 sq. | 3 *μηδὲ ἀκούειν* L Can : > cod | 3 sq. *ἐκ γὰρ — γεννᾶται*> L | 4 *τέκνον μου*> L, item 6 et 16 | 9 *τὴν γῆν* : sanctam terram L | 10 *ἐλεήμων — ἀγαθός* : tui negotii bonus L | 12 *σεαυτὸν* + nec honorabis te apud homines L cf. Barn. 19, 3 | 16 *θεοῦ* : domini dei L

4. *οἰωνοσκόπος . . ἐπαοιδός*] Cf. Lev. 19, 26. 31; Deut. 18, 10. 11. In Testam. patriarch. IV, 59 Iudas dicit: *ἡ φιλαργυρία πρὸς εἴδωλα ὁδηγεῖ.*

5. Priorem huius versus partem laudat Clemens Al. Strom. I, 20, 100 p. 377 tanquam locum Scripturae. Scribit enim: *Οὗτος* (sc. qui ea, quae sunt barbarorum, sumpsit et tanquam sua praedicavit) *κλέπτης ὑπὸ τῆς γραφῆς εἴρηται· φησὶ γοῦν· υἱὲ μὴ γίνου ψεύστης, ὁδηγεῖ γὰρ τὸ ψεῦσμα πρὸς τὴν κλοπήν.*

6. *γόγγυσος*] Cf. Prov. 16, 28; Iud. 16; Philipp. 2, 14; I Petr. 4, 9; I Cor. 10, 10. — *αὐθάδης*] Cf. Tit. I, 7; II Petr. 2, 10.

7—10. Hic auctor ad formam priorem redit. Particulam autem arcte cum praecedente connexam esse vox *δὲ* indicat. Versibus quattuor Christianus maxime ut virtutem temperantiae exerceat admonetur. Mandata officia Christiani erga se ipsum continere dici possunt.

7. *πραΰς*] Cf. Col. 3, 12; Eph. 4, 32; I Thess. 5, 14. 15. Vox vocibus *γόγγυσος* et *αὐθάδης* v. 6 opposita est. — *οἱ πραεῖς κτλ.*] Verba in Testamento utroque leguntur. Contextus autem satis clare iudicat, quam scripturam auctor respexerit. Verba *ἴσθε πραΰς* verbis Domini *μακάριοι οἱ πραεῖς* Matth. 5, 5 respon-

tur. 4. Fili mi, ne fias auspex, quoniam id ducit ad idololatriam, neque incantator neque mathematicus neque magus, neque ea velis videre neque audire; ex his enim omnibus idololatria nascitur. 5. Fili mi, ne fias mendax, quia mendacium ducit ad furtum, neque argenti neque inanis gloriae cupidus; ex his enim omnibus furta nascuntur. 6. Fili mi, ne fias morosus, quoniam id ducit ad blasphemiam, neque insolens neque improbus; ex his enim omnibus blasphemiae nascuntur. 7. Sis vero mansuetus, quoniam *mansueti hereditabunt terram.* 8. Fias longanimis et misericors et sincerus et quietus et bonus et contremiscens semper ad verba, quae audivisti. 9. Non exaltabis te ipsum neque animae tuae dabis insolentiam. Non adhaerebit anima tua superbis, sed iustis et humilibus uteris. 10. Quae tibi eveniunt, ea tanquam bona accipies, conscius, sine deo nihil fieri.

IV. Fili mi, qui loquitur tibi verbum dei, eius recordaberis nocte ac die, timebis eum sicut dominum; unde enim dominium dicitur, ibi dominus est. 2. Requires cotidie vultus sanctorum,

9 Matth. 5, 5; Ps. 36, 11.

dent eaque secundum hanc Doctrinae partem modo exhortatorio reddunt.

8. *μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων*] Cf. Ps. 102, 8. — *ἡσύχιος*] I Thess. 4, 11 Paulus lectores adhortatur *φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν.* — *τρέμων τ. λ.*] Cf. Ies. 66, 2.

9. *οὐχ ὑψώσεις σ.*] Prov. 19, 18: *εἰς ὕβριν μὴ ἐπαίρου τῇ ψυχῇ σου.* Sirach 6, 2: *μὴ ἐπάγῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου.* Matth. 23, 11. 13. — *οὐ .. μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μ. ταπεινῶν*] Cf. Rom. 12, 16.

10. *τὰ σ. σ. ἐν. ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ*] Cf. Sirach 2, 4: *πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι δέξαι.* Rom. 6, 28. — *ἐνεργήματα*] i. e. operationes Dei vel mala, quibus homines afficiuntur, ut emendentur. — *ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γ.*] Cf. Matth. 10, 29. 30. Hunc locum respexisse videturOrigenes De princ. III, 2, 7; fortasse etiam Dorotheus Doctr. XIII, 1; Ep. III. Cf. Prolegomena.

IV, 1—4. Officia Christiani in ecclesiam et fratres exponuntur.

1. *λαλοῦντος*] sc. prophetae vel apostoli vel doctoris vel episcopi et diaconorum, ut ex sequentibus (11, 2. 4; 15, 2) apparet. Hebr. 12, 25 et 13, 7 similia legimus, scilicet *βλέπετε, μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα,* et *μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.* — *ὡς κύριον*] Cf. 4, 11; 11, 2; Matth. 10, 40; Gal. 4, 14. — *κυριότης*] i. e. potestas Domini seu Dei. Eodem sensu vox adhibetur II Petr. 2, 10 et Iud. 8. Cf. Herm. Sim. V, 6, 1. Eph. 1, 21 et Col. 1, 16 vox gradum angelorum denotat. Constitutiones apost. VII, 9 locum circumscribunt verbis: *ὅπου γὰρ ἡ περὶ θεοῦ διδασκαλία, ἐκεῖ ὁ θεὸς πάρεστιν.*

καθ' ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἵνα ἐπαναπαῇς τοῖς λόγοις αὐτῶν. 3. οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους· *κρινεῖς δικαίως*, οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώμασιν. 4. οὐ διψυχήσεις, πότερον ἔσται ἢ οὔ.

5. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. 6. ἐὰν ἔχῃς διὰ τῶν χειρῶν σου, δώσεις λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου. 7. οὐ διστάσεις δοῦναι οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ γάρ, τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. 8. οὐκ ἀποστραφήσῃ τὸν ἐνδεόμενον, συγκοινωνήσεις δὲ πάντα τῷ ἀδελφῷ σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀθανάτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς θνητοῖς;

9. Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις τὸν φόβον τοῦ θεοῦ. 10. οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἐλπίζουσιν, ἐν πικρίᾳ σου, μήποτε οὐ μὴ φοβηθήσονται τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις θεόν· οὐ γὰρ ἔρχεται κατὰ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασεν. 11. ὑμεῖς δὲ οἱ δοῦλοι ὑποταγή-

1 *καθ' ἡμέραν* > L | 2 *ποιήσεις* L Barn Can Const : *ποθήσεις* cod | *σχίσμα* cod Barn Optatus : *σχίσματα* L (dissensiones) Can Const | 3 *δικαίως* + sciens quod tu iudicaberis L | 6 *δώσεις* > L et *οὐ διστάσεις δοῦναι* v. 7 cum versu 6 coniungit | 8 *ὁ* em : *ἡ* cod | 11 *ἐν τοῖς θνητοῖς* : hinc initiantes esse debemus? Omnibus enim dominus dare vult de donis suis L cf. 1, 5 | 12 *ἀπὸ — θυγατρός σου* : a filiis L | 17 *πνεῦμα* + humilem L supra lineam sec man

2. *ἁγίων*] i. e. fratrum christianorum, ut saepe in S. Scriptura.

3. *οὐ ποιήσεις σχίσμα*] Optatus De schism. Donatistarum I, 21 (ed. Ziwsa p. 23, 11—14) scribit: Denique inter cetera praecepta etiam haec tria iussio divina prohibuit: *non occides, non ibis post deos alienos*, et in capitibus mandatorum: *non facies scisma.* Cf. I Cor. 1, 10; 11, 18. — *εἰρηνεύσεις*] Cf. Marc. 9, 50; Rom. 12, 18; II Cor. 13, 11, ubi autem verbum sensu intransitivo adhibetur. — *οὐ λ. πρόσωπον κτλ.*] Cf. Deut. I, 17; Prov. 24, 23.

4. *οὐ διψυχήσεις κτλ.*] Verba obscura sunt. De qua re non est dubitandum? Canones eccl. c. 13 et Constitutiones apost. VII, 11 addunt *ἐν προσευχῇ σου,* ita ut verba de exaudiendis precibus intellegenda sint. Similia scribit Hermas Mand. IX, 1—8; Ps.-Ignatius Her. 7, 1. Cf. Sirach I, 28; Iac. 1, 8; 4, 8; I Ioann. 5, 14. 15.

5—8. Officia Christiani erga pauperes.

5. Fere idem legitur Sirach 4, 31: *μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη.* Cf. Act. 20, 35; I Clem. 2, 1.

ut requiescas in verbis eorum. 3. Non facies dissidium, sed pacabis pugnantes; *iudicabis iuste*, non accipies personam in arguendis cuiuspiam lapsibus. 4. Non ambiges, utrum futurum sit necne.

5. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. 6. Si quid habes per manus tuas, dabis pretium ad redimenda peccata tua. 7. Non dubitabis dare neque murmurabis, cum das; cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. 8. Non repudiabis indigentem, communicabis autem in omnibus cum fratre tuo nec quidquam dices proprium; nam si in immortalibus consortes estis, quanto magis in mortalibus?

9. Non auferes manum tuam a filio tuo vel a filia tua, sed a pueritia docebis eos timorem dei. 10. Non imperabis in amaritudine tua servo tuo vel ancillae, qui in eundem deum sperant, ne forte non timeant deum, qui super utrumque est; non enim venit secundum personam vocare, sed ad eos, quos spiritus praeparavit. 11. Vos autem servi subicimini dominis

2 Deut. 1, 16; Prov. 31, 9 cf. Joann. 7, 24.

6. *διὰ χειρῶν σου*] Bryennius haec verba cum sequentibus coniungit. — *λύτρωσιν*] Vox hic eodem sensu adhibita est quo *λύτρον*. Auctor Constitutionum apost. VII, 12 scribit: *δός, ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν*. Cf. Barn. 19, 10.

7. *οὐ διστάσεις κτλ.*] Prov. 3, 28: *μὴ εἴπῃς, ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν*. Cf. II Cor. 9, 7; I Petr. 4, 9; Herm. Sim. IX, 24, 2; Test. patriarch. VI, 7. Macarius Magn. Apocrit. III, 43 ed. Blondel p. 149, 10: *ἐπιτάττοι χορηγεῖν τῷ μὴ ἔχοντι τὸν ἔχοντα ἀνενδοιάστως*. — *δ. τ. μ. κ. ἀνταποδότης*] Cf. II Clem. 11, 6.

8. *οὐκ ἀ. τ. ἐνδεόμενον*] Sirach 4, 5: *ἀπὸ δεομένου μὴ ἀποστρέψῃς ὀφθαλμόν*. Prov. 3, 27: *μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ*. — *συγκοινωνήσεις .. ἴδια*] Cf. Act. 2, 44; 4, 32. — *ἀθανάτῳ .. θνητοῖς*] Cf. Rom. 15, 27. Barnabas 19, 8 pro illis vocibus posuit *ἀφθάρτῳ .. φθαρτοῖς*.

9—11. Officia patris familias et servorum.

9. Cf. Ps. 33, 12; Eph. 6, 4. Polyc. 4, 2: *τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ*.

10. *τοῖς ἐπὶ τ. αὐτὸν θεὸν ἐλπ.*] Eadem sententia exstat Eph. 6, 9, ubi Paulus lectores inprimis admonet, dominorum et servorum unum Deum et personarum acceptionem apud eum non esse. — *ἐν πικρίᾳ σου*] Cf. Sir. 4, 6; 7, 11. — *τὸ πνεῦμα*] i. e. spiritus sanctus, cuius etiam 7, 1, 3 mentio fit. — *ἡτοίμασεν*] Cf. Rom. 8 29. 30.

11. Cf. Eph. 6, 5—8; Col. 3, 22; Tit. 2, 9; I Petr. 2, 18.

σεσθε τοῖς κυρίοις ὑμῶν ὡς τύπῳ θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ.

12. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν καὶ πᾶν ὃ μὴ ἀρεστὸν τῷ κυρίῳ. 13. οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς *ἐντολὰς κυρίου, φυλάξεις* δὲ ἃ παρέλαβες, *μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν*. 14. ἐν ἐκκλησίᾳ ἐξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου, καὶ οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς.

V. Ἡ δὲ τοῦ θανάτου ὁδός ἐστιν αὕτη· πρῶτον πάντων πονηρά ἐστι καὶ κατάρας μεστή· *φόνοι, μοιχεῖαι*, ἐπιθυμίαι, *πορνεῖαι, κλοπαί*, εἰδωλολατρίαι, μαγεῖαι, φαρμακίαι, ἁρπαγαί, *ψευδομαρτυρίαι*, ὑποκρίσεις, διπλοκαρδία, *δόλος, ὑπερηφανία, κακία*, αὐθάδεια, *πλεονεξία*, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, θρασύτης, ὕψος, *ἀλαζονεία*, ἀφοβία· 2. διῶκται ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες ψεῦδος, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ *κολλώμενοι ἀγαθῷ* οὐδὲ κρίσει δικαίᾳ, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν πραΰτης καὶ ὑπομονή, *μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα*, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχόν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ

1 *ὑμῶν* L : *ἡμῶν* cod | 2 *πᾶν*> L | 2 sq. *κυρίῳ* + non facies L cf. Const | 3 *οὐ μὴ — κυρίου*> L | *δέ* : ergo fili L | 4 *προστιθεὶς* + illis contraria L | 4 sq. *ἐν ἐκκλ. ἐξ. τὰ π. σου καὶ*> L | 6 *σου*> L | 7 *αὕτη* : illi contraria L | 8/11 *φόνοι — ἀλαζονεία* = XXI vitia, L habet totidem ac fere eadem, nisi quod nonnulla transposuit, *διπλοκαρδία δόλος* non expressit | 12 *ἀφοβία* Const Barn (hic + *θεοῦ*): non timentes (supra lineam praem deum sec man) L, > cod | 15 *ὑπομονή* : superbia proxima L | *μάταια ἀγ.* > L

12—14. Mandata generalia ad viam vitae spectantia.

12. *μισήσεις π. ὑπ.*] Cf. Ps. 118, 128: *πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.* — *μὴ ἀρεστὸν τῷ κυρίῳ*] Formula in S. Scriptura semper positive expressa esse videtur. Deut. 6, 18 legimus: *ποιήσεις τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.* Similia verba exstant Deut. 12, 25. 28; 13, 18.

13. *οὐ μὴ ἐγκ. ἐντολὰς κυρίου*] Etiam hoc mandatum in S. Scriptura fere semper positive expressum est verbis: *φυλάξετε τὰ προστάγματά μου* (Lev. 18, 30) vel *τὰς ἐντολάς μου* (Lev. 21, 31) vel *φυλάσσεσθε τὰς ἐντολὰς κυρίου* (Deut. 4, 2. 40; 8, 6; 10, 13 etc). Auctor igitur tria mandata, quae in S. Scriptura modo positivo pronuntiata sunt (cf. 1, 2; 4, 12), in formam negativam redegit. De tertio mandato cf. autem Prov. 4, 2. 5. — *ἐντολὰς κ. φυλάξεις κτλ.*] Deut. 4, 2: *οὐ προσθήσετε πρὸς τὸ ῥῆμα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀφελεῖτε ἀπ' αὐτοῦ· φυλάσσεσθε τὰς ἐντολὰς κυρίου.* Deut. 12, 32: *φυλάξῃ ποιεῖν· οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτό, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ.* Cf. Prov. 30, 6; Eccles. 3, 14; Apoc. 22, 18. 19; Eus. H. E. V, 16.

14. *ἐν ἐκκλησίᾳ*] Cf. infra 14, 1.

vestris tanquam imagini dei in verecundia et timore.

12. Oderis omnem hypocrisin et quodcunque displicet domino. 13. Ne derelinquas ***mandata domini***, ***custodies*** vero, quae accepisti, ***neque addens neque demens***. 14. In ecclesia confiteberis peccata tua, neque accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Haec est via vitae.

V. Mortis vero via haec est: primum omnium mala est ac maledictionis plena: ***caedes, adulteria***, concupiscentiae, ***fornicationes, furta***, idololatriae, magiae, veneficia, rapinae, ***falsa testimonia***, simulationes, cor duplex, ***dolus***, ***superbia***, ***malitia***, arrogantia, ***avaritia***, turpiloquium, invidia, insolentia, fastus, ***ostentatio***, timoris vacuitas; 2. bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii, non cognoscentes mercedem iustitiae, non ***adhaerentes bono*** neque iudicio iusto, viligantes non ad bonum, sed ad malum, a quibus longe abest mansuetudo et patientia, qui ***diligunt inania***, ***sectantur remunerationem***, non miserentur inopis, non laborant de afflicto, non cognos-

3 Deut. 4, 2; 12, 32. — 8 Matth. 15, 19. — 10 Rom. 1, 29–30. — 13 Rom. 12, 9. — 15 Ps. 4, 3. — 15 Ies. 1, 23.

Confessio peccatorum, quam auctor postulat, est igitur publica. Barnabas 19, 12 verba illa non habet. — *ἐξομολογήσῃ κτλ.*] Cf. Iac. 5, 16; I Clem. 51, 3. — *ἐν συνειδήσει π.*] Cf. Hebr. 10, 22.

V, 1. *φόνοι — ψευδομαρτυρίαι*] Matthaeus 15, 19 vel Dominus, qui ipse loquitur, agens de peccatis, quae de corde hominis exeunt, praemittit *διαλογισμοὶ πονηροί*, et conicere licet, auctorem Doctrinae voce *ἐπιθυμίαι* cogitationes malas expressisse. Marcus 7, 21—22 peccata diverso ordine enumerat et omittit *ψευδομαρτυρίαι*. — *δόλος κτλ.*] Haec peccata nominat Paulus Rom. 1, 29—30, nisi quod pro *ὑπερηφανία* et *ἀλαζονεία* scribit *ὑπερήφανοι* et *ἀλάζονες*, similiter atque auctor Doctrinae v. 2 non de peccatis, sed de peccata facientibus agit. Marcus 7, 27 post *κλοπαὶ* commemorat *πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη*. — *αἰσχρολογία*] Cf. Col. 3, 18. N. T. vocem nonnisi hoc loco exhibet. — *ἀφοβία*] Vocabulum *ἀφόβως* Iud. 12 sensu malo adhibetur, Luc. 1, 74 autem sensu bono.

2. *ἀγαπῶντες ψεῦδος*] Cf. Ps. 4, 3: *ἱνατί ἀγαπᾶτε ματαιότητα καὶ ζητεῖτε ψεῦδος;* Apoc. 22, 15. — *οὐ γιν. μισθὸν δικαιοσύνης*] Cf. II Petr. 2, 15: *μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν*. — *κρίσει δικαίᾳ*] Cf. Ioann. 7, 24; Prov. 17, 15; Ies. 1, 17. — *πραΰτης κ. ὑπομονή*] Cf. Gal. 5, 22: *μακροθυμία . . . πραότης*. — *διώκοντες ἀνταπ.* Iustinus Dial. c. 27 cum pluribus aliis peccatoribus etiam hos commemorat. — *ἐλεοῦντες πτωχόν*] Cf. Prov. 14,

καταπονουμένῳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς, *φονεῖς τέκνων*, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταί, πανθαμάρτητοι· ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.

VI. Ὅρα, *μή τίς σε πλανήσῃ* ἀπὸ ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς διδαχῆς, ἐπεὶ παρεκτὸς θεοῦ σε διδάσκει. 2. εἰ μὲν γὰρ δύνασαι βαστάσαι ὅλον τὸν ζυγὸν τοῦ κυρίου, τέλειος ἔσῃ· εἰ δ' οὐ δύνασαι, ὃ δύνῃ, τοῦτο ποίει. 3. περὶ δὲ τῆς βρώσεως, ὃ δύνασαι βάστασον· ἀπὸ δὲ τοῦ εἰδωλοθύτου λίαν πρόσεχε· λατρεία γάρ ἐστι θεῶν νεκρῶν.

VII. Περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω βαπτίσατε· ταῦτα πάντα

3 sq. *πενήτων — πανθαμ.*> L | 5 *τῆς ὁδοῦ*> L | 6 *διδάσκει*: L terminat: Haec in consulendo si cottidie feceris, prope eris vivo deo. Quod si non feceris, longe eris a veritate. Haec omnia tibi in animo pone, et non deciperis de spe tua, sed per haec sancta certamina pervenies ad coronam, per dominum Iesum Christum regnantem et dominantem cum deo patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

21. 31. — *οὐ γινώσκοντες τ. π. αὐτούς*] Cf. Sap. 15, 11: *ἠγνόησε τὸν πλάσαντα αὐτόν*. Ies. 1, 3. Os. 5, 4. — *ἀποστρεφόμενοι τ. ἐνδ.*] Cf. adnot. ad 4, 8. — *καταπονοῦντες τ. θλ.*] Sap. 2, 10 improbi loquuntur: *καταδυναστεύσωμεν πένητα δίκαιον*. — *πλουσίων π.*] Cf. Lev. 19, 15. — *πενήτων ἄν. κριταί*] Cf. Ps. 81, 2—4. — *πανθαμάρτητοι*] Cf. II Clem. 18, 2. — *ῥυσθείητε κτλ.*] Cf. Sap. 2, 19.

VI. 1. *διδαχῆς* i. e. doctrina tota in parte praecedente exposita. Eodem sensu Barnabas 18, 1 voce utitur, doctrinam duarum viarum indicans. — *παρεκτὸς θεοῦ*] i. e. aliter ac Deus, vias vitae et mortis tibi proponens. Cf. Rom. 16, 17.

2. *βαστάσαι .. ζυγόν*] Act. 15, 10 Petrus de iugo loquitur, quod neque patres neque iuniores portare poterant, scilicet de lege Mosis, quam quidam Christiani ex circumcisione Christianis Antiochenis imponere volebant. Matth. 11, 29. 30 Christus doctrinam vel praecepta sua iugum appellat idque *ζυγὸν χρηστόν*. Hoc loco vox *ζυγός*, ut connexus docet, praecepta cuncta significat, de quibus in parte antecedente sermo est, praesertim praecepta vitam Christianorum perfectam spectantia, quae 1, 3—6 leguntur. Versus, ut particula *γὰρ* indicat, ita cum antecedente coniunctus est, ut aeque atque verba *ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς διδαχῆς* de doctrina supra exposita interpretandus sit. Vix recte Schaff de lege V. T. ceremoniali cogitat, Harnack de consilio virginitatis. — *τέλειος*] Auctor respicit Matth. 19, 21. — *εἰ δ' οὐ δύνασαι*] Auctor annuit, non omnia mandata, quae proposuit, vere praecepta et omnino omnibus servanda esse; qui vero non omnia mandata implere possunt, eos adhortatur, ut faciant, quidquid possint.

3. *περὶ δὲ τῆς βρώσεως*] Similiter

centes creatorem suum, ***liberorum interemptores***, in abortione corrumpentes creaturam dei, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui iudices, omnibus peccatis inquinati; liberemini, filii, ab his omnibus.

VI. Vide, ***ne quis te abducat*** ab hac via doctrinae, quoniam praeter deum te docet. 2. Si enim totum iugum domini portare potes, perfectus eris; si vero non potes, facias id, quod potes. 3. Quod ad cibum attinet, quod potes porta; immolata autem simulacrorum valde declina; servitus enim sunt deorum mortuorum.

VII. De baptismo autem, sic baptizate; haec omnia post-

1 Sap. 12, 7. — 5 Matth. 24, 4.

Paulus I Cor. 8, 4 scribit: *περὶ τῆς βρώσεως οὖν*, pergit autem: *τῶν εἰδωλοθύτων κτλ.* Harnack censet, qui contextum et verba *ὃ δύνασαι βάστασον* respexerit, ei versum de permissione esus carnium intellegendum esse, ita ut sensus sit: carnibus vesci illis licet, qui ab eis abstinere non possunt; modo ab immolatis simulacrorum prorsus abstinendum est. Interpretatio vero vix est recta. Versus potius, ut Bryennius et Schaff interpretati sunt, de praeceptis V. T. ad cibos spectantibus intellegendus esse videtur. Auctor igitur dicit: a cibis lege V. T. interdictis te abstine, in quantum potes; immolata autem simulacrorum tibi omnino vitanda sunt. — *ἀπὸ δὲ τοῦ εἰδωλοθύτου λ. πρ.*] Act. 15, 20. 29 apostoli Hierosolymis congregati fidelibus e gentilibus Antiochenis praecipiunt, ut ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione se abstineant, *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων κτλ.* Paulus I Cor. 8 quidem exponit, idolothytis vesci non esse illicitum, cum idolum nihil sit in mundo cumque nullus sit Deus nisi unus, nisi forte licentia edendi offendiculum fiat infirmis. Minime autem omnem idolothytorum esum permittere voluit. Namque 10, 7. 14—33 societatem sacrarum epularum gentilium tanquam idololatriam condemnat atque esum earum carnium tantum permittit, quae in macello venumdantur vel in convivio apponuntur, et in hoc casu licentiam datam insuper refrenat, si quis dixerit, hoc esse immolatum idolis, propter conscientiam alterius. Cf. Iust. Dial. c. 34—35; Iren. Adv. haer. I, 6, 3; 24, 5; 28, 2; Clem. Alex. Paedag. II, 1, 8 p. 169; Orig. C. Cels. VIII, 29. 30, ubi exponitur, verba Pauli I Cor. 8, 8 decreto apostolorum Act. 15, 20 accuratius explicari. — *θεῶν νεκρῶν*] Cf. Sap. 15, 17; I Cor. 8, 4; 10, 20; II Clem. 3, 1.

VII, 1. *περὶ δέ*] His particulis haec pars eodem modo priori adiuncta est quo versus 3 capitis VI versui praecedenti. Cf. 9, 1; 11, 3. Sed non solum particula *δέ*, sed etiam verba *τ. π. προειπόντες* connexum utriusque partis produnt. Haec verba praeterea indicant, capita praecedentia sermonem esse baptizandis pronuntiandum. — *βαπτίσατε*] Auctor omnes Christianos respicit. Om-

προειπόντες, *βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* ἐν ὕδατι ζῶντι. 2. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ὕδωρ ζῶν, εἰς ἄλλο ὕδωρ βάπτισον· εἰ δ' οὐ δύνασαι ἐν ψυχρῷ, ἐν θερμῷ. 3. ἐὰν δὲ ἀμφότερα μὴ ἔχῃς, ἔκχεον εἰς τὴν κεφαλὴν τρὶς ὕδωρ *εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος*. 4. πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος προνηστευσάτω ὁ βαπτίζων καὶ ὁ βαπτιζόμενος καὶ εἴ τινες ἄλλοι δύνανται· κελεύεις δὲ νηστεῦσαι τὸν βαπτιζόμενον πρὸ μιᾶς ἢ δύο.

VIII. *Αἱ δὲ νηστεῖαι* ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ *τῶν ὑποκριτῶν*· νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ· ὑμεῖς δὲ νηστεύσατε τετράδα καὶ παρασκευήν. 2. μηδὲ *προσεύχεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί*, ἀλλ' ὡς ἐκέλευσεν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, *οὕτω προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου*

14 *γενηθήτω* em : *γεννηθήτω* cod

nes ergo fideles baptizare poterant. Neque tamen inde concludendum est, omnes ubique sacramentum administrasse. Ordo postulavit, ut in ecclesia constituta praepositi aut ipsi baptizarent aut de baptismate consulerentur. Cf. Ign. Smyrn. 8, 2; Tert. De bapt. c. 17. Iustinus quoque Apol. I, 61 certum sacramenti ministrum non nominat. — *τ. πάντα*] scilicet quae in capitibus sex prioribus exposita sunt. — *βαπτίσατε κτλ.*] Iustinus Apol. I, 61 bis animadvertit, baptismum dari in nomine patris et filii et spiritus sancti. — *ἐν ὕδατι ζῶντι*] in aqua fluente, i. e. in fluvio vel fonte. Cf. Lev. 14, 5. 6. 50—52; Num. 19, 17; Ioann. 4, 10. 11; Clem. Hom. Contest. c. 1; Hom. XI, 26. Sin autem Doctrina in universum saltem aquam vivam postulat, Tertullianus De bapt. c. 4 scribit: Nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur.

2. *εἰς ἄλλο ὕδωρ*] sc. lacum sive a natura sive ab hominibus effossum, cisternam vel similem aliam aquam, modo sit frigida. Quod attinet praepositionem *εἰς*, considera, verbum *βαπτίζειν* denotare immersionem. — *οὐ δύνασαι*] i. e. si valetudo minus firma vel tempus anni usum aquae frigidae in baptismo administrando non permittit.

3. *ἀμφ. μὴ ἔχῃς*] scilicet tantum aquae vivae vel alius, sive frigidae sive calidae, ut immergere possis. — *ἔκχεον εἰς τ. κ.*] Habes hic testimonium vetustissimum formae effusionis vel aspersionis in baptismo administrando, idque certius quam alia, quae e tempore priorum saeculorum ad nos pervenerunt. Animadverte etiam, auctorem formam illam cum certitudine validam habere, cum posteriorum nonnulli de eius validitate dubitarent, ut Magnus Africanus, cuius errorem Cyprianus Ep. 69, 12—14 correxit. Cf. Cornel. Ep. ad Fab. Antioch. apud Eus. H. E. VI, 43. — *τρίς*] Ter aqua effundenda

quam antea dixistis, ***baptizate in nomine patris et filii et spiritus sancti*** in aqua viva. 2. Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potes in frigida, in calida. 3. Sin autem neutram habes, effunde in caput ter aquam ***in nomine patris et filii et spiritus sancti.*** 4. Ante baptismum ieiunato baptizans et baptizandus et si qui alii possunt; baptizandum autem iube ieiunare unum vel duos dies antea.

VIII. ***Ieiunia vero*** vestra ne fiant ***cum hypocritis;*** ieiunant enim secunda post sabbatum et quinta; vos autem ieiunate quarta et sexta. 2. Neque ***orate sicut hypocritae,*** sed sicut praecepit dominus in evangelio suo, ***ita orate: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum***

1 Matth. 28, 19. — 5 Matth. 28, 19. — 9 Matth. 6, 16. — 11 Matth. 6, 5. — 13 Matth. 6, 9—13.

est respectu trium divinarum personarum. Ideoque immersio quoque ter facienda erat.

4. De ieiunio et baptizandorum et fidelium baptismo assistentium etiam Iustinus Apol. I, 61 et auctor Clem. Recognitionum VII, 37 loquuntur. Reliqui veterum ieiuniorum baptismum ingressurorum tantum mentionem faciunt. — *πρὸ μιᾶς*] Cf. Clem. Recogn. VII, 34 et 35.

VIII, 1. *αἱ δὲ νηστεῖαι — ὑποκριτῶν*] Auctor respicit Matth. 6, 16: *ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὡς οἱ ὑποκριταί, σκυθρωποί.* Cf. Luc. 18, 12. Eodem modo quo hic ieiunium infra v. 2 oratio hypocritarum reprobatur. Hypocritae in Novo Testamento quidem sunt Pharisaei, qui in Evangelio Matthaei distincte septies hypocritae appellantur, scilicet 23, 13. 14. 15. 23. 25. 27. 29. Auctor autem vocabulo fortasse Iudaeos omnes denotat. — *δευτέρᾳ σ. κ. πέμπτῃ*] Epiphanius H. 16, 1 eosdem dies ieiunii Pharisaeis adscribit. — *τετράδα καὶ παρασκευήν*] Praeter Doctrinam huius ieiunii primus Hermas mentionem facit, Sim. V, 1 narrans, se stationem habere ac ieiunare. Dies stationis enim, ut Tertullianus De ieiun. c. 2. 14 scribit, erant feriae quarta et sexta; ieiunium, quod his diebus instituebatur, erat semiieiunium (ibid. c. 13) vel perdurabat usque ad nonam horam (ibid. c. 2. 10). Cf. Clem. Al. Strom. VII, 12, 75 p. 877. Orig. Hom. X in Levit. c. 2 (Ed. De la Rue II, 246). Epiph. H. 75, 6; Expos. fid. c. 21.

2. *μηδὲ κτλ.*] Matth. 6, 5 Dominus dicit: *καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί. — ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ*] i. e. Evangelio secundum Matthaeum 6, 9—13, ubi oratio fere eisdem verbis legitur, ubi etiam orationis hypocritarum mentio fit. Praeter lectiones *ἐλθέτω* et *ἀφίεμεν*, quibus editores N. T. recentissimi, Tischendorf et Westcott-Hort, *ἐλθάτω* et *ἀφήκαμεν* substituerunt, differentiae hae sunt: pro *ἐν τῷ οὐρανῷ* (post *πάτερ ἡμῶν*), *ἐπὶ γῆς*

ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ ἄφες ἡμῖν τὴν ὀφειλὴν ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε.

IX. Περὶ δὲ τῆς εὐχαριστίας, οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. πρῶτον περὶ τοῦ ποτηρίου· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀμπέλου Δαυὶδ τοῦ παιδός σου, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. περὶ δὲ τοῦ

et *τὴν ὀφειλήν* Matthaeus exhibet *ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐπὶ τῆς γῆς* et *τὰ ὀφειλήματα*. — *ὅτι σοῦ κτλ.*] Eadem doxologia infra 9, 4 (additis verbis *διὰ Ἰ. Χριστοῦ*) et 10, 5 legitur, brevior (sine *ἡ δύναμις καί*) 9, 2. 3; 10, 2. 4. Additamenta codicum biblicorum et versiones S. Scripturae, excepta versione Sahidica, doxologiam maiorem exhibent, post *ἐστὶν* verba *ἡ βασιλεία καὶ* inserentes. Verba non esse Domini cum codices vetustissimi tum alii testes probant. Doctrina autem docet, quomodo doxologia in textum S. Scripturae irrepserit. Cum Christiani oratione Domini velut formula orationis uterentur, preces doxologia concludebant, et usu longaevo doxologia cum precibus paullatim adeo in unum concaluit, ut tempore posteriore librarii nonnulli eam in S. Scriptura recipere non dubitarent.

3. *τρίς*] Similiter Daniel 6, 10. 13 ter per diem orasse traditur. Sed quibus horis oratio fiebat? Haud dubie horis tertia, sexta et nona, quae in S. Scriptura et ab autoribus posterioribus saepius velut horae orationis commemorantur. Cf. Act. 2, 15; 3, 1; 10, 9. 30; Tert. De orat. c. 25; De ieiun. c. 10; Clem. Al. Strom. VII, 7, 40 p. 854.

IX—X. In his capitibus formulae orationum in sacra cena adhibendae proponuntur, et quidem duae, quae communioni praecedunt, una, quae corpore et sanguine Domini sumto pronuntianda erat. Orationes tam prope ad eas accedunt, quibus teste tractatu Beracoth libri Talmud Iudaei die vel vigilia sabbati vinum et panem benedicebant (cf. Sabatier, *La Didachè* 1885 p. 99 sqq.), ut vix dubitari possit, auctorem eas secundum has formasse. Altera ex parte auctor eucharistiae christianae quidem rationem habuit, de pane benedicendo autem tam late locutus est, ut eius oratio ad hunc pertinens tempore posteriore ad panem benedicendum communem adhiberi posset (cf. adnot. ad 9, 4). Orationes longe ab iis discedunt, quae nobis alias traditae sunt, atque non solum summam antiquitatem, sed etiam ritum quemdam singularem produnt. Iam Iustinus Apol. I, 65—67 saeculo II medio liturgiae multo prolixioris et distinctioris testis est.

IX, 1. *εὐχαριστίας*] i. e. epularum mysticarum, quae constant ex vino et pane, vel orationis eucharisticae. Infra v. 5 vox distincte elementa consecrata designat. Similiter Iu-

tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra; panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debitum nostrum, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, quoniam tua est virtus et gloria in saecula. 3. Ter in die sic orate.

IX. Quod ad gratiarum actionem attinet, sic gratias agite; 2. primum de calice: Gratias tibi agimus, pater noster, pro sancta vite David pueri tui, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 3. De pane fracto autem:

stinus Apol. I, 66 scribit: *καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία.* Cf. Ign. Smyrn. 7. 1; 8, 1; Philad. 4.

2. *πρῶτον π. τ. ποτηρίου*] Similiter in ritu Iudaeorum supra laudato benedictio calicis benedictioni panis praecedit. In litteris autem christianis hic ordo nusquam alias invenitur. Neque Lucas eum habet; nam calicem quidem paschalem (22, 17 sq.) ante epulas eucharisticas commemorat, calicem autem eucharisticum distincte post panem eucharisticum ponit (22, 19 sq.). Similiter Paulus I Cor. 11, 23 sqq., ubi institutionem sacramenti altaris exponit, ordinem communem servat. Quod apostolus I Cor. 10, 16. 21 calicem pani praeponit, nullius momenti est. Infra v. 5 Doctrina ipsa communem ordinem sequitur, dicens: *μηδεὶς δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω.* — *πάτερ ἡμῶν*] Haec verba allocutoria, repetita v. 3 et 10, 2, ex oratione Domini desumpta sunt. Verba quidem etiam in ritu Iudaeorum commemorato locum habent, sed nonnisi semel ac sub finem orationis. — *ἀμπέλου Δαυίδ*] Cum Christus e genere David sit et Ioann. 15, 1 ipse se vitem appellet, nonnulli illis verbis Christum significari putabant. Cui interpretationi vero verba sequentia obstant; auctor haud facile dicere potuit, patrem Christum per Christum manifestum fecisse. Alii respicientes Ps. 79, 15, 16; Ier. 2, 21; 12, 10; Iust. Dial. c. 110: *ἡ φυτευθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἄμπελος καὶ σωτῆρος Χριστοῦ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐστι,* verba de ecclesia interpretati sunt. Cum autem gratiarum actio pro calice fiat, verba etiam de vino eucharistico seu de sanguine Christi interpretari possumus. Clemens Al., Doctrinam haud dubie cognitam habens, sanguinem vitis David sanguinem Christi distincte appellat, Quis div. salv. c. 29 scribens: *οὗτος* (sc. *Χριστός*) *ὁ τὸν οἶνον, τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαυίδ, ἐκχέας ἡμῶν ἐπὶ τὰς τετρωμένας ψυχάς.* Similiter Origenes Hom. in Iud. VI, 2 (De la Rue II, 471) de vera vite loquitur, quae ascendit de radice David, verbis sanguinem Christi eucharisticum denotans. — *Δαυὶδ τοῦ παιδός σου*] David *παῖς θεοῦ* appellatur Ps. 17, 1; Ies. 37, 35; Luc. 1, 69; *δοῦλος θεοῦ* Ps. 77, 70; 130, 10; 143, 10. — *ἐγνώρισας*] Cf. Ioann. 15, 15; 17, 26. — *Ἰησοῦ τ. παιδός σου*] Eadem verba exstant Act. 3, 13. 26; 4, 27. 30. Cf. adnot. ad Barn. 6, 1.

κλάσματος· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ζωῆς καὶ γνώσεως, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 4. ὥσπερ ἦν τοῦτο τὸ κλάσμα διεσκορπισμένον ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συναχθὲν ἐγένετο ἕν, οὕτω συναχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. μηδεὶς δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω ἀπὸ τῆς εὐχαριστίας ὑμῶν, ἀλλ' οἱ βαπτισθέντες εἰς ὄνομα κυρίου· καὶ γὰρ περὶ τούτου εἴρηκεν ὁ κύριος· *Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί.*

X. Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἅγιε, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀθανασίας, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. σύ, δέσποτα παντοκράτορ, *ἔκτισας τὰ πάντα* ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, τροφήν τε καὶ ποτὸν ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπόλαυσιν, ἵνα σοι εὐχαριστήσωσιν, ἡμῖν δὲ ἐχαρίσω πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον διὰ τοῦ παιδός σου. 4. πρὸ πάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι δυνατὸς εἶ·

3 *τοῦτο τὸ* em : *τοῦτο* cod | 12 *ἡμῶν* em : *ὑμῶν* cod

3. *κλάσματος*] i. e. panis eucharistici seu corporis Christi revera in cruce, typice in eucharistia fracti. Cf. Act. 2, 42; I Cor. 10, 16; 11, 24. — *ζωῆς καὶ γνώσεως*] Cfr. infra 10, 2; 11, 2; I Clem. 36, 2; II Clem. 20, 5.

4. *κλάσμα .. ἕν*] Cf. I Cor. 10, 17; Ign. Eph. 20, 2. — *συναχθήτω κτλ.*] Cf. 10, 5. Matth. 24, 31. — *βασιλείαν*] Haec vox cum voci *ἐκκλησία* opposita sit, regnum Christi futurum denotat. Auctor igitur in oratione eucharistica res extremas in memoriam revocat, ut Dominus ipse Matth. 26, 29 et Paulus apostolus 1 Cor. 11, 26. Eadem fere gratiarum actio, quae hic fit pro accepto pane eucharistico, a Pseudo-Athanasio De virginitate c. 13 et quidem pro pane communi enuntianda exhibetur. (Migne, PG 28, 266.)

5. *μηδεὶς κτλ.*] Similiter dicit Iustinus Apol. I, 66: *τῆς εὐχαριστίας οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν* — *βαπτ. εἰς ὄνομα κυρίου*] Similiter Act. 19, 5 legimus, discipulos Ioannis Ephesi baptizatos esse in nomine Domini Iesu. Teste autem Doctrina inde nequaquam iam colligendum est, in sacramento administrando nonnisi verba *εἰς ὄνομα κυρίου* olim adhibita esse. Supra 7, 1. 3 enim Doctrina distinctis verbis praecipit, ut homo in nomine trinitatis baptizetur.

X. 1. *ἐμπλησθῆναι*] Cf. Ioann. 6, 12, ubi vox de quinque milibus hominum a Domino satiatorum adhibetur. Vox indicat, tempore ortus Doctrinae cum sacra cena etiam

Gratias tibi agimus, pater noster, pro vita et scientia, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 4. Sicut hic panis fractus dispersus erat supra montes et collectus factus est unus, ita colligatur ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum; quoniam tua est gloria et virtus per Iesum Christum in saecula. 5. Nemo autem edat neque bibat a vestra gratiarum actione, nisi qui baptizati sunt in nomine Iesu; de hoc etenim dixit dominus: ***Ne date sanctum canibus.***

X. Postquam autem impleti estis, sic gratias agite: 2. Gratias tibi agimus, pater sancte, pro sancto nomine tuo, quod fecisti ut habitet in cordibus nostris, et pro scientia et fide et immortalitate, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 3. Tu, domine omnipotens, ***creasti omnia*** propter nomen tuum, et cibum potumque dedisti hominibus ad fruendum, ut tibi gratias agant, nobis autem largitus es spiritualem cibum et potum et vitam aeternam per puerum tuum. 4. Ante omnia gratias tibi agimus, quod potens es; gloria tibi

9 Matth. 7, 6. — 15 Sap. 1, 14; Sirach 18, 1; 24, 8; Apoc. 4, 11; cf. Eph. 3, 9; Hebr. 3, 4.

epulas illas coniunctas fuisse, quae graeco nomine agape appellatae sunt. Cf. I Cor. 11, 20—22.

2. *πάτερ ἅγιε*] Eisdem verbis Dominus utitur Ioann. 17, 11. — *ἁγίου ὀνόματός σου*] Cf. Luc. 1, 49; Ioann. 17, 26: *ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου.* — *κατεσκήνωσας*] Verbum sensu transitivo etiam Ps. 22, 2 adhibetur, alias sensu intransitivo, ex. gr. Ioann. 1, 14.

3. *δέσποτα*] Haec vox in oratione (Sirach 33, 1. Luc. 2, 29. Act. 4, 24. I Clem. 59, 4; 60, 3; 61, 1. 2) et alias a scriptoribus sacris et ecclesiasticis saepe adhibetur. Cf. index vocabulorum. — *ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου*] Haec verba in Vetere Testamento, inprimis in Psalmis saepius leguntur. In litteris christianis praeter hunc locum formula exstare non videtur. Itaque formula antiquitatem maximam sapit. — *εἰς ἀπόλαυσιν*] Cf. I Tim. 6, 17: *παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν.* — *ἐχαρίσω*] Vox ex industria posita est. Hominibus omnibus Deus dat cibum communem, Christianis autem gratia speciali etiam cibum spiritualem. — *πνευματικὴν τροφήν*] Cf. Iust. Apol. I, 66 et Iren. Adv. haer. IV, 18, 5, ubi legimus, panem eucharisticum non esse panem communem. — *καὶ ζωὴν αἰώνιον*] Haec verba indicant effectum alimenti spiritualis. Sensus est igitur: largitus es nobis alimentum spirituale et per hoc (vel quod operatur) vitam aeternam. Ignatius Eph. 20, 2 eucharistiam pharmacum immortalitatis appellat.

4. Cf. Apoc. 11, 17. — *δυνατὸς εἶ*] Cf. Ps. 88, 9; Luc. 1, 49.

σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. μνήσθητι, κύριε, τῆς ἐκκλησίας σου τοῦ ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελειῶσαι αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, *καὶ σύναξον* αὐτὴν *ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων*, τὴν ἁγιασθεῖσαν, εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 6. ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. *Ὡσαννὰ τῷ θεῷ Δαυίδ.* εἴ τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω· *μαρὰν ἀθά*· ἀμήν. τοῖς δὲ προφήταις ἐπιτρέπετε εὐχαριστεῖν, ὅσα θέλουσιν.

XI. Ὃς ἂν οὖν ἐλθὼν διδάξῃ ὑμᾶς ταῦτα πάντα τὰ προειρημένα, δέξασθε αὐτόν· 2. ἐὰν δὲ αὐτὸς ὁ διδάσκων στραφεὶς διδάσκῃ ἄλλην διδαχὴν εἰς τὸ καταλῦσαι, μὴ αὐτοῦ ἀκούσητε· εἰς δὲ τὸ

1 *σοὶ* em Br : *σὺ* cod | 6 *ὡσαννά* : *ὡς ἀννὰ* cod | *θεῷ* cod : *υἱῷ* edd plures | 7 *μαρὰν ἀθά* : *μαραναθὰ* cod

5. *ῥύσασθαι κτλ.* Cf. Matth. 6, 13; Ioann. 17, 15. — *τελειῶσαι κτλ.*] Cf. Ioann. 17, 23; I Ioann. 2, 5; I Clem. 50, 3 (*οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέντες*). — *σύναξον κτλ.*] Ies. 11, 12: *καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραήλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς.* Oratio iudaica Schmone-Esre vel Duodeviginti exhibet v. 10 verba: et collige nos a quattuor finibus terrae. Cf. Schürer, *Geschichte des jüdischen Volkes* ed. III t. II (1898), 461. Doctrina propius ad Matth. 24, 31 accedit quam ad illos locos. — *τὴν ἁγιασθεῖσαν*] sc. sanguine Christi. Cf. Ioann. 17, 19; Eph. 5, 25; Hebr. 10, 10. — *ἡτοίμασας*] Cf. Matth. 25, 34. Hebr. 11, 16.

6. *ἐλθέτω κτλ.*] Veteres Christiani non solum hunc mundum brevi tempore praeteriturum esse credebant, sed etiam pro accelerando eius fine adventuque Christi orabant. Cf. Apoc. 22, 17: *καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· ἔρχου, καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· ἔρχου.* 20: *ἔρχου, κύριε Ἰησοῦ.* Tertullianus Apolog. c. 39 quidem scribit: Oramus pro mora finis. Similiter De orat. c. 5 in explicando secundo orationis dominicae articulo commemorat, quosdam protractum quemdam (in) saeculo postulare. Ipse autem eodem loco censet, regnum Dei, quod ut adveniat oramus, ad consummationem saeculi tendere et cum aliis Christianis optat maturius regnare et non diutius servire. — *χάρις*] Cf. I Petr. 1, 13: *ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰ. Χριστοῦ.* — *παρελθέτω*] Cf. Matth. 5, 18; I Cor. 7, 31; II Petr. 3, 10; Apoc. 21, 1. — *ὡσαννὰ κτλ.*] Verbis *ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ* Iesus Hierosolyma intrans a turbis populi salutatus est, eisdemque teste Hegesippo (Eus. H. E. II, 23, 14) multi testimonio Iacobi ad fidem adducti vel in fide confirmati Iesum glorificaverunt. Verba aptissime hoc loco posita sunt, ubi Christus rediturus exspectatur. Sin auctor Christum Deum David appellat, non filium, considerandum est, Lucam 19, 28 de Iesu Hierosolyma intrante dicentem totum locum, Marcum 11, 9

in saecula. 5. Recordare, domine, ecclesiae tuae, ut eam liberes ab omni malo eamque perficias in caritate tua, ***et collige*** eam ***a quattuor ventis*** sanctificatam in regnum tuum, quod ei parasti, quoniam tua est virtus et gloria in saecula. 6. Adveniat gratia et praetereat mundus hic. ***Hosanna deo David.*** Si quis sanctus est, accedat; si quis non est, paenitentiam agat. ***Maranatha,*** Amen. 7. Prophetis vero permittite gratias agere, quantas volunt.

XI. Qui igitur ad vos veniens docuerit vos haec omnia praedicta, eum suscipite. 2. Sin autem doctor ipse perversus doceat aliam doctrinam, ita ut dissolvat, ne eum audite; si vero docet, ita ut

3 Matth. 24, 31. — 6 Matth. 21, 9. 15. — 7 I Cor. 16, 22.

et Ioannem 12, 13 verba *τῷ υἱῷ Δαυίδ* saltem omisisse, vocem *ὡσαννὰ* solam exhibentes, Iesum ipsum Matth. 22, 42—45 ex Pharisaeis dicentibus, Christum esse filium David, quaesiisse, quomodo filius esset David, quippe qui Ps. 109, 1 eum Dominum appellaret, Barnabam 12, 10—11 eos impugnare, qui dicunt, Christum esse filium David vel filium hominis, Tatianum teste Theodoreto Haer. fab. I, 20 in Diatessaron omnia amputasse, quae Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Auctor Constitutionum apost. VII, 26 vocem biblicam vel *υἱῷ* quidem exhibet; cum autem locum transformaverit, testis minus fidelis est. Itaque lectio Doctrinae tradita servanda esse videtur. — *εἴ τις ἅγιος κτλ.*] Haec verba duplici modo intelleguntur. Cum in versu proxime praecedente de transitu mundi et de adventu Christi sermo sit, nonnulli ea de introitu in ecclesiam Dominum exspectantem interpretantur. Cum autem verba pars orationis eucharisticae sint et postea etiam de eucharistia agatur, potius de accessu ad sacram cenam intellegenda esse videntur. — *μαρὰν ἀθά*] Alii verba illa aramaica interpretantur: Domine noster, veni (cf. Apoc. 22, 20); alii: Dominus venit (*ἥκει* vel *ἦλθεν*). Utcunque autem verba vertuntur, locus finem Apocalypsis (22, 20) in memoriam revocat. — *ἀμήν*] Hanc vocem Doctrina hoc tantum loco exhibet.

7. Sensus: prophetis eisque solis licet, in sacra cena et agape celebranda, formulis orationis supra allegatis praetermissis, libere gratias agere, quantas volunt. Iustinus similem libertatem episcopo tribuit, Apolog. I, 67.

XI. Hoc caput et sequentia praecepta continent disciplinam ecclesiasticam spectantia.

1. *τ. π. τὰ προειρημένα*] i. e. omnia quae in capitibus decem prioribus dicta sunt. Cf. 7, 1.

2. *διδ. ἄλλην διδαχὴν κτλ.*] Cf. II Ioann. 10: *εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.* II Petr. 2, 1. Ign. Eph. 9, 1. — *καταλῦσαι*] sc. *τὰ προειρημένα* vel *τὴν διδαχὴν προειρη-*

προσθεῖναι δικαιοσύνην καὶ γνῶσιν κυρίου, δέξασθε αὐτὸν ὡς κύριον.

3. Περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, κατὰ τὸ δόγμα τοῦ εὐαγγελίου οὕτω ποιήσατε. 4. πᾶς δὲ ἀπόστολος ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς δεχθήτω ὡς κύριος· 5. οὐ μενεῖ δὲ εἰ μὴ ἡμέραν μίαν· ἐὰν δὲ ᾖ χρεία, καὶ τὴν ἄλλην· τρεῖς δὲ ἐὰν μείνῃ, ψευδοπροφήτης ἐστίν. 6. ἐξερχόμενος δὲ ὁ ἀπόστολος μηδὲν λαμβανέτω εἰ μὴ ἄρτον, ἕως οὗ αὐλισθῇ· ἐὰν δὲ ἀργύριον αἰτῇ, ψευδοπροφήτης ἐστί.

4 *εἰ μὴ* addidi respiciens 12, 2 : > cod

μένην. — *προσθεῖναι .. γνῶσιν κ.*] Cf. Prov. 2, 5. 6; Eccles. 1, 18 : *ὁ προστιθεὶς γνῶσιν.* — *ὡς κύριον*] Cf. 4, 1. 11; 11, 4; Matth. 10, 40; Ioann. 13, 20; Ign. Eph. 6, 1; Ps.-Ath. De virg. c. 22.

3. *ἀποστόλων*] Vox ab auctore sensu ampliore adhibetur; non denotat duodecim apostolos a Domino electos, sed universe praedicatores evangelii, qui religionem christianam anuntiantes inprimis ad infideles se conferunt. Similiter eodem nomine in S. Scriptura comites et socii apostolorum vel etiam alii praedicatores evangelii appellantur. Cf. Act. 14, 4. 14; Rom. 16, 7; I Cor. 15, 7; Apoc. 2, 2. In ceteris litteris christianis veteribus vox illo sensu raro adhibita esse videtur. Cf. Eus. H. E. I, 12; III, 37; V, 10; Iren. Adv. haer. II, 21, 1; IV, 12, 5; Tert. Adv. Marc. IV, 24; Orig. In Ioann. t. 32, 10; C. Cels. III, 9. — *προφητῶν*] Praeter apostolos auctor igitur prophetas cognitos habet. Eodem modo apostoli ac prophetae simul commemorantur I Cor. 12, 28. 29; Eph. 2, 20; 3, 5; 4, 11; Apoc. 18, 20. Praeterea prophetarum christianorum S. Scriptura mentionem facit Act. 11, 27. 28; 13, 1; I Cor. 14, 29 - 39. — *κατὰ τὸ δόγμα τ. εὐαγγελίου*] Vox *δόγμα* decretum vel mandatum denotat etiam Luc. 2, 1; Act. 16, 4; 17, 7; Eph. 2, 15. Auctor Matth. 10, 5—12; 7, 15—23; 10, 40—42; Luc. 9, 1—6; 10, 4—21 ante oculos habere videtur. Paulus quoque I Cor. 14, 37 dicit, quae de prophetis et spiritualibus scribat, ea esse mandata vel mandatum (*ἐντολή*, ut legunt Wescott et Hort) Domini.

4. *ὡς κύριον*] Cf. 4, 1; Ign. Eph. 6, 1.

5. *ἡμέραν μίαν*] Infra 12, 2 Doctrina cuique fratri peregrinanti christiano permittit duos vel tres dies in ecclesia manere eiusque hospitio uti. Apostolis unus vel ad summum duo dies conceduntur, cum eis non inter fideles, sed inter infideles opus incumbat. Ut ex sequentibus patet et Lucianus in libro testatur, qui inscribitur Peregrinus Proteus, plures iure hospitii abusi erant. — *ψευδοπροφήτης*] Cum de apostolis sermo sit, vox *ψευδαπόστολος* desideratur, quae legitur II Cor. 11, 13. Vox *ψευδοπροφήτης* autem non solum in S. Scriptura saepius exstat (Matth. 7, 15; 24, 11. 24. Apoc. 16, 13; 19, 20; 20, 10), sed etiam falsum doctorem designat. I Ioann. 4, 1 pseudoprophetae nominantur, falsi doctores autem intellegendi sunt.

6. Cf. Matth. 10, 9. 10; Marc. 6, 8; Luc. 9, 3, ubi Dominus apostolis ad evangelium praedicandum exeuntibus praecipit, ne possideant au-

addat iustitiam et scientiam domini, suscipite eum sicut dominum. 3. Quod autem apostolos attinet et prophetas, secundum decretum evangelii sic facite. 4. Omnis apostolus veniens ad vos suscipiatur sicut dominus; 5. non autem manebit nisi unum diem, si opus est, et alterum; tres autem si maneat, pseudopropheta est. 6. Abiens vero apostolus nihil accipiat nisi panem, donec devertat; si argentum poscit, pseudopropheta est.

rum neque argentum neque pecuniam in zonis suis, apud Matthaeum autem addit, dignum esse operarium cibo suo. — *μηδὲν λαμβανέτω*] Apostolus igitur praeter victum necessarium omnino nihil accipiat. Eusebius H. E. III, 37 praeterea refert, apostolos vel potius evangelistas, quo nomine utitur, antequam ad evangelium praedicandum exierunt, praeceptum Domini (Matth. 19, 21) explevisse et facultates suas inter egentes divisisse. Cf. Iren. Adv. haer. IV, 12, 5. — *ψευδοπροφήτης*] Cf. II Petr. 2, 1.

7—12. Prophetae, de quibus in hac sectione agitur, instar doctorum in ecclesia considere potuerunt (cf. 13, 1), cum apostolis ad fidem praedicandam peregrinandum neque diutius in ecclesia manere licitum esset (cf. v. 5), et in loco aliquo manentes aeque ac doctores a Christianis sustentandi erant (13). Itaque ecclesiis singulis serviebant, eas docentes atque aedificantes. Munus vero, quod proprie eis incumbebat, erat *τὸ λαλεῖν ἐν πνεύματι* (cf. v. 7). Cum charismatibus essent praediti, locum in ecclesiis obtinebant principalem. Supra 10, 7 in eucharistia celebranda eis permittitur, quod nemini alii, scilicet gratias agere formula orationis tradita non utentes, sed quantum velint. Infra 13, 3 *ἀρχιερεῖς* Christianorum appellantur; et 15, 2, ubi lectores admonentur, ne episcopos ac diaconos contemnant, exhortatio eo probatur, quod hi una cum prophetis et doctoribus honorati sint inter Christianos. Vox *προφήτης* in Doctrina quindecies nobis occurrit, cum voces *ἀπόστολος* (inscriptione praetermissa) et *διδάσκαλος* ter, voces *ἐπίσκοπος* et *διάκονος* semel tantum legantur. Attamen praepositi ecclesiarum proprie dicti prophetae non erant. Ex 13, 4 apparet, ecclesias fuisse, quae prophetas non habebant. Praepositi ii potius dicendi sunt, quos ut eligant ecclesiae 15, 1 in universum admonentur, scilicet episcopi et diaconi. Prophetae autem, ut ipsi charismatibus fruiti sunt, ita ecclesiarum charismata fuerunt, et locus, quem obtinebant, principatus magis honoris, ut ita dicam, quam iurisdictionis erat. Similiter de doctoribus iudicandum esse videtur, quamquam eos quoque in ecclesiis nonnullis defuisse auctor non dicit. Loci S. Scripturae, quibus prophetae, sive soli sive una cum apostolis, commemorantur, supra v. 3 allati sunt. Post scriptores sacros et Doctrinam apostolorum prophetarum christianorum raro tantum in litteris christianis mentio fit. Cf. Herm. Mand. XI; Barn. 16, 9; Iust. Dial. c. 82; Iren. Adv. Haer. II, 32, 4; Eus. H. E. V, 17.

7. Καὶ πάντα προφήτην λαλοῦντα ἐν πνεύματι οὐ πειράσετε οὐδὲ διακρινεῖτε· *πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ἀφεθήσεται*, αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία *οὐκ ἀφεθήσεται*. 8. οὐ πᾶς δὲ ὁ λαλῶν ἐν πνεύματι προφήτης ἐστίν, ἀλλ' ἐὰν ἔχῃ τοὺς τρόπους κυρίου. ἀπὸ οὖν τῶν τρόπων γνωσθήσεται ὁ ψευδοπροφήτης καὶ ὁ προφήτης. 9. καὶ πᾶς προφήτης ὁρίζων τράπεζαν ἐν πνεύματι, οὐ φάγεται ἀπ' αὐτῆς, εἰ δὲ μήγε ψευδοπροφήτης ἐστί. 10. πᾶς δὲ προφήτης διδάσκων τὴν ἀλήθειαν, εἰ ἃ διδάσκει οὐ ποιεῖ, ψευδοπροφήτης ἐστί. 11. πᾶς δὲ προφήτης δεδοκιμασμένος, ἀληθινός, ποιῶν εἰς μυστήριον κοσμικὸν ἐκκλησίας, μὴ διδάσκων δὲ ποιεῖν, ὅσα αὐτὸς ποιεῖ, οὐ κριθήσεται ἐφ' ὑμῶν· μετὰ θεοῦ γὰρ ἔχει τὴν κρίσιν· ὡσαύτως γὰρ ἐποίησαν καὶ οἱ ἀρχαῖοι προφῆται. 12. ὃς δ' ἂν εἴπῃ ἐν πνεύ-

6 *ὁρίζων* em : *ὁ ῥίζων* cod

7. *ἐν πνεύματι*] i. e. *ἐν ἐκστάσει*, ut ex sequentibus apparet. Cf. I Cor. 12, 3; 14, 2; Apoc. 1, 10; 4, 2; 17, 3; Herm. Vis. I, 1, 3; II, 1, 1; Sim. IX, 1, 4. Tempore igitur Doctrinae licebat in ecstasi loqui. Saeculo autem secundo ad finem vergente Miltiades teste Eusebio H. E. V, 17 peculiari opere adversus Montanistas confecto docuit, *μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν*. — *οὐ πειράσετε κτλ.*] Auctor hoc loco de propheta probato agit, cum versibus sequentibus de falso propheta et de modo dicat, quo cognoscendus sit. Itaque hic prophetam tentari vetat, cum Paulus I Cor. 12, 10; 14, 29 prophetas diiudicari velit et Ioannes I, 4, 1 admoneat, ne quis omni spiritui credat, sed spiritus probet, an ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. — *πᾶσα ἁμαρτία κτλ.*] Matth. 12, 31 peccatum, quod non remittitur, spiritus blasphemia (*ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία*) appellatur.

8. *ἀλλ' ἐὰν κτλ.*] Cf. Matth. 7, 21—23. — *ἀπὸ οὖν τῶν τρόπων κτλ.*] Cf. Matth. 7, 16. 20; Herm. Mand. XI, 7. 16.

9. Sensus est: si propheta in spiritu loquens iusserit mensam parari, pauperes satiabuntur, ipse autem nihil sumet, ne videatur sua curare; sin autem, pseudopropheta habebitur.

10. *διδάσκει .. ποιεῖ*] Verus propheta id, quod docet, etiam facit. Similiter Matth. 23, 3 Dominus vult, ut homines faciant, quod docentur, et Pharisaeos vituperat, quod dicunt quidem, neque vero faciunt. Cf. Matth. 5, 19; Ign. Eph. 15, 1. 2.

11. Hic versus difficillimus est ad interpretandum. Quaeritur ante omnia, an textus genuinus sit. Nonnulli locum emendare studuerunt. Zahn praepositionem *εἰς* ante *ἐκκλησίας* posuit, ita ut sensus sit: faciens mysterium saeculare vel terrenum in ecclesiis. Hilgenfeld (*Zeitschrift für wiss. Theol.* 1885 p. 93; in editione Doctrinae pro *ποιῶν* insuper *μυῶν* posuit) pro *κοσμικὸν* legens *κοσμικῶν* interpretatur: omnis propheta verax probatus, qui per mysterium facit ecclesias cosmicorum vel gentilium

7. Et omnem prophetam loquentem in spiritu ne tentate neque discernite; *omne* enim *peccatum remittetur*, hoc autem peccatum *non remittetur*. 8. Non omnis, qui loquitur in spiritu, propheta est, sed si habet mores domini; ex moribus igitur cognoscetur pseudopropheta et propheta. 9. Et nullus propheta decernens mensam in spiritu edet ab ea, nisi pseudopropheta est. 10. Omnis autem propheta docens veritatem, si quae docet non facit, pseudopropheta est. 11. Omnis vero propheta probatus verus, qui agit in mysterium mundanum ecclesiae, nec vero docet omnia agenda esse, quae ipse agit, non iudicabitur apud vos; cum deo enim habet iudicium; eodem enim modo egerant et veteres prophetae. 12. Qui autem dixerit in spiritu:

2 Matth. 12, 31.

neque vero eos disciplinam paracleti severam docet. Plerique textum codicis non mutaverunt, verba *ποιῶν* — *ἐκκλησίας* autem alii aliter explicuerunt. Bryennius, locum obscurum esse affirmans, hanc interpretationem velut probabiliorem exhibet: omnis propheta verax, congregans populum, ut ei ostendat opus symbolicum, quod ipse operatur ad consolationem et exhortationem fidelium, nec vero populum facere docet, quidquid ipse facit, non iudicabitur; eamque illustrat eis, quae Iesaias 20, 2—4 fecit vel a Deo facere iussus est. Harnack respiciens Eph. 5, 32, ubi Paulus de matrimonio dicit: *τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν*, atque reputans, ecclesiam a veteribus non solum sponsam, sed etiam carnem et sanctam carnem Christi appellari et inde colligi, membro ecclesiae velut membro carnis Christi matrimonium devitandum esse (?), quoniam cum Christo coniunctum sit (cf. II Clem. 14, 1—4; Ign. Polyc. 5, 2; Tert. De monog. c. 11), interpretatur: agens respectu mysterii terreni ecclesiae, scilicet matrimonio abstinens. Krawutzcky, *Theologische Quartalschrift* 1884 p. 581, locum de matrimonio, semel inito vel iterato, interpretatur, cum matrimonium una ex parte mundanum vel terrenum, altera ex parte mysterium ecclesiae sit. Hicks (cf. Schaff p. 203) explicat: congregans ecclesias, ut revelet, quae in mundo futura sunt, instar Agapi prophetae per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum significantis (Act. 11, 28), vel ut poenas denuntiet inimicis ecclesiae, quae prophetiae magistratus facile contra Christianos provocare poterant. Harris (p. 71—74) respiciens Iust. Dial. c. 94 et 134 atque Iren. Adv. haer. IV, 20, 12 locum interpretatur de actionibus prophetarum, quae ad statum huius mundi quidem spectant, respectu ecclesiae autem vel symbolice intellegenda sunt. Revera ita fere verba obscura explicanda sunt. — *ἀρχαῖοι προφῆται*] Hilgenfeld et Harnack censent, auctorem

ματι· δός μοι ἀργύρια ἢ ἕτερά τινα, οὐκ ἀκούσεσθε αὐτοῦ· ἐὰν δὲ περὶ ἄλλων ὑστερούντων εἴπῃ δοῦναι, μηδεὶς αὐτὸν κρινέτω.

XII. Πᾶς δὲ ὁ *ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου* δεχθήτω· ἔπειτα δὲ δοκιμάσαντες αὐτὸν γνώσεσθε, σύνεσιν γὰρ ἕξετε δεξιὰν καὶ ἀριστεράν. 2. εἰ μὲν παρόδιός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, βοηθεῖτε αὐτῷ, ὅσον δύνασθε· οὐ μενεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰ μὴ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἐὰν ᾖ ἀνάγκη. 3. εἰ δὲ θέλει πρὸς ὑμᾶς καθῆσθαι, τεχνίτης ὤν, ἐργαζέσθω καὶ φαγέτω. 4. εἰ δὲ οὐκ ἔχει τέχνην, κατὰ τὴν σύνεσιν ὑμῶν προνοήσατε, πῶς μὴ ἀργὸς μεθ᾽ ὑμῶν ζήσεται Χριστιανός. 5. εἰ δ᾽ οὐ θέλει οὕτω ποιεῖν, χριστέμπορός ἐστι· προσέχετε ἀπὸ τῶν τοιούτων.

XIII. Πᾶς δὲ προφήτης ἀληθινός, θέλων καθῆσθαι πρὸς ὑμᾶς, *ἄξιός* ἐστι *τῆς τροφῆς αὐτοῦ*. 2. ὡσαύτως διδάσκαλος ἀληθινός

7 *καθῆσθαι* cod, item l. 12: *καθῆσαι* Br, *καθίσαι* edd plures

hic generationem prophetarnm christianorum in mente habuisse, scilicet Agabum, Iudam, Silam, Philippi filias, Ammiam Philadelphensem, Quadratum, quos scriptor ignotus circa annum 192 apud Eusebium H. E. V, 17 recenset, et si Doctrina circa vel post saeculum II medium exorta est, de his cogitari potest. Sin autem scriptura ad finem saeculi I referenda est, verba potius de prophetis Veteris Testamenti interpretanda sunt.

12. *δός μοι κτλ.*] Dominus enim Matth. 10, 8 dixit: Gratis accepistis, gratis date. Cf. Act. 8, 18—20; Mich. 3, 11.

XII. Postquam auctor exposuit, quomodo apostoli et prophetae in ecclesiam vel ad fratres advenientes suscipiendi sint, docet, qua ratione reliqui advenae christiani accipiantur.

1. *δεχθήτω*] i. e. hospitaliter suscipiatur, et quidem, ut ex sequentibus patet, confestim et priusquam probatur. — *ἔπειτα κτλ.*] Sensus non est dubius. Quaeritur autem, num verba *δεξιὰν καὶ ἀριστεράν* construenda sint cum *γνώσεσθε*, ita ut verba *σύνεσιν γὰρ ἕξετε* in parenthesi ponenda sint, an cum *σύνεσιν*, ita ut locus vertendus sit: intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. Illa constructio quidem minus dura est. Attamen haec praeferenda esse videtur. Constitutiones apost. VII, 28 post *ἔχετε* inserunt: *καὶ δύνασθε γνῶναι* sc. *δεξιὰν κτλ.* — *δεξιὰν κτλ.*] Cf. Ion. 4, 11; II Cor. 6, 7.

2. Teste Iustino Apol. I, 67 dona in ecclesia collecta etiam ad subveniendum advenientibus peregre hospitibus (*παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις*) adhibebantur. Cf. I Clem. 1, 2; Ign. Rom. 9, 3.

3. *ἐργαζέσθω κτλ.*] Cf. II Thess. 3, 10.

4. *μὴ ἀργός*] Animadverte, quantopere Doctrina otium condemnet atque officium laboris inculcet. — *Χριστιανός*] Haec vox hoc tantum Doctrinae loco exstat.

5. *χριστέμπορος*] Vox etiam ab Hippolyto In Ruth (Opp. edd. Bonwetsch et Achelis I, II 1897 p. 120), a Ps.-Ignatio Trall. 6, 2 et Magn.

Da mihi argentum et alia quaedam, ne eum audiatis; si vero dixerit, ut pro aliis indigentibus detur, nemo eum iudicet.

XII. Omnis, qui *venit in nomine domini*, suscipiatur; postea autem probantes eum cognoscetis, intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. 2. Si quidem veniens transiens est, adiuvate eum, quantum potestis; non manebit autem apud vos nisi duos vel tres dies, si necessarium est. 3. Si vero apud vos considere vult et artifex est, laborato et edito. 4. Si non exercet artem, pro prudentia vestra curate, ne piger vobiscum vivat Christianus. 5. Si non vult ita facere, a Christo lucrum quaerit; attendite a talibus.

XIII. Omnis verus propheta, volens considere apud vos, *dignus est cibo suo*. 2. Similiter doctor verus et ipse *dignus*

3 Matth. 21, 9; Ps. 117, 26, cf. Ioann. 5, 43. — 13 Matth. 10, 10 cf. Luc. 10, 7; I Cor. 9, 13. 14; I Tim. 5, 17. 18.

9, 5, ab Athanasio, Basilio et Ioanne Chrysostomo adhibetur. De lucro e pietate quaerendo etiam I Tim. 6, 5 et II Clem. 20, 4 et Clem. I Virg. 13, 5 sermo fit. — προσέχετε ἀπό] Cf. 6, 3; Matth. 7, 15; 10, 17; 16, 6. 11. — τῶν τοιούτων] Cf. Barn. 10, 4.

XIII. Supra 11, 7—12 de propheta diiudicando auctor egit. Nunc prophetam verum ecclesiae sustentandum esse exponit.

2. διδάσκαλος] Similiter duobus aliis locis, quibus vox legitur, scilicet 15, 1. 2, doctores una cum prophetis commemorantur. Unde simile eos munus ac similem locum in ecclesiis habuisse apparet. Utrisque Christiani erudiendi et aedificandi erant. Cum autem prophetae in spiritu dicerent (11, 7), doctores simplici ac communi sermone utebantur. Ambo 15, 2 honorati Christianorum appellantur. Doctores autem cum semper post prophetas nominentur, ordinem paullo inferiorem his obtinuisse censendi sunt. Instar prophetarum denique doctores non in omnibus ecclesiis fuisse videntur. Ubi autem fuerunt, episcopis et diaconis, ut ex 15, 1—2 liquet, honore saltem praestabant. In S. Scriptura doctores commemorantur una cum apostolis ac prophetis I Cor. 12, 28. 29 et Eph. 4, 11 (ubi inter prophetas et doctores evangelistae ac pastores positi sunt); cum prophetis tantum Act. 13, 1. Paulus I Tim. 2, 7 et II Tim. 1, 11 doctorem gentium se nominat. Hebr. 13, 7 (cf. 17) idem lectores adhortatur, *μνημονεύειν τῶν ἡγουμένων, οἵτινες ἐλάλησαν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*. Gal. 6, 6 *κατηχῶν τὸν λόγον* commemoratur. Iacobus 3, 1 monet: *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, εἰδότες, ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα*. Post sacros quoque scriptores doctorum saepe mentio fit. Doctorum celeberrimi fuerunt Clemens et Origenes Alexandrini, qui et catechumenis instituendis praefecti erant. Post hos doctores tanquam ordo in ecclesia specialis paullatim evanuerunt,

ἐστιν *ἄξιος καὶ* αὐτὸς ὥσπερ *ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ*· 3. πᾶσαν οὖν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ καὶ ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων λαβὼν δώσεις τὴν ἀπαρχὴν τοῖς προφήταις· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἀρχιερεῖς ὑμῶν. 4. ἐὰν δὲ μὴ ἔχητε προφήτην, δότε τοῖς πτωχοῖς. 5. ἐὰν σιτίαν ποιῇς, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς κατὰ τὴν ἐντολήν. 6. ὡσαύτως κεράμιον οἴνου ἢ ἐλαίου ἀνοίξας, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς τοῖς προφήταις· 7. ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος λαβὼν τὴν ἀπαρχὴν ὡς ἄν σοι δόξῃ, δὸς κατὰ τὴν ἐντολήν.

XIV. Κατὰ κυριακὴν δὲ κυρίου συναχθέντες κλάσατε ἄρτον καὶ εὐχαριστήσατε, προεξομολογησάμενοι τὰ παραπτώματα ὑμῶν, ὅπως καθαρὰ ἡ θυσία ὑμῶν ᾖ. 2. πᾶς δὲ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν, ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν. 3. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ῥηθεῖσα ὑπὸ κυρίου· *Ἐν παντὶ τόπῳ καὶ* χρόνῳ *προσφέρειν μοι θυσίαν καθαράν· ὅτι βασιλεὺς μέγας εἰμί, λέγει κύριος, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.*

XV. Χειροτονήσατε οὖν ἑαυτοῖς ἐπισκόπους καὶ διακόνους

11 *προεξομολογησάμενοι* em : *προσεξομ.* cod | 12 *ὑμῶν* em : *ἡ ιῶν* cod | 13 *τὴν* cod : *τινὰ* fortasse

et munus docendi magis magisve per praepositos ecclesiae ipsos exercebatur. Cf. Vincent. Ler. Commonit. c. 40.

3. De lege V. T., qua Iudaei primitias sacerdotibus dare iubentur, cf. Exod. 22, 29; 23, 19; 34, 26; Num. 18, 12; Deut. 18, 3. 4; 26, 2; Ezech. 44, 30; Nehem. 10, 35—37. Hanc legem Doctrina Christianis quoque imponit, tacet autem de decimis, quae Iudaeis praeter primitias solvendae erant. Similiter Irenaeus Adv. haer. IV, 17, 5—18, 4 Christianis primitias offerendas esse Deo ex ipsius creaturis docet. — *αὐτοὶ γὰρ κτλ.*] His verbis auctor V. T. respicit. Christiani iubentur primitias dare prophetis, quia hi apud eos locum sacerdotum obtinent, sc. eundem locum, quem apud Iudaeos primitias solventes sacerdotes obtinebant. Similiter Didascalia et Constitutiones apostolorum II, 25 (Analecta Antenicaena ed. Bunsen 1854 II, 257 sq. 260).

4. Prophetae ergo non in omnibus ecclesiis erant.

5. *σιτίαν*] Cf. Num. 15, 20. 21. — *κατὰ τὴν ἐντολὴν*] Vox primo de mandato Mosis intellegenda est. Deinde etiam ad praeceptum Domini Matth. 10, 10 referri potest.

6. Cf. Nehem. 10, 37.

7. *ὡς ἄν σοι δόξῃ*] Haec verba fortasse adduntur, quia in hoc versu primitiae postulantur rerum, quarum in S. Scriptura non fit mentio.

XIV—XV. Postquam auctor in capitibus XI—XIII de apostolis vel praedicatoribus evangelii, de pro-

est sicut ***operarius cibo suo***. 3. Omnes ergo primitias provenientes e torculari, area et bobus atque ovibus sumes, ac dabis primitias prophetis; ipsi enim sunt summi sacerdotes vestri. 4. Sin autem non habetis prophetam, date pauperibus. 5. Si panem facis, sume primitias et da secundum praeceptum. 6. Similiter si urceum vini vel olei aperis, sume primitias et da prophetis. 7. Argenti et vestimenti omnisque possessionis sume primitias, sicut tibi placet, et da secundum praeceptum.

XIV. Die dominica autem convenientes frangite panem et gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit mundum sacrificium vestrum. Omnis vero, cui est controversia cum amico suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sunt, ne inquinetur sacrificium vestrum. 3. Hoc enim est dictum a domino: ***In omni loco*** et tempore ***offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, dicit dominus, et nomen meum mirabile in gentibus***.

XV. Constituite igitur vobis episcopos et diaconos dignos

12/14 cf. Matth. 5, 23. 24; 15, 11—20. — 15 Malach. 1, 11. 14.

phetis fratribusque aliis peregre in ecclesiam aliquam advenientibus egit atque exposuit, quomodo Christiani cum illis se habeant, nunc ecclesiam ipsam respicit, primo de liturgia vel sacra congregatione, deinde de eligendis episcopis et diaconis, de fraterna correptione aliisque officiis pauca dicens.

XIV, 1. *κατὰ κυριακὴν κυρίου*] Cf. I Cor. 16, 2; Act. 20, 7; Apoc. 1, 10; Barn. 15, 9; Ign. Magn. 9, 1. — *κλάσατε ἄρτον*] Cf. Act. 2, 46; 20, 7. 11; I Cor. 10, 16. — *προεξομολογησάμενοι*] Christiani ergo in sacra congregatione peccata confiteri debebant. — *καθαρὰ ἡ θυσία*] Cf. Malach. 1, 11; Rom. 12, 1; I Petr. 2, 5; Phil. 2, 17; Hebr. 13, 15.

2. *πᾶς κτλ.*] Auctor verba Domini Matth. 5, 23. 24 de munere offerendo ac fratre reconciliando liberius reddit. — *μὴ κοινωθῇ κτλ.*] Cf. Matth. 15, 11—20; Marc. 7, 15—23; Hebr. 9, 13. Hunc versum allegat Ps.-Cyprianus De aleat. c. 4.

3. *ὑπὸ κυρίου*] Animadverte, quod Domino, i. e. secundum locutionem Doctrinae (cf. inscr. 6, 2; 8, 2; 9, 5; 10, 5; 12, 1 etc.) Iesu Christo dictum Veteris Testamenti attribuitur. Auctor igitur Ebionita aegre est habendus.

XV. Episcopi et diaconi eligendi sunt ecclesiarum singularum praepositi ac ministri. Quibus, ut vox *οὖν* capite ineunte indicat, praesertim cura liturgiae administrandae incumbit. Cum enim particula illa hoc caput arctissime cum praecedente coniunctum sit, sequitur, ministris, de quorum electione hic sermo est, praecipue munus capite illo commemoratum administrandum esse, sci-

ἀξίους τοῦ κυρίου, ἄνδρας πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους καὶ ἀληθεῖς καὶ δεδοκιμασμένους· ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν λειτουργίαν τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. 2. μὴ οὖν ὑπερίδητε αὐτούς· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τετιμημένοι ὑμῶν μετὰ τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων.

3. Ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ παντὶ ἀστοχοῦντι κατὰ τοῦ ἑτέρου μηδεὶς λαλείτω μηδὲ παρ' ὑμῶν ἀκουέτω, ἕως οὗ μετανοήσῃ. 4. τὰς δὲ εὐχὰς ὑμῶν καὶ τὰς ἐλεημοσύνας καὶ πάσας τὰς πράξεις οὕτω ποιήσατε, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

XVI. *Γρηγορεῖτε* ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν· *οἱ λύχνοι ὑμῶν* μὴ σβεσθήτωσαν, *καὶ αἱ ὀσφύες ὑμῶν* μὴ ἐκλυέσθωσαν, ἀλλὰ *γίνεσθε ἕτοιμοι· οὐ γὰρ οἴδατε τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ κύριος ἡμῶν ἔρχεται.* 2. πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε ζητοῦντες τὰ ἀνήκοντα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν,

6 *ἑτέρου* cod : *ἑταίρου* con Harris | 7 *ἀκουέτω* cod : *ἀκουέσθω* fortasse | 10 *ὑμῶν* pr em : *ἡμῶν* cod

licet liturgiam eucharisticam. Doctrina igitur episcopis et diaconis idem munus attribuit, quod Clemens Romanus, qui I Cor. c. 42—44 eorum munus cum munere sacerdotum Veteris Testamenti comparat atque 44, 4 eos dona offerre (*προσενεγκόντας τὰ δῶρα*) distincte dicit.

1. *χειροτονήσατε*] Cf. Act. 14, 23; II Cor. 8, 19; Ign. Philad. 10, 1; Smyrn. 11, 2; Polyc. 7, 2. Vox hic designat electionem. Tempore posteriore denotat etiam consecrationem electi vel ordinis initiationem. Cf. Constit. apost. VI, 17; VIII, 27. 28. 46. — *ἑαυτοῖς*] i. e. singulis ecclesiis vel parochiis. — *ἐπίσκοποι καὶ διάκονοι*] eodem modo quo hic simul commemorantur Phil. 1, 1 et I Clem. 42, 4. 5. I Tim. 3, 2—13 Paulus virtutes exponit, quibus episcopos ac diaconos praeditos esse oportet. Act. 20, 17—28 et Tit. 1, 5—7 voces *πρεσβύτεροι* et *ἐπίσκοποι* promiscue adhibentur. — *πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους*] Paulus scribit I Tim. 3, 3: *δεῖ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον,* 3, 8: *διακόνους μὴ αἰσχροκερδεῖς.* Cf. Tit. 1, 7; Polycarp. 5, 2. — *δεδοκιμασμένους*] Cf. I Tim. 3, 10; I Clem. 42, 4; 44, 2. Non ergo eligendi sunt, qui virtutem sectari modo incipiebant vel neophyti (I Tim. 3, 6), sed viri spectati. — *ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι κτλ.*] Auctor rationem profert, ob quam viri spectati ministri ecclesiarum eligendi sunt, atque episcopos et diaconos cum prophetis et doctoribus comparans aliud munus illis incumbens commemorat, munus docendi atque aedificandi ecclesiam, quod per hos praecipue exercebatur.

2. *μὴ οὖν ὑπηρίδητε κτλ.*] Respiciens c. 13 et Canon. apostolorum eccles. 12, 3 tibi persuaseris supplendum esse: in victu praebendo. Particula autem versus altera illi interpretationi minus favere videtur.

domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum. 2. Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim sunt honorati inter vos una cum prophetis et doctoribus.

3. Arguite autem vos invicem, non in ira, sed in aequanimitate, sicut habetis in evangelio; et si quis adversus alium deliquerit, nemo loquatur cum eo, neque apud vos audiat, donec paenitentiam egerit. 4. Orationes vestras et eleemosynas omnesque actiones ita facite, sicut habetis in evangelio domini nostri.

XVI. ***Vigilate*** pro vita vestra; ***lucernae vestrae*** ne deleantur, ***neque lumbi vestri*** solvantur, sed ***parati estote; ignoratis*** enim ***horam, in qua dominus noster veniet.*** 2. Crebro autem convenietis, quaerentes, quae spectant ad animas vestras; nihil enim proderit vobis omne tempus fidei vestrae, nisi in tempore

6 Matth. 5, 22—26; 18, 15—35. — 9 Matth. 6—7. — 10 Matth. 24, 42; Luc. 12, 35. — 11 Matth. 24, 44. — 12 Matth. 25, 13.

Christiani monentur, ne episcopos et diaconos contemnant, quia tum temporis in pluribus saltem ecclesiis viri erant, qui pluris aestimabantur, quippe qui essent charismatibus praediti ac doctrina et eloquentia conspicui, prophetae ac doctores. — *οἱ τετιμημένοι ὑμῶν*] Verba non satis perspicua sunt, cum auctor non distincte dixerit, a quo episcopi honorentur. Suppleri potest: a vobis (Christianis) vel: a Deo. Sensus est ergo: viri honorandi a vobis vel inter vos, aut: viri a Deo honorati inter vos. Illa interpretatio praeferenda esse videtur. Verbum *τετιμημένοι* hic locum vocis substantivae tenet. Cf. Prov. 3, 9.

3. *ἐλέγχετε κτλ.*] Cf. Sirach 10, 6; II Tim. 4, 2; Polyc. 6, 1. — *ἀστοχοῦντι*] Cf. I Tim. 1, 6; 6, 21; II Tim. 2, 18. Ut sensum loci recte intellegas neque auctorem severitatis nimiae accuses, verba praecedentia tibi non sunt neglegenda. Auctor ergo non vult, ut frater in fratrem delinquens confestim vitetur, sed potius primo arguatur. Itaque mandato Domini Matth. 18, 15—17 non contradicit, sed potius hunc locum respicere videtur.

4. *π. τ. πράξεις*] Cf. Col. 3, 17.

XVI. Auctor scripturam concludit, lectores adhortans, ut parati sint, quia finis prope ac Dominus brevi venturus sit. Summa capitis ex Evangelio secundum Matthaeum 24 hausta est.

1. *ὀσφύες*] Cf. Eph. 6, 14; I Petr. 1, 13. — *ἐκλυέσθωσαν*] Cf. Matth. 15, 32; Marc. 8, 3; Gal. 6, 9; Hebr. 12, 3. 5; Prov. 3, 11.

2. *πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε*] Verba etiam explicari possunt: crebri congregamini, similiter atque Ign. Eph. 13, 1; 20, 2. Hoc loco autem potius vertendum est: crebro convenite. Cf. Ign. Polyc. 4, 2; II Clem. 17, 3. — *ζητοῦντες κτλ.*] Similia leguntur Barn. 4, 1. 10; 17, 1. — *οὐ γὰρ ὠφελήσει*

ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἐσχάτῳ καιρῷ τελειωθῆτε. 3. ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ φθορεῖς, καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους, καὶ ἡ ἀγάπη στραφήσεται εἰς μῖσος· 4. αὐξανούσης γὰρ τῆς ἀνομίας μισήσουσιν ἀλλήλους καὶ διώξουσι καὶ παραδώσουσι, καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλανὴς ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ ποιήσει *σημεῖα καὶ τέρατα*, καὶ ἡ γῆ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ποιήσει ἀθέμιτα, ἃ οὐδέποτε γέγονεν ἐξ αἰῶνος. 5. τότε ἥξει ἡ κτίσις τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν πύρωσιν τῆς δοκιμασίας, *καὶ σκανδαλισθήσονται πολλοὶ* καὶ ἀπολοῦνται, *οἱ δὲ ὑπομείναντες* ἐν τῇ πίστει αὐτῶν *σωθήσονται* ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καταθέματος. 6. *καὶ τότε φανήσεται τὰ σημεῖα* τῆς ἀληθείας· πρῶτον σημεῖον ἐκπετάσεως ἐν οὐρανῷ, εἶτα σημεῖον *φωνῆς σάλπιγγος*, καὶ τὸ τρίτον ἀνάστασις νεκρῶν· 7. οὐ πάντων δέ, ἀλλ' ὡς ἐρρέθη· *Ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ.* 8. *τότε ὄψεται* ὁ κόσμος τὸν κύριον *ἐρχόμενον ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.*

8 *κτίσις* cod : con *κρίσις* Hilgenfeld, *πίστις* Harris | 10 *ὑπ'* cod : *ἀπ'* edd nonnulli

κτλ.] Barnabas 4, 9 eadem fere verba exhibet.

3. *ἐσχάταις ἡμέραις*] Cf. II Petr. 3, 2 sq. Iud. 17 sq. — *πληθυνθήσονται οἱ ψ.*] Cf. Matth. 24, 11. 12. 24. — *στραφήσονται κτλ.*] Sententiam exhibet Matthaeus 24, 10 his verbis: *καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσιν καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.* Vix dubium est, auctorem hunc locum mutasse ante oculos habentem Matth. 7, 15, ubi Dominus pseudoprophetas vestimentis ovium indutos, intrinsecus autem lupos rapaces esse dicit.

4. *αὐξανούσης κτλ.*] Cf. Matth. 24, 12. — *κοσμοπλανής*] Cf. Apoc. 12, 9: *ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην.* II Ioann. 7: *ὁ πλάνος καὶ ἀντίχριστος.* — *ὡς υἱὸς θεοῦ*] Cf. II Thess. 2, 4. Hoc modo de Antichristo loquens auctor se Christum filium Dei putasse prodit. — *γῆ παραδοθήσεται*] Cf. Apoc. 13, 7. — *ἀθέμιτα*] II Thess. 2, 4 legimus, Antichristum extolli supra Deum et in templo Dei sedere. — *ἃ οὐδέποτε κτλ.*] Cf. Matth. 24, 21.

5. *πύρωσιν τ. δ.*] Cf. Zach. 13, 8. 9; I Petr. 4, 12: *μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ.* Iustinus Apol. II, 7: *τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως* et *τὴν ἐκπύρωσιν* commemorat. Cf. Hipp. De Chr. et Antichr. c. 5; Bas. De spir. s. c. 15 n. 36. — *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καταθέματος*] Si lectio codicis servatur et praepositio *ὑπὸ* vertitur: a vel per, non sub, vox *κατάθεμα*, quae idem significat ac *κατανάθεμα* vel *ἀνάθεμα* (cf. Zach. 14, 11; Apoc. 22, 3) ad Christum referenda est, et salvator illo nomine appellari potuit, quia eum anathematizabunt, qui in eo scandalizati fuerint, et teste Paulo

novissimo perfecti fueritis. 3. Namque in diebus novissimis multiplicabuntur falsi prophetae et corruptores, et convertentur oves in lupos, et caritas convertetur in odium. 4. Cum enim aucta fuerit iniquitas, odio se invicem habebunt et persequentur et prodent; ac tum apparebit orbis deceptor tanquam filius dei et faciet ***signa et prodigia***, et terra tradetur in manus eius, et faciet iniqua, quae nunquam facta sunt a saeculis. 5. Tum veniet creatura hominum in ignem probationis, ***et scandalizabuntur multi*** atque peribunt; ***qui vero perseveraverint*** in fide sua, ***salvabuntur*** ab ipso maledicto. 6. ***Tuncque apparebunt signa*** veritatis: primum signum caeli aperti, deinde ***signum tubae***, et tertium resurrectio mortuorum, 7. neque vero omnium, sed sicut dictum est: ***Veniet dominus et omnes sancti cum eo.*** 8. ***Tunc videbit*** mundus dominum ***venientem supra nubes caeli.***

6 Matth. 24, 24, cf. II Thess. 2, 9; Apoc. 13, 2. 13. — 9 Matth. 24, 10. — 10 Matth. 10, 22; 24, 13. — 11 Matth. 24, 30. — 12 Matth. 24, 31, cf. I Cor. 15, 52; I Thess. 4, 16. — 14 Zach. 14, 5. — 15 Matth. 24, 30; 26, 64.

Gal. 3, 13 Christus non solum nos de maledicto legis redemit, sed etiam pro nobis quasi maledictum factus est, eodemque I Cor. 12, 3 referente nonnulli Iesu anathema dicebant. De sermone a peccatoribus Christo redeunte procedente cf. Apoc. 1, 7; Barn. 7, 9; II Clem. 17, 5. Qui pro ὑπ' ponunt ἀπ', κατάθεμα de Antechristo vel de maledicto ab eo proficiscente interpretantur. Cf. Harris p. 62—69.

6. *σημεῖα τ. ἀληθείας*] i. e. signa Christi ipsius, qui Ioann. 14, 6 se veritatem nominat, vel potius signa, quae probant ea vera esse, quae Christus de adventu suo secundo dixit. Tria signa Matth. 24, 30. 31 discerni possunt. Evangelista autem *τὸ σημεῖον* dicit. Tria signa etiam Orac. Sibyll. II, 188, sq. commemorantur, sed aliter definiuntur ac in Doctrina. — *ἐκπετάσεως*] Vox haud dubie a verbo *ἐκπετάννυμι* derivanda est ac denotat: explicatio, expansio, ita ut sensus sit: quando caelum Christo adveniente aperietur. Taylor et Harris (p. 74—77) supplentes *τῶν χειρῶν* locum de signo crucis expanso vel apparente in caelo interpretantur. Alii, inter quos est Bryennius, vocem a verbo *ἐκπέτομαι* vel *ἐκπέταμαι* (= avolo) derivantes et respicientes I Thess. 4, 17 locum de sanctis superstitibus interpretati sunt, qui Domino adveniente una cum eis qui resurrexerunt rapientur in nubibus obviam Christo in aëra. Alii pro *ἐκπετάσεως* legi volunt *ἐπιφάσεως* (= *ἐπιφανείας*) vel (respicientes Matth. 24, 29: *οἱ ἀστέρες π ε σ ο ῦ ν τ α ι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, Marc. 13, 25) *ἐκπτώσεως*. — *ἀνάστασις νεκρῶν*] Cf. Matth. 24, 31; I Cor. 15, 52; I Thess. 4, 16.

ΒΑΡΝΑΒΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

I. Χαίρετε, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, ἐν εἰρήνῃ.

2. Μεγάλων μὲν ὄντων καὶ πλουσίων τῶν τοῦ θεοῦ δικαιωμάτων εἰς ὑμᾶς, ὑπέρ τι καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὑπερευφραίνομαι ἐπὶ τοῖς μακαρίοις καὶ ἐνδόξοις ὑμῶν πνεύμασιν· οὕτως ἔμφυτον τῆς δωρεᾶς πνευματικῆς χάριν εἰλήφατε. 3. διὸ καὶ μᾶλλον συγχαίρω ἐμαυτῷ ἐλπίζων σωθῆναι, ὅτι ἀληθῶς βλέπω ἐν ὑμῖν ἐκκεχυμένον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τῆς πηγῆς κυρίου πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς. οὕτω με ἐξέπληξεν ἐπὶ ὑμῶν ἡ ἐμοὶ ἐπιποθήτη ὄψις ὑμῶν. 4. πεπεισμένος οὖν τοῦτο καὶ συνειδὼς ἐμαυτῷ, ὅτι ἐν ὑμῖν λαλήσας πολλὰ ἐπίσταμαι, ὅτι ἐμοὶ συνώδευσεν ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης κύριος, καὶ πάντως ἀναγκάζομαι κἀγὼ εἰς τοῦτο, ἀγαπᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου, ὅτι μεγάλη πίστις καὶ ἀγάπη ἐγκατοικεῖ ἐν ὑμῖν *ἐπ' ἐλπίδι* ζωῆς αὐτοῦ. 5. λογισάμενος οὖν τοῦτο, ὅτι ἐὰν μελήσῃ μοι περὶ ὑμῶν τοῦ μέρος τι μεταδοῦναι ἀφ' οὗ ἔλαβον, ὅτι ἔσται

H = codex Hierosolymitanus, S = Sinaiticus, S* prima correctoris manus, S** manus correctoris altera, V = Vaticanus, L = versio latina vetus.

5 *ὑμᾶς* SL : *ἡμᾶς* H | *ὑπερβολὴν* S : *ὑπεροχὴν* H | 6 *ὑμῶν* : *ἡμῶν* H | *οὕτως* L : *ουτο* S, *οὗ τὸ* H | *τῆς*> H | 9 *πηγῆς* HL : *ἀγάπης* S | 10 *ἐμοὶ* H : > S | 10 *ἐπιποθήτη* S cf. I Clem. 65, 1 : *ἐπιπόθητος* H | 13 *ἀναγκάζομαι κ. εἰς τοῦτο* S : *εἰς τ. κ. ἀναγκ.* H | 14 *ἐπ'* H : > S

I, 1. Fere eandem salutationem exhibent Canones apostolorum ecclesiastici. Cf. Doctrina duodecim apostolorum ed. Funk 1887 p. 50. — *υἱοὶ κ. θυγ.*] sc. auctoris. Cf. I Cor. 4, 14. 15. 17; Gal. 4, 19. Harnack respiciens 1, 8; 4, 6; II Cor. 6, 18 supplet *τοῦ θεοῦ*.

2. *μέν*] Non sequitur *δέ*. Sed cf. v. 5. — *δικαιωμάτων*] Haec vox, quae in S. Scriptura saepissime, e. g. in Ps. 118 octies et vicies, in epistula nostra octies legitur, modo significat mandatum vel praeceptum (cf. Ps. 104, 45; 118, 5. 8. 112. Barn. 10, 2. 11; 16, 9; 21, 1. 5), modo, ut hic et

EPISTULA BARNABAE.

1. Avete, filii et filiae, in nomine domini, qui dilexit nos, in pace.

2. Quoniam magnae et divites sunt iustitiae, quas deus fecit vobis, plus quam de ulla re ac supra modum gaudeo de spiritibus vestris beatis et praeclaris. Sic enim gratiam doni spiritualis insitam accepistis. 3. Propter quod magis mihimet ipsi gratulor, sperans me salvari, cum revera videam in vobis effusum ex abundantia fontis domini spiritum super vos. Ita me obstupefecit propter vos aspectus vester mihi desideratissimus. 4. Persuasum igitur mihi habens mihique conscius, inter vos loquentem me multa scire, quoniam dominus in via iustitiae me comitatus est, atque omnino ad hoc etiam ego cogor, ut vos diligam plus quam animam meam; magna enim fides et caritas inhabitat in vobis *per spem vitae* illius. 5. Considerans ergo hoc, quod, si propter vos mea intersit, eorum quae accepi

8/9 cf. Tit. 3, 5 sq. — 14 Tit. 1, 2; 3, 7.

2, 1; 4, 11, sensum ampliorem habet denotatque decretum spectans ad salutem hominum. Vulgata vertit plerumque *iustificatio* vel *iustitia*. — *πνεύμασιν*] sc. lectorum; cf. v. 5. — *ἔμφυτον*] Cf. 9, 9; Sap. 12, 10; Iac. 1, 21. Latinus vertit *naturalem*.

3. *συγχαίρω*] Cf. Philipp. 2, 17. 18. — *τ. πλουσίου*] = *τ. πλούτου*. Barnabas respicit Tit. 3, 5—6: *πνεύματος ἁγίου οὗ ἐξέχειεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ 'Ιησοῦ κτλ.*

4. *καὶ πάντως*] Rationem alteram, ob quam lectores diligit, auctor dicere incipit, sc. *ὅτι μεγάλη πίστις κτλ.* Prima est, quia ipse magnos fructus percepit verbum Dei inter eos praedicans. — *κἀγώ*] sc. sicut alii. — *ὑπὲρ τ. ψυχήν*] Cf. 4, 6; 19, 5; Doctr. 2, 7.

5. Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445 ed. Potter (*ἀφ' οὗ κτλ.*). — Auctor postquam de gratia Dei et de virtutibus lectorum locutus est, tandem addit, se de fide aliqua disserturum esse, ut et illis et sibimet ipsi prosit. Cf. Rom. 1, 11—12. — *ὅτι*] Par-

μοι τοιούτοις πνεύμασιν ὑπηρετήσαντι εἰς μισθόν, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμπειν, ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε τὴν γνῶσιν. 6. τρία οὖν δόγματά ἐστιν κυρίου· *ζωῆς ἐλπὶς ἀρχὴ* καὶ τέλος πίστεως ἡμῶν, καὶ δικαιοσύνη κρίσεως ἀρχὴ καὶ τέλος, ἀγάπη εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἔργων δικαιοσύνης μαρτυρία. 7. ἐγνώρισεν γὰρ ἡμῖν ὁ δεσπότης διὰ τῶν προφητῶν τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ ἐνεστῶτα, καὶ τῶν μελλόντων δοὺς ἀπαρχὰς ἡμῖν γεύσεως. ὧν τὰ καθ' ἕκαστα βλέποντες ἐνεργούμενα, καθὼς ἐλάλησεν, ὀφείλομεν πλουσιώτερον καὶ ὑψηλότερον προσάγειν τῷ φόβῳ αὐτοῦ. 8. ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ὑποδείξω ὀλίγα, δι' ὧν ἐν τοῖς παροῦσιν εὐφρανθήσεσθε.

II. Ἡμερῶν οὖν οὐσῶν πονηρῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν, ὀφείλομεν ἑαυτοῖς προσέχοντες ἐκζητεῖν τὰ δικαιώματα κυρίου. 2. τῆς οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσὶν βοηθοὶ φόβος καὶ ὑπομονή, τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια· 3. τούτων οὖν μενόντων τὰ πρὸς κύριον ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις. 4. πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὁλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χρῄζει, λέγων ὁτὲ μέν· 5. *Τί μοι πλῆ-*

3 *ζωῆς* HL : *ζωη* S | *ἐλπὶς ἀ. κ. τ. π. ἡμῶν* H : *πιστις ελπις· αρχη και τελος ημων* S | 5 *ευφροσυνη* S | *δικαιοσυνης* em : *δικαιοσύνη* H, *εν δικαιοσυναις* S | 6 *ἡμῖν* S : *ὑμῖν* H | 10 *φόβῳ* SH : *βωμῷ* L | 11 *εὐφρανθήσεσθε* SL : *-θησόμεθα* H | 12 *οὖν* SL : > H | 15 *καὶ* pr Clem L : > SH | 16 *οὖν* H Clem : > SL

ticula repetitur. — *τελείαν τ. γνῶσιν*] Cf. 13, 7; I Clem. 1, 2. *Γνῶσις* auctori est profundior cognitio oeconomiae et mandatorum veteris testamenti. Cf. 6, 9; 9, 8; 10, 1—12.

6. *τρία δόγματα*] Barnabas huic numero studet; quater eum repetit, sc. 9, 7; 10, 1. 9. 10, et dogmata appellat sententias vel praecepta, in quibus sensus aliquis arcanus inest; dogmata autem tria, quae profert, denotant: spe vitae homines ad fidem pervenire et in fide perseverare, iustitiam operantes in iudicio probari, opera in caritate cum hilaritate ac laetitia facientes habere testimonium iustitiae. Virtutes illas Barnabas iam 1, 4 commemoravit, ac deinde saepe de eis agit, ut index vocabulorum docet. — *ζωῆς ἐλπὶς κτλ.*] Ignatius Eph. 14, 1 fidem principium et caritatem finem vitae appellat. — *δικαιοσύνη κτλ.*] Cf. Ps. 7, 9; 9, 9; Prov. 10, 2; 11, 6; 16, 5: *ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια.* — *ἀγάπη κτλ.*] Rom. 13, 10: *πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη*, Ies. 32, 17: *τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης εἰρήνη.* — *εὐφρ. καὶ ἀγαλλιάσεως*] Hae voces in S. Scriptura saepissime una adbibentur, cf. Ps. 44, 16; 50, 10; 67, 4; 99, 2; Ies. 22, 13; 35, 10; 51, 11.

partem aliquam communicare vobis, mihi mercedi erit, quippe qui talibus spiritibus ministraverim, studui breviter vobis scribere, ut cum fide vestra perfectam habeatis cognitionem. 6. Tria igitur dogmata sunt domini: *vitae spes* initium et finis fidei nostrae; et iustitia iudicii initium et finis; caritas in hilaritate et laetitia operum iustitiae testimonium. 7. Cognita enim fecit nobis dominus per prophetas praeterita et praesentia, et futurorum primitias gustandi potestatem nobis dedit. Quae in suo quaeque ordine evenire videntes, sicut locutus est, divitiores et altiores accedere debemus ad eius timorem. 8. Ego autem non ut magister, sed ut unus ex vobis ostendam pauca, per quae in praesentibus hilares sitis.

II. Cum dies igitur mali sint et operans ipse potestatem habeat, nobismet ipsis animum attendentes disquirere debemus iustificationes domini. 2. Fidei nostrae ergo adiutores sunt timor et patientia; quae autem nobis opem ferunt, sunt longanimitas et continentia. 3. Quae dum in iis, quae ad dominum spectant, caste manent, una cum iis laetantur sapientia, intellectus, scientia, cognitio. 4. Adaperuit enim nobis per omnes prophetas, neque sacrificiis neque holocaustis neque oblationibus sibi opus esse, aliquando dicens: 5. *Quo mihi multitudinem*

3 Tit. 1, 2; 3, 7. — 19 Ies. 1, 11—13.

7. *τὰ παρεληλυθότα κτλ.*] Cf. 5, 3; 17, 2; Ies. 42, 9; Iust. Apol. I, 52; Theoph. Ad Autol. I, 14; II, 9. 33; Iren. Adv. haer. IV, 33, 1; Tert. Apol. 20; Hippol. De Chr. et Antichr. 2. — *πλουσιώτερον κ. ὑψηλ.*] Haec verba de ampliore et altiore cognitione intellegenda sunt, quam auctor lectoribus praebere vult. Cf. 1, 2. 3; 9, 7; 19, 2. — *προσάγειν*] Intransitive cf. 2, 9; Act. 27, 27; Ios. 3, 9.

8. *οὐχ ὡς κτλ.*] Cf. 4, 6. 9. Auctor non ut doctor loqui vult, quamquam doctor fuit. — *ἐν τ. παροῦσιν*] i. e. in rebus adhuc tam adversis. Cf. 2, 1; 4, 6. — *εὐφρανθήσεσθε*] Cf. Phil. 1, 25; 3, 1; 4, 4; I Ioann. 1, 4.

II, 1. *ἡμερῶν πονηρῶν*] Cf. Eph. 5, 16. — *κ. αὐτοῦ τ. ἐνεργοῦντος* (i. e. diabolus) *ἔχ. τ. ἐξ.*] Eadem verba leguntur Bab. Kam. 60a, ut vidit Güdemann, *Religionsgeschichtl. Studien* 1876 p. 128. Cf. Eph. 2, 2; II Thess. 2, 9. 11.

2—3. Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445.

3. *τὰ πρὸς κύριον*] potius cum Clemente Al. ad *μενόντων* quam ad *συνευφραίνονται* referenda sunt. Auctor illas quoque virtutes poscit, quia scientia sola inflat. Cf. I Cor. 8, 1; II Petr. 1, 5. 6.

4. Incipit disquisitio *τῶν δικαιωμάτων κυρίου*, cf. 2, 1.

5. Verba Iesaiae veteres saepe

θος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησεν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν μου τὴν αὐλὴν οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστιν· τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα οὐκ ἀνέχομαι. 6. ταῦτα οὖν κατήργησεν, ἵνα ὁ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὤν, μὴ ἀνθρωποποίητον ἔχῃ τὴν προσφοράν. 7. λέγει δὲ πάλιν πρὸς αὐτούς· Μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς Αἰγύπτου, προσενέγκαι μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας; 8. ἀλλ' ἢ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς· ἕκαστος ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ κακίαν μὴ μνησικακείτω, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε. 9. αἰσθάνεσθαι οὖν ὀφείλομεν, μὴ ὄντες ἀσύνετοι, τὴν γνώμην τῆς ἀγαθωσύνης τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ὅτι ἡμῖν λέγει, θέλων ἡμᾶς μὴ ὁμοίως πλανωμένους ἐκείνοις ζητεῖν, πῶς προσάγωμεν αὐτῷ. 10. ἡμῖν οὖν οὕτως λέγει· Θυσία τῷ κυρίῳ καρδία συντετριμμένη, ὀσμὴ εὐωδίας τῷ κυρίῳ καρδία δοξάζουσα τὸν πεπλακότα αὐτήν. ἀκριβεύεσθαι οὖν ὀφείλομεν, ἀδελφοί, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἵνα μὴ ὁ πονηρὸς παρείσδυσιν πλάνης ποιήσας ἐν ἡμῖν ἐκσφενδονήσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ζωῆς ἡμῶν.

III. Λέγει οὖν πάλιν περὶ τούτων πρὸς αὐτούς· Ἱνατί μοι νηστεύετε, λέγει κύριος, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει κύριος, οὐκ ἄνθρωπον ταπεινοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, 2. οὐδ' ἂν κάμψητε ὡς κρίκον τὸν τράχηλον ὑμῶν καὶ σάκκον

1 ὁλοκαυτωμάτων S : + κριῶν HL LXX | 5 ἐὰν HL : ουδε εαν S | 8 ἄνευ S : ἄτερ H | 9 προσφορὰν SL : συμφορὰν H | 13 ἑαυτοῦ S : αὐτοῦ H LXX | 14 οὖν SL : > H | 17 κυρίῳ HL : θ̅ω̅ S | 19 οὖν SL : > H | 23 ἐν HL : > S | 24 sq. λέγει κύριος οὐκ ἄνθρ. ταπεινοῦντα SL : ἡμέραν ἄνθρωπον ταπεινοῦντα H LXX | 25 οὐδ' ἂν S Iust. Dial. c. 15 Clem. Al. Paed. III, 12, 90 p. 305: οὐδὲ ἐὰν H

laudant, Iust. Apol. I, 37; Clem. Al. Paedag. III, 12, 90 p. 305; Tert. De idol. c. 14; Adv. Marc. I, 20. II, 18. 19. 22 etc.

6. κατήργησεν] Cf. Eph. 2, 15; Rom. 3, 31. — ἄνευ ζ. ἀνάγκης] Cf. Gal. 5, 1. Act. 15, 10, ubi veteri testamento hominibus iugum servitutis imponenti opponitur novum, quod Iacobus 1, 25 legem perfectam libertatis vocat. — μὴ ἀνθρωποποίητον] i. e. sacrificium ne in rebus exter-

sacrificiorum vestrorum? dicit dominus. Plenus sum holocaustis et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo, nec si veniatis, ut a me videamini. Quis enim quaesivit haec de manibus vestris? Aulam meam ultra non calcabitis. Si obtuleritis similaginem, vanum; incensum abominatio mihi est; numenias vestras et sabbata non sustineo. 6. Haec igitur abrogavit, ut nova lex domini nostri Iesu Christi, quae sine iugo necessitatis est, oblationem habeat non factam ab hominibus. 7. Dicit autem illis iterum: *Numquid ego mandavi patribus vestris, cum exierunt e terra Aegypti, ut mihi offerant holocausta et sacrificia?* 8. *Sed hoc praecepi iis: Unusquisque vestri adversus proximum suum ne malum cogitet in corde suo, et iuramentum mendax ne diligatis.* 9. Intellegere ergo debemus, cum non insipientes simus, sensum bonitatis patris nostri; loquitur enim nobis, nolens nos similiter illis errantes quaerere, quomodo accedamus ad ipsum. 10. Nobis igitur sic dicit: *Sacrificium domino cor contritum, odor suavitatis domino cor glorificans eum, qui plasmavit ipsum.* Accurate ergo, fratres, inquirere debemus de salute nostra, ne seducturus nos nequam irrepat in nos et nos eiciat a vita nostra.

III. Dicit ergo illis iterum de his rebus: *Quo ieiunatis mihi, dicit dominus, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus, non hominem animam suam humiliantem,* 2. *neque si flexeritis quasi circulum collum vestrum et saccum indueritis et cinerem stra-*

9 Ier. 7, 22. 23. — 12 Zach. 8, 17. — 17 Ps. 50, 19. — 22 Ies. 58, 4. 5.

nis versetur nec manibus hominum paretur vel offeratur, sed spirituale sit et in virtutibus consistat, ut in versibus sequentibus exponitur.

9. πλανωμένους] i. e. praecepta Dei male intellegentes ac praesertim sacrificia offerentes. — ἐκείνοις] sc. Iudaeis, ut infra 3, 6; 4, 6; 8, 7; 9, 6 etc.

10. ὀσμὴ κτλ.] Haec verba in S. Scriptura desunt, laudantur autem etiam ab Irenaeo Adv. haer. IV, 17, 2 et a Clem. Al. Paed. III, 12, 90 p. 306; Strom. II, 18, 79 p. 470. Nota marginali codicis H verba referuntur ad Apocalypsin Adae, quae vero deperdita est. Irenaeus et Clemens fortasse Barnabae debent. Latinus verbis apocryphis suppressis versum psalmi totum proposuit. — ὀσμὴ εὐ.] Eph. 5, 2; Phil. 4, 18; Gen. 8, 21; Num. 29, 2. 8. 11. 13 etc. — ὁ πονηρός] i. e. Satanas.

ἐνδύσησθε καὶ σποδὸν ὑποστρώσητε, οὐδ᾽ οὕτως καλέσετε νηστείαν δεκτήν. 3. πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει· *Ἰδοὺ αὕτη ἡ νηστεία, ἣν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει κύριος· λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει καὶ πᾶσαν ἄδικον συγγραφὴν διάσπα. διάθρυπτε πεινῶσιν τὸν ἄρτον σου, καὶ γυμνὸν ἐὰν ἴδῃς περίβαλε· ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκον σου, καὶ ἐὰν ἴδῃς ταπεινόν, οὐχ ὑπερόψῃ αὐτόν, οὐδὲ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου.* 4. *τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἱμάτιά σου ταχέως ἀνατελεῖ, καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε.* 5. *τότε βοήσεις, καὶ ὁ θεὸς ἐπακούσεταί σου, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι· ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου ἐκ ψυχῆς σου καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐλεήσῃς.* 6. εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, ὁ μακρόθυμος προβλέψας, ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ πιστεύσει ὁ λαός, ὃν ἡτοίμασεν ἐν τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ, προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων, ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι τῷ ἐκείνων νόμῳ.

IV. Δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐνεστώτων ἐπιπολὺ ἐρευνῶντας ἐκζητεῖν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σώζειν. φύγωμεν οὖν τελείως ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας, μήποτε καταλάβῃ ἡμᾶς τὰ ἔργα τῆς ἀνομίας· καὶ μισήσωμεν τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ, ἵνα εἰς τὸν μέλλοντα ἀγαπηθῶμεν. 2. μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἄνεσιν, ὥστε ἔχειν αὐτὴν ἐξουσίαν μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, μήποτε ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς. 3. τὸ τέλειον σκάνδαλον ἤγγι-

1 *ἐνδύσησθε* HL : > S LXX | *καὶ σποδὸν ὑποστρ.* > H | 3 *κύριος* H cf. L Clem. l. c. : + *ουκ ανθρωπον ταπεινουντα την ψυχην αυτου αλλα* S cf. III, 1 | *πάντα* H : *παν* S | 10 *ἱμάτια* SHL, Iust. Dial. c. 15, Tert. De resurr. c. 27, Cypr. Testim. III, 1, De op. et eleem. c. 4 etc.: *ἰάματα* LXX S** | *πορεύσεται* H | 11 *δικαιοσύνη* SL : + *σου* H LXX | 12 *βοήσεις* S : *βοήσῃ* H LXX | *ἐπακούσεται* S : *εἰσακ.* H LXX | 15 *ἐλεήσῃς* S (*ελαιησεις*) : *ἐμπλήσῃς* H LXX | 17 *ἐν* S : >HL | *προεφαν.* HL : + *γὰρ* S | 18 *ἐπήλυτοι* S (*επιλυτοι* cf. Epiph. H. 66 c. 7): *προσήλυτοι* HL | 20 *ἐπιπολὺ* S : *πολὺ* H | 25 *αὐτὴν* S : *τὴν* H

III, 5 *χειροτονίαν*] sc. ad dandum falsum testimonium vel ad irridendum et decipiendum.

6. *ἐν ἀκεραιοσύνῃ*] i. e. legis iudaicae opera non admiscendo (Harnack). Auctor de fide in cognitione

veritis, neque sic vocabitis ieiunium acceptum. 3. Nobis autem dicit: *Ecce hoc ieiunium, quod ego elegi, dicit dominus: solve omne vinculum iniustitiae, dissolve obligationes contractuum violentorum, dimitte fractos in remissione et omnem syngrapham iniquam discerpe. Frange esurientibus panem tuum et cum nudum videris, operi eum; eos, qui sine tecto sunt, induc in domum tuam et cum videris humilem, ne despexeris eum neque avertas te ab iis, qui ex tuo semine sunt.* 4. *Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia et gloria dei circumdabit te;* 5. *Tunc clamabis, et deus exaudiet te, adhuc te loquente dicet: Ecce adsum; si abstuleris a te colligationem et manuum porrectionem et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem tuum ex animo tuo et animae humiliatae miserearis.* 6. Ad hoc igitur, fratres, deus longanimis providit, quomodo in simplicitate crediturus esset populus, quem paravit in dilecto suo, et nos de omnibus praemonuit, ne affligeremur tanquam advenientes ad illorum legem.

IV. Itaque oportet nos de praesentibus plurimum scrutantes exquirere, quae nos possint salvare. Fugiamus ergo plane ab omnibus operibus iniquitatis, ne opera iniquitatis nos deprehendant, et odio habeamus errorem huius temporis, ut in futuro diligamur. 2. Ne demus animae nostrae spatium, ut potestatem habeat discurrendi cum peccatoribus et improbis, ne quando illis similes fiamus. 3. Perfectum scandalum appro-

2 Ies. 58, 6—10.

perfecta loquitur et sensum allegoriae altiorem appellat simplicem. Cf. 6, 5; 8, 2; Müller ad h. l. — *ἠγαπημένῳ*] i. e. Christo. Cf. 4, 3. 8. Eph. 1, 6.

2 *βουλῆς* H | 5 *ἡμῖν* AHS : *ἡμῶν* L Knopf cf. 44, 1 | 6 *ὁ* > H | 6/7 *ἐξεπέμφθη — θεοῦ* > H | 7 *ὁ Χριστὸς — θεοῦ καὶ* > L | 10 *ἡμῶν* > HL | 13 *καθίστανον* em : *καθεστανον* A, *καθιστᾶν* H | 23 *ἠκολούθησαν* H

4. Clem. Al. Strom. IV, 17, 112 p. 613. — *κινδύνῳ*] i. e. Christiani regulam a Deo praescriptam transgredientes severius iudicabuntur quam Iudaei.

XLII, 1. Cf. I Cor. 3, 23; Ioann. 17, 18; 20, 21. Harnack contulit Tert. De praescr. c. 37: in ea regula incepimus, quam ecclesia ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo tradit. — *ἐξεπέμφθη*] Lightfoot hoc verbum primus cum antecedentibus coniunxit, atque recte, ut nunc etiam Syrus et Latinus ostendunt.

2. Similiter ac in parte huius versus priore verbum deest Rom. 10, 17; II Cor. 3, 23.

3. *πληροφορηθέντες*] Cf. Rom. 4, 21; 14, 5. — *πιστωθέντες*] Cf. II Tim. 3, 14. — *πληροφορίας*] Cf. I Thess.

sacrificio a summo sacerdote et praedictis ministris. 3. Qui praeter id, quod voluntati eius consentaneum est, aliquid faciunt, mortis supplicio puniuntur. 4. Videtis, fratres: quo maiore cognitione digni sumus habiti, eo graviori periculo obnoxii sumus.

XLII. Apostoli nobis evangelii praedicatores facti sunt a domino Iesu Christo, Iesus Christus missus est a deo. 2. Christus igitur a deo et apostoli a Christo; et factum est utrumque ordinatim ex voluntate dei. 3. Itaque acceptis mandatis et per resurrectionem domini nostri Iesu Christi plena certitudine imbuti deique verbo confirmati, cum certa spiritus sancti fiducia egressi sunt adnuntiantes regni dei adventum. 4. Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum, qui credituri erant. 5. Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim retro saeculis de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicit scriptura: ***Constituam episcopos eorum in iustitia et diaconos eorum in fide.***

XLIII. Et quid mirum eos, quibus in Christo a deo hoc munus commissum fuit, praedictos constituisse? cum beatus Moses, ***fidelis servus in universa domo***, omnia, quae ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem ceteri prophetae secuti sunt iis testimonium pariter perhibentes, quae ab ipso sancita sunt. 2. Ille enim, cum aemulatio pro sacerdotio incidisset et tribus inter se dissentirent, quaenam illarum glorioso

17 Ies. 60, 17. — 21 Num. 12, 7; Hebr. 3, 5. — 24 Num. 17.

1, 15; Col. 2, 2; Hebr. 6, 11; 10, 22.

4. *ἐπισκόπους*] Clemens cum omnibus aliis locis (21, 6; 44, 5; 47, 6; 54, 2; 57, 1) ad significandos ecclesiae praepositos vocem *πρεσβύτεροι* adhibeat, hoc loco voce *ἐπίσκοποι* utitur (cf. 44, 1. 4). Ob S. Scripturae locum, quem postea affert, a regula deviasse putandus est, et si ita est, hac voce idem significat, quod illa. — *ἐπισκόπους καὶ διακόνους*] Similiter Phil. 1, 1.

5. Locus Iesaiae non accurate laudatur. Propheta ipse dicit: *Δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ.* Irenaeus Adv. haer. IV, 26, 5 quoque locum ad presbyteros ecclesiae refert, eum autem recte allegat.

XLIII, 1. *πιστευθέντες*] Cf. Tit. 1, 3; Gal. 2, 7; Ign. Philad. 9, 1.

2. Referendo virgarum historiam (Num. 17) Clemens adicit nonnullas circumstantias admodum verisimiles atque, ut videtur, desumptas ex Hebraeorum traditionibus. Similia narrant Iosephus Flav. Antiquit. IV, 4, 2 et Philo Vita Mosis III, 21 (ed.

ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ θεοῦ. 3. καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους, 4. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ θεὸς εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. 5. πρωΐας δὲ γενομένης συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραήλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπεδείξατο τοῖς φυλάρχοις τὰς σφραγῖδας καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ προεῖλεν τὰς ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλαστηκυῖα, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. 6. τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ προῄδει Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔσεσθαι; μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκαταστασία γένηται ἐν τῷ Ἰσραήλ, οὕτως ἐποίησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XLIV. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. 2. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν

3 *αὐτὸς* H | *ἐσφράγισεν* + *εν* H | 6 *ῥάβδους* : *θύρας* S | 9 *τὸν* > H | 10 *ἐπέδειξε* H | 15 *εἰς τὸ* A : *ὥστε* H | 16 *θεοῦ* S : *κυρίου* H, deficit A, > L Knopf | 19 *ἐπὶ* A : *περὶ* HLS (?) | 21 *ἐπινομὴν* AL (legem) : *ἐπιδομὴν* H, *ἐπὶ δοκιμὴν* vel *-μῇ* S | *δεδώκασιν* em : *εδωκασιν* A, *ἔδωκαν* H | 22 *ἐὰν* + *τινες* HS | *ἄνδρες* > H

Mangey II, 162). — *ὀνόματι*] i. e. officio sacerdotii, cf. 44, 1.

6. Hunc versum et sequentem (44,1) tanquam epistulae s. Clementis ad Corinthios depromptum paraphrastice laudat Ioannes diaconus Expos. in Heptateuchum (saec. VI). Fragmentum vel locum allegatum edidit Pitra, Spicilegium Solesmense I, 293; Lightfoot I, 187. Num Ioannes textum graecum legerit an versionem latinam, non liquet. — *τοῦ ἀληθινοῦ κτλ.*] Cf. Ioann. 17, 3. — *θεοῦ*] Cum hanc vocem vel vocem *κυρίου* spatio etiam codex A agnoscat, tres testes ergo consentiant, vox retinenda esse videtur. Latinus quidem eam omisit, et facilius est intellectu, eam additam quam deletam fuisse; sed etiam fieri potuit, ut vox in versione vel in exemplari interpreti proposito casu aliquo evanesceret. Harnack, *Texte und Untersuchungen*, *N. F.* V, 3 (1900), 70—76, aeque ac

illo nomine ornanda esset, iussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quae uniuscuiusque tribus nomen inscriptum haberent. Quas cum accepisset, in fasciculum ligavit et annulis principum tribuum signavit, et in tabernaculo testimonii super mensam dei deposuit eas. 3. Clausoque tabernaculo signavit claves similiter ac virgas, 4. et dixit eis: Viri fratres, cuius tribus virga germinaverit, hanc elegit deus, quae ipsi sacra faciat et ministret. 5. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta milia virorum, et tribuum principibus sigilla ostendit et tabernaculum testimonii aperuit et virgas protulit. Et inventa est virga Aaron non tantum germinasse, sed et fructum ferre. 6. Quid, dilecti, vobis videtur? An hoc futurum non praesciverat Moses? Maxime noverat; verum ne seditio in populo Israel oriretur, ita fecit, ut nomen veri et solius dei glorificaretur; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen!

XLIV. Apostoli quoque nostri per Iesum Christum dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine episcopatus obituram; 2. ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati ex-

Knopf Latinum sequens verba *τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ κ. μ.* de sacerdotio interpretatur et doxologiam *ᾧ ἡ δόξα κτλ.* interpolatam esse putat.

XLIV, 1. *ἔρις κτλ.*] Harnack contulit Tert. De bapt. c. 17: Episcopatus aemulatio schismatum mater est. Cf. Eus. H. E. IV, 22, 5; VI, 43, 5; Cypr. Ep. 59 c. 5 ed. Hartel p. 671 sq. — *ὀνόματος*] i. e. de dignitate vel auctoritate muneris episcopalis.

2. *προειρημένους*] sc. episcopos et diaconos cf. 42, 4. — *μεταξύ*] = *μετέπειτα* cf. Act. 13, 42; Barn. 13, 5; Eus. H. E. V, 16, 18. — *ἐπινομήν*] Vox obscura est ac multarum controversiarum occasionem dedit; multi etiam, praesertim olim, quamdiu codex A solus praesto erat, textum emendabant et alii alia coniciebant: *ἐπιμονήν* (sic etiamnunc Lightfoot), *ἐπιλογήν*, *ἐπιτροπήν*, *ἔτι νόμον*, *ἐπιταγὴν* etc. Hilgenfeld lectionem (vel versionem) Syri recepit. Quoniam autem etiam Latinus haud dubie *ἐπινομὴν* legit, haec vox recte retinenda est. A verbo *νέμω* derivata apud antiquos de iure pascendi in alieno et de depastione ignis usurpatur. Sed fortasse etiam a *νόμος* derivari potest, ita ut praeceptum, ordinationem, dispositionem vel legem significet. Contextus eiusmodi notionem postulat, et iam interpres latinus vocem ita intellexit. — *κοιμηθῶσιν*] sc. episcopi et diaconi, de

λειτουργίαν αὐτῶν. 3. τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας. 4. ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. 5. μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. 6. ὁρῶμεν γάρ, ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

XLV. Φιλόνεικοί ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ τῶν ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. 2. ἐνκεκύφατε εἰς τὰς ἱερὰς γραφάς, τὰς ἀληθεῖς, τὰς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. 3. ἐπίστασθε, ὅτι οὐδὲν ἄδικον οὐδὲ παραπεποιημένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. οὐχ εὑρήσετε δικαίους ἀποβεβλημένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. 4. ἐδιώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνόμων· ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνοσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ παρανόμων· ἀπεκτάνθησαν ἀπὸ τῶν μιαρὸν καὶ ἄδικον ζῆλον ἀνειληφότων. 5. ταῦτα πάσχοντες εὐκλεῶς

6 *αποβαλεσθαι* A | 7 *ἔστιν* H | 12 *πολιτευσαμένους* H | *τετιμημένης* AHS : facto (*πεποιημένης* ?) L, *τετηρημένης* con Lightfoot | 14 *ἱερὰς* > A | 16 *γέγραπτο* H | 19/20 *μιαρὸν* HL : *μιαρῶν* AS

quorum successione (*διαδέξωνται ἕτεροι . . τὴν λειτουργίαν αὐτῶν*) Clemens agit. Nonnulli verbum ad apostolos referunt. Grammatica huic interpretationi non obstat, sed contextus minus favet.

3. *ὑπ' ἐκείνων*] sc. ab apostolis. — *ἐλλογίμων ἀνδρῶν*] i. e. ab episcopis vel presbyteris, quos apostoli ipsi constituerant. — *συνευδοκησάσης τ. ἐκκλ. π.*] Clemens ergo apostolis vel episcopis *κατάστασιν*, electionem et ordinationem episcoporum vel presbyterorum adiudicat, ecclesiae *συνευδόκησιν* vel consensum. Tempore progrediente etiam electio ad ecclesiam vel populum spectabat. Cyprianus Ep. 59 c. 5 praeter iudicium divinum de populi suffragio et coepiscoporum consensu loquitur. Cf. quae disputavi in *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* I (1897), 23 sqq.

4. *ἀμέμπτως καὶ ὁσίως*] Cf. I Thess. 2, 10. — *δῶρα*] Clemens hac voce cum preces et orationes ad Deum missas (cf. 52, 3. 4; Hebr. 13, 15. 16), tum dona, quae ab ecclesia dabantur et a presbyteris Deo offerebantur, et sacram cenam vel eucharistiam, quae illis donis parabatur, significare videtur. Didascalia (ed.

ciperent. 3. Itaque qui constituti sunt ab illis vel deinceps ab aliis viris eximiis consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos iudicamus munere suo non iuste deici. 4. Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione munera obtulerunt, episcopatu eicimus. 5. Beati presbyteri viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque dissolutionem consecuti sunt; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. 6. Videmus enim, vos nonnullos honeste viventes ab officio, quo inculpate honorati erant, removisse.

XLV. Contentiosi estis, fratres, et in rebus, quae ad salutem pertinent, accensi zelo. 2. Inspexistis diligenter scripturas sacras, quae verae sunt et datae per spiritum sanctum. 3. Non fugit vos, nihil iniustum neque perversum scriptum esse in illis. Non invenietis iustos reiectos a viris sanctis. 4. Persecutionem passi sunt iusti, sed ab iniquis; in carcerem sunt coniecti, sed ab impiis; lapidati sunt, sed a nefariis; occisi sunt, sed a scelesto et iniusto zelo abreptis. 5. Haec patientes gloriose tule-

Hauler p. 37) et Constitutiones apost. II, 25 s. f.: *αἱ τότε* (in V. T.) *θυσίαι νῦν* (in N. T.) *εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ καὶ δεκάται καὶ ἀφαιρέματα καὶ δῶρα νῦν προσφοραὶ αἱ διὰ τῶν* [*ὁσίων* Const.] *ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ θεῷ*, ibid. II, 34 (Hauler p. 40): *τοὺς καρποὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ (τῷ ἐπισκόπῳ) .. καὶ ἔσται σοι ἡ προσφορά σου δεκτὴ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ τῷ θεῷ σου κτλ.*, ib. II, 53: *δῶρον δέ ἐστι τῷ θεῷ ἡ ἑκάστου προσευχὴ καὶ εὐχαριστία.*

5. *μακάριοι*] Sarcastice defunctos, qui iam diem obierunt, presbyteros *hic* memorat Clemens (Laurent). — *ἀνάλυσιν*] Cf. II Tim. 4, 6; Phil. 1, 23; Luc. 2, 29.

6. *ἐκ τῆς ἀ. αὐτοῖς τετιμημένης λ.*] Locutio singularis est. *Τιμᾶν τινί τι* nonnisi rarissime et apud poetas reperitur. Gebhardt contulit Pind. Pyth. IV, 270; Soph. Antig. 514. At Constit. apost. II, 26: *ὁ ἐπίσκοπος .. θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος.* Cum autem testes consentiant, Latinus non aliter ac ceteri legisse, verbum *τετιμημένης* potius libere reddidisse, hanc lectionem etiam adprobare videatur, si, ut Morin conicit, *functo* (non *facto*) vertit, locus non mutandus est.

XLV, 1. Cf. Gal. 4, 17. 18; I Petr. 3, 13. — *ἀνηκόντων εἰς σ.*] Cf. Barn. 17, 1.

4. *ζῆλον ἀνειλ.*] Cf. 3, 4.

ἤνεγκαν. 6. τί γὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν θεὸν ἐβλήθη εἰς λάκκον λεόντων; 7. ἢ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηθαμῶς τοῦτο γένοιτο. τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν, μὴ εἰδότες, ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. 8. οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ ἔγγραφοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XLVI. Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασιν κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. 2. γέγραπται γάρ· *Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.* 3. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· *Μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.* 4. κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθῴοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ. 5. ἱνατί ἔρεις καὶ θυμοὶ καὶ διχοστασίαι καὶ σχίσματα πόλεμός τε ἐν ὑμῖν; 6. ἢ οὐχὶ ἕνα θεὸν ἔχομεν καὶ ἕνα Χριστὸν καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; 7. ἱνατί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς, ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. 8. εἶπεν γάρ·

1 *εἴπωμεν* em : *ειπομεν* A, *εἴποιμεν* H, dicam S, dicimus L | 6 *εἰς* > H | 10 *τῶν αἰώνων* > H | 11/13 *οἱ δὲ — ἀμὴν* > L | 12 *ἔγγραφοι* HS : *επαφροι* A | 13 *αὐτῶν* A : *αὐτοῦ* HS | 23 *διέλκωμεν* H | 26 *Ἰησοῦ τ. κ. ἡμῶν* A : *τοῦ κ. ἡμῶν Ἰ. Χριστοῦ* HS, Domini Ihesu L

7. *ἐξήρισαν*] Bryennius hic brachylogiam videt pro *καὶ εἰς τοσοῦτο ἤλασαν θυμοῦ ἐρίζοντες, ὥστε κτλ.* — *ἐν καθ. συνειδήσει*] Cf. I Tim. 3, 9; II Tim. 1, 3; Ign. Trall. 7, 2.

8. *ἔγγραφοι*] Cf. Ps. 68, 29; Luc. 10, 20; Phil. 4, 3; Herm. Vis. I, 3, 2; Sim. V, 3, 2.

XLVI, 2. Locus deest in S. Scriptura. Proxime ad eum accedit Ps. 17, 26: *μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ.* Sirach 6, 34: *τίς σοφός; αὐτῷ προσκολλήθητι*, et ex verbis illis Psalmistae auctor ignotus eum formasse videtur. Similiter scribit Hermas Vis. III, 6, 2; Sim. VIII, 8, 1: *μηδὲ (μὴ)*

runt. 6. Quid enim, fratres, dicemus? Daniel in speluncam leonum ab iis, qui deum timebant, coniectus est? 7. An Ananias, Azarias et Misael conclusi sunt in fornacem ignis ab iis, qui magnificum et gloriosum altissimi cultum observabant? Absit prorsus! Quinam igitur haec patrarunt? Abominandi et omni malitia pleni eo furoris rixati sunt, ut eos, qui cum sancta et inculpata voluntate deo servierunt, tormentis iniecerint, ignorantes, altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse, qui in pura conscientia nomen eius virtute plenum colunt, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen! 8. Illi vero cum fiducia patienter tolerantes gloriae et honoris heredes facti sunt, et a deo exaltati et inscripti sunt in libro memoriae eorum in saecula saeculorum. Amen!

XLVI. Talibus igitur exemplis et nos adhaerere oportet, fratres. 2. Scriptum enim est: ***Sanctis vos adiungite, quia qui illis adhaerent sanctificabuntur.*** 3. Et rursus in alio loco: ***Cum viro innocente innocens eris et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.*** 4. Quare innocentibus et iustis iungamus nos; ii enim sunt electi dei. 5. Cur inter vos sunt contentiones, irae, dissensiones, schismata et bellum? 6. Nonne unum deum habemus et unum Christum et unum spiritum gratiae super nos effusum, et una vocatio est in Christo? 7. Cur divellimus et discerpimus membra Christi et contra proprium corpus seditionem movemus, eoque vesaniae devenimus, ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Iesu domini nostri. 8. Dixit enim: ***Vae homini illi! Bonum erat***

1 Dan. 6, 16. — 2 Dan. 3, 19 sqq. — 15? — 17 Ps. 17, 26. 27.

κολλώμενοι τοῖς ἁγίοις. Clemens Al. Strom. V, 8, 53 p. 677 locum totum profert, cumque eum aeque ac Clemens noster, etiamsi ordine inverso, cum verbis *μετὰ ἀνδρὸς κτλ.* vel Ps. 17, 26—27 coniungat, eum haud dubie huic debet, cuius epistula saepe utitur. Similiter saeculo V medio Callinicus, Vita s. Hypatii p. 132, ed. Lips. 1895 p. 100 (Biblioth. scr. gr. et rom. Teubneriana) dicens: *ὁ γὰρ κολλώμενος ἁγίοις ἁγιασθήσεται,* verba e Clementis epistula deprompsit, quam (I Clem. 59, 2) etiam p. 88 (46) respexit. Cf. Resch, Agrapha 1889 p. 169; Ropes, *Sprüche* 1896.

2. 4. Nicon Mon. l. c. cf. 14, 1 not.

5. Cf. Iac. 4, 1.

6. Cf. 58, 2; Eph. 4, 4—6; I Cor. 8, 6.

7. *μέλη*] Cf. Rom. 12, 5; I Cor. 6, 15.

8. Duo S. Scripturae loci consar-

Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι. 9. τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμόν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστιν ἡ στάσις.

XLVII. Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. 2. τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; 3. ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν περὶ ἑαυτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπολλώ, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. 4. ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττονα ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. 5. νυνὶ δὲ κατανοήσατε, τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. 6. αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. 7. καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν, ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

XLVIII. Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτόν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. 2. πύλη γὰρ δικαιο-

1 *οὐκ* A : *μὴ* H | 4 *ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι* LS Clem : *μικρῶν μου σκανδαλίσαι* AH | 6 *ἡμᾶς* : *ὑμᾶς* H | 8 *τί πρῶτον* AHS : quemadmodum L, *τίνα τρόπον* Knopf | 9 *αυτου* A | 9/10 *τε . . τε* > HS | 10 *Κηφᾶ . . Ἀπολλώ* ∾ H | 11/12 *ἐπήνεγκε* H | 12 *μεμαρτυρ.* : *δεδοκιμασμένοις* H | 13 *δεδοκ.* : *μεμαρτυρημένῳ* H | *αὐτῶν* H | 16 *ἀγωγῆς* : *ἀγάπης* H | 19 *ὑμῶν* H | 21 *δὲ* A : *τε* H | 24 *ὑμῖν* H | 25 *ὑμῶν . . ὑμᾶς* H | *ἡμῶν* AH : + *καὶ* LS Clem

cinati. Reperiuntur eadem verba apud Clem. Al. Strom. III, 18, 107 p. 561. Irenaeus I, 8, 2; IV, 27, 3. 4; Origenes C. Cels. I, 63; III, 20; Methodius Sympos. III, 14; Hieronymus Ep. 52 c. 9 et alii.

XLVII, 1. *τὴν ἐπιστολήν*] sc. I Cor. 1, 10 sqq. Non sequitur ex hoc dicendi modo, Clementem nonnisi primam ad Corinthios epistulam cognitam habuisse. Similiter loquuntur

2. *ἐν ἀρχῇ τ. εὐαγγ.*] i. e. in primordiis evangelicae praedicationis. Cf. Phil. 4, 15.

ei, si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat, ut ei mola circumponeretur et demergeretur in mare, quam ut unum de electis meis perverteret. 9. Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi deiectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam coniecit; et adhuc seditio vestra persistit.

XLVII. Epistulam beati Pauli apostoli in manus sumite. 2. Quid primum vobis in principio evangelii scripsit? 3. Certe divinitus inspiratus de seipso, de Cepha et Apollo ad vos litteras dedit, quia etiam tum inter vos factiones et partium studia fuerunt. 4. Sed factio ista minus vobis intulit peccatum; inclinabamini enim in apostolos praeclaro testimonio celebres et in virum ab illis probatum. 5. Nunc vero, qui sint, qui vos perverterint et nominatissimi amoris vestri fraterni decus imminuerint, vobiscum perpendite. 6. Turpia, fratres, turpia valde auditu sunt et christiana vivendi ratione indigna, quae comperimus: firmissimam et antiquam Corinthiorum ecclesiam propter unum aut alterum hominem seditionem movere contra presbyteros. 7. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos etiam manavit, qui a nobis alieni sunt, ita ut propter vestram amentiam blasphemiae nomini domini inferantur, vobis ipsis autem periculum creetur.

XLVIII. Auferamus igitur hoc celeriter; pedibus domini advolvamur et flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus nobis reconcilietur et in pristinam nostram decoram et castam fraterni amoris conversationem nos restituat. 2. Haec

1 Matth. 26, 24 (Marc. 14, 21; Luc. 22, 22); Luc. 17, 2 (Matth. 18, 6; Marc. 9, 42). — 9 I Cor. 1, 10 sqq.

4. *ἀνδρί*] sc. Apollo.
5. *σεμνὸν κτλ.*] Cf. 1. 1.
6. *αἰσχρά . . ἀκούεσθαι*] = *αἰσχρόν ἐστιν ἀκ.* Bryennius contulit Thuc. I, 125; Herod. I, 91; IX, 2; Eurip. Hec. v. 1241. Addo Prov. 21, 3. — *ἀρχαίαν*] Cf. Polyc. Phil. 1, 2; Iren. III, 3, 2; Orig. apud Eus. H. E. VI, 14, 10.

7. *ἑτεροκλινεῖς*] i. e. gentiles. — *βλασφημίας*] Cf. 1, 1; Rom. 2, 24; I Tim. 6, 1; Ign. Trall. 8, 2; Polyc. Phil. 10, 2. — *κίνδυνον*] Cf. 59, 1.

XLVIII, 1. Clemens Al. Strom. IV, 18, 113 p. 613 ex hoc versu et sexto haec exhibet: *ἡ σεμνὴ οὖν τῆς φιλανθρωπίας ἡμῶν καὶ ἁγνὴ ἀγωγὴ κατὰ τὸν Κλήμεντα τὸ κοινωφελὲς ζητεῖ.*

σύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται· *Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης· εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ· 3. αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.* 4. πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν *ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ*, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. 5. ἤτω τις πιστός, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις· 6. τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

XLIX. Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ ποιησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. 2. τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; 3. τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκετὸς ἐξειπεῖν; 4. τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. 5. ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ θεῷ, *ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν*, ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ, δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ θεῷ. 6. ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν ἐν θελήματι θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

L. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. 2. τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρεθῆναι, εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ ὁ θεός; δεώμεθα οὖν

1 *εἰς ζωὴν ἀνεῳγυῖα* HLS | *αὕτη* A : *ἐστιν αὕτη* HS (?), est L | 2 *ἐξομολογήσομαι* HL Clem : *-ήσωμαι* AS | 8 *ἁγνός* : *γοργὸς* Clem | 9 *γὰρ* AS Clem : > HL | 15 *ἀγάπη* pr : *ἡ ἀγ.* H | 20 *ἐστιν* > L Clem | *ὑμᾶς* H | 21 *δέδωκεν* H | 23 *τῶν ψ.* : *τῆς ψυχῆς* H | 25 *ἡ* > H | 26 *αὐτοῦ* H | 27 *καταξιώσῃ* : *καταδιώξῃ* H | *δεόμεθα* H

2—5. Clem. Al. Strom. I, 7, 38 p. 338 sq.
4. Clem. Al. Strom. VI, 8, 64 p. 772 (— *εἰσελθόντες*, auctor h. l. per errorem Barnabae attribuit). — *πολλῶν*] Cf. Matth. 7, 13. 14. — *ἡ ἐν Χριστῷ*] Cf. Ioann. 10, 7. 9; Herm. Sim. IX, 12, 1. 6; Ign. Philad. 9, 1; Hegesipp. apud Eus. H. E. II, 23, 8.
5—6. Clem. Al. Strom. VI, 8, 65 p. 772 sq.

enim porta iustitiae est ad vitam aperta, sicut scriptum est: ***Aperite mihi portas iustitiae; ingressus in eas confitebor domino;*** 3. ***haec porta domini, iusti intrabunt in eam.*** 4. Cum igitur multae portae apertae sint, ea, quae est iustitiae, eadem et in Christo est; beati omnes, qui in eam intrarunt et iter suum ***in sanctitate et iustitia*** direxerunt, omnia imperturbate peragentes. 5. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione, sit sapiens in sermonum diiudicatione, sit castus in operibus; 6. tanto humilior esse debet, quanto maior esse videtur, et quaerere debet, quod omnibus utile est, non suum ipsius.

XLIX. Qui caritatem in Christo habet, exsequatur Christi mandata. 2. Vinculum caritatis dei quis potest enarrare? 3. Quis pulcritudinis eius magnificentiam eloqui valet? 4. Altitudo, ad quam evehit caritas, inenarrabilis est. 5. Caritas nos deo adglutinat, ***caritas peccatorum multitudinem tegit,*** caritas omnia sustinet, omnia patienter tolerat; nihil sordidum in caritate, nihil superbum; caritas schisma non habet, caritas seditionem non movet, caritas omnia in concordia facit; in caritate omnes dei electi sunt perfecti, sine caritate nihil deo acceptum est. 6. In caritate nos dominus sibi adsumpsit; propter caritatem, quam erga nos habuit, dominus noster Iesus Christus voluntate divina sanguinem suum pro nobis tradidit et carnem pro carne nostra et animam pro animabus nostris.

L. Videtis, dilecti, quam magna et admiranda sit caritas, et quod perfectio eius nequeat enarrari. 2. Quis est idoneus, ut in ipsa inveniatur, praeter eos, quos deus dignos esse vo-

1 Ps. 117, 19. 20. — 6 Luc. 1, 75. — 15 I Petr. 4, 8. — 16 I Cor. 13, 1—7.

5. Cf. I Cor. 12, 8—10.

6. Maxim. Confess. Loci comm. serm. 49 ed. Combefis II, 650. Anton. Melissa II serm. 73 (PG 136, 1179). — *τοσούτῳ*] Cf. Matth. 23, 11. — *ζητεῖν*] Cf. I Cor. 10, 24. 33; 13, 5.

XLIX, 1. Cf. Ioann. 14, 15; I Ioann. 5, 1—3.

2. Hieron. In Eph. 4, 1 ed. Vallars. VII, 606. — Cf. Col. 3, 14.

4—L, 3. Clem. Al. Strom. IV, 18, 113 sq. p. 613 sq.

5. *καλύπτει*] Cf. 50, 5; Iac. 5, 20.

6. *διὰ τ. ἀγάπην*] Cf. Ioann. 3, 16; 15, 13; Gal. 1, 4; 2, 20; Eph. 5, 2; I Ioann. 4, 9. 10. — *τὴν σάρκα κτλ.*] Paene eadem verba exstant apud Iren. V, 1, 1, qui forsan hunc locum respexit.

L, 1. Cf. I Ioann. 2, 5; 4, 12. 18.

καὶ αἰτώμεθα ἀπὸ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ εὑρεθῶμεν δίχα προσκλίσεως ἀνθρωπίνης, ἄμωμοι. 3. αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆσδε τῆς ἡμέρας παρῆλθον, ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέντες κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἔχουσιν χῶρον εὐσεβῶν, οἳ φανερωθήσονται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. 4. γέγραπται γάρ· *Εἰσέλθετε εἰς τὰ ταμεῖα μικρὸν ὅσον ὅσον, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ ὁ θυμός μου, καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς ἐκ τῶν θηκῶν ὑμῶν.* 5. μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοί, εἰ τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐν ὁμονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆναι ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἁμαρτίας. 6. γέγραπται γάρ· *Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀνήρ, οὗ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.* 7. οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

LI. Ὅσα οὖν παρεπέσαμεν καὶ ἐποιήσαμεν διά τινος τῶν τοῦ ἀντικειμένου, ἀξιώσωμεν ἀφεθῆναι ἡμῖν· καὶ ἐκεῖνοι δέ, οἵτινες ἀρχηγοὶ στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. 2. οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολιτευόμενοι ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον αἰκίαις περιπίπτειν ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῶς καὶ δικαίως ὁμοφωνίας. 3. καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ θεοῦ Μωϋσῆν, ὧν τὸ κρίμα πρόδηλον ἐγενήθη. 4. *κατέβησαν* γὰρ *εἰς ᾅδου ζῶντες*, καὶ *θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς*. 5. Φαραὼ καὶ ἡ στρατιὰ αὐτοῦ καὶ πάντες οἱ ἡγού-

1 *αἰτούμεθα* H | 3 *τῆς* > A | 4 *οἱ* + *δὲ* H | 5 *Χριστοῦ* A (?) L Clem : *θεοῦ* HS | 7 *ὁ* > A | 9 *ἐσμεν* AL : *ἦμεν* HS | 10 *ὑμῖν* H | 12 *οὗ* A : *ᾧ* HLS | 15 *τοῦ* pr > H | 17 *καὶ ἐποιήσαμεν* > A | 25 *στασιασάντων* H | 26 *θεράποντα* : *ἄνθρωπον* H

3. *χῶρον*] Cf. 5, 4. 7; 44, 5; Iren. V, 31, 2. — *ἐπισκοπῇ*] Cf. Luc. 19, 44; I Petr. 2, 12. 25.

4. Loci combinati. Verba autem media vel *καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς* desiderantur in bibliis. Ad tertiam particulam accedit etiam V Esdra 2, 16: Et resuscitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos. — *μικρὸν ὅσον*] Cf. Hebr.

luerit? Oremus igitur et petamus ab illius misericordia, ut in caritate inveniamur sine propensione aliqua humana, inculpati. 3. Generationes omnes ab Adam usque in hodiernum diem praeterierunt; qui vero per dei gratiam in caritate sunt consummati, locum piorum obtinent et in visitatione regni Christi manifestabuntur. 4. Scriptum enim est: ***Ingredimini in cubicula paululum quantulumcumque, donec ira mea et furor pertranseat; et recordabor diei boni, et suscitabo vos e sepulcris vestris.*** 5. Beati sumus, dilecti, si praecepta domini in caritatis concordia impleverimus, ut per caritatem peccata nostra nobis remittantur. 6. Scriptum enim est: ***Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui dominus peccatum non imputabit, neque est in ore eius dolus.*** 7. Haec beatitudinis praedicatio ad eos pertinet, qui per Iesum Christum dominum nostrum a deo sunt electi, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

LI. Quaecumque igitur deliquimus et fecimus seducti a quodam ex adversarii servis, eorum remissionem imploremus; illi vero, qui seditionis et dissensionis principes exstiterunt, communem spem contemplari debent. 2. Qui enim in timore et caritate vitam degunt, se ipsos potius quam proximos in cruciatus incidere volunt, et se ipsos potius quam pulcre et iuste traditam nobis consensionem subire vituperationem volunt. 3. Melius enim est homini peccata sua confiteri, quam indurare cor suum; prout induratum est eorum cor, qui contra Mosem famulum domini seditionem concitarunt, quorum condemnatio manifesta fuit. 4. ***Descenderunt*** enim ***in infernum vivi***, et mors eos pascet. 5. Pharao una cum exercitu suo et omnes prae-

6 Ies. 26, 20; Ezech. 37, 12. — 11 Ps. 31, 1. 2. — 25 Num. 16. — 27 Num. 16, 30. 33. — 28 Exod. 14.

10, 37.
5. Cf. 49, 5; I Petr. 4, 8.
6. Cf. Rom. 4, 7. 8.
7. Cf. Rom. 4, 9.
LI, 1. Cf. Clem. Strom. IV, 18, 115 p. 614. — ἀντικειμένου] i. e. Satanas. Cf. Mart. Polyc. 17, 1; II Thess. 2, 4; I Petr. 5, 8; Barn. 2, 1; Const. ap. III, 7. 12.
3. καλὸν . . ἤ] Cf. Matth. 18, 9. 10; Marc. 9, 42; Luc. 17, 2; Os. 2, 7; Ign. Rom. 6, 1. Winer § 35, 2 c.
4. Cf. Constit. apost. II, 27; VI, 3.

μενοι Αἰγύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ ἀναβάται αὐτῶν οὐ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν ἐρυθρὰν καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ τὸ σκληρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυνέτους καρδίας μετὰ τὸ γενέσθαι τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα ἐν γῇ Αἰγύπτου διὰ τοῦ θεράποντος τοῦ θεοῦ Μωϋσέως.

LII. Ἀπροσδεής, ἀδελφοί, ὁ δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων· οὐδὲν οὐδενὸς χρῄζει εἰ μὴ τὸ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. 2. φησὶν γὰρ ὁ ἐκλεκτὸς Δαυίδ· *Ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν.* 3. καὶ πάλιν λέγει· *Θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με.* 4. *θυσία γὰρ τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.*

LIII. Ἐπίστασθε γὰρ καὶ καλῶς ἐπίστασθε τὰς ἱερὰς γραφάς, ἀγαπητοί, καὶ ἐγκεκύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. πρὸς ἀνάμνησιν οὖν ταῦτα γράφομεν. 2. Μωϋσέως γὰρ ἀναβάντος εἰς τὸ ὄρος καὶ ποιήσαντος τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας ἐν νηστείᾳ καὶ ταπεινώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν ὁ θεός· *Μωϋσῆ Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, ἐποίησαν ἑαυτοῖς χωνεύματα.* 3. καὶ εἶπεν κύριος πρὸς αὐτόν· *Λελάληκα πρός σε ἅπαξ καὶ δὶς λέγων· Ἑώρακα τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδού ἐστιν σκληροτράχηλος· ἔασόν με ἐξολεθρεῦσαι αὐτούς, καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ θαυμαστὸν καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο.* 4. καὶ εἶπεν Μωϋσῆς· *Μηθαμῶς, κύριε· ἄφες τὴν ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων.* 5. ὢ μεγάλης ἀγάπης, ὢ τελειότητος ἀνυπερβλήτου. παρρησιάζεται θεράπων πρὸς

1 *Αἰγύπτου* : *αὐτοῦ* H | 4 *γῇ Αἰγύπτου* A (*γηαιγυ . . . .*) : *Αἰγύπτῳ* HLS | 7 *οὐδὲν* > HS | *τὸ* A : *τοῦ* H | 9/10 *κέρατα* — *εὐφρανθήτωσαν* > H | 12/13 *καὶ ἐπικ.* — *με* > H | 15 *καὶ* > H | 17 *αναβαι[νοντος]* A | 19/20 *Μωϋσῆ Μωϋσῆ* : > LS | 22 *αὐτοῖς* : + *καὶ* LS | *χώνευμα* LS | 29 *ὢ* > H | 30 *θεράπων* : *δεσπότης* H

5. *τὰς ἀσυν. καρδίας*] Cf. Rom. 1, 21. LII, 1. *ἀπροσδεής*] Cf. Act. 17, 25; Diognet. 3, 4; Clem. Hom. XI, 9.

2—4. Clem. Al. Strom. IV, 18, 115 p. 614. — Verba *ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ* Clemens verbis *αἰνέσω τὸ ὄνο-*

fecti Aegypti, currus etiam et consistentes in iis non aliam ob causam rubri maris profundo immersi sunt et perierunt, quam quod stulta eorum corda post tot signa et miracula ostensa per famulum dei Mosem in terra Aegypti indurata fuerint.

LII. Nullius rei, fratres, indigus est dominus omnium, nihil a quoquam desiderat, praeterquam ut ipsi fiat confessio. 2. Dicit enim electus David: *Confitebor domino, et placebit ei super vitulum novellum cornua producentem et ungulas; videant pauperes et laetentur*, 3. Et rursus dicit: *Immola deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuae, et eruam te, et glorificabis me.* 4. *Sacrificium enim deo spiritus contribulatus.*

LIII. Nostis autem, dilecti, et probe nostis sacras scripturas et penitus in divina eloquia introspexistis. Quorum ut memoriam teneatis, haec scribimus. 2. Cum Moses in montem ascendisset et quadraginta dies noctesque quadraginta in ieiunio et humilitate transegisset, dixit ei deus: *Moses Moses, descende velociter hinc, quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Aegypti; transgressi sunt cito de via, quam mandasti iis, et fecerunt sibi fusilia.* 3. Et dixit ei dominus: *Locutus sum ad te semel et iterum dicens: Vidi populum hunc et ecce, dura cervice est; sine me exterminare eos, et delebo nomen eorum sub caelo, et faciam te in gentem magnam et mirandam et hac numerosiorem.* 4. Et dixit Moses: *Neutiquam, domine, remitte huic populo peccatum, aut me quoque dele de libro viventium.* 5. O caritatem magnam! O insuperabilem perfectionem! Famulus dominum libere adloqui-

8 Ps. 68, 31—33. — 10 Ps. 49, 14. 15. — 13 Ps. 50, 19. — 19 Deut. 9, 12 (Exod. 32, 7—8). — 23 Deut. 9, 13. 14 (Exod. 32, 9—10). — 28 Exod. 32, 31. 32.

ue τοῦ θεοῦ Ps. 68, 31 substituisse videtur.

LIII, 2. *ποιήσαντος*] i. e. *διατρίψαντος* cf. Act. 15, 33; 18, 23; 20, ; II Cor. 11, 25; Iac. 4, 13; Test. II patr. IV, 10. — *Μωϋσῆ Μωϋσῆ*] aec verba locis laudatis non leguntur et a Clemente, similiter atque a Barnaba 4, 8; 14, 3, ex Exodo 3, 4 inserta esse videntur. Versiones, latina et syriaca, ea omiserunt.

3—5. Clem. Al. Strom. IV, 19, 120 p. 617.

κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

LIV. Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος, τίς εὔσπλαγχνος, τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; 2. εἰπάτω· Εἰ δι' ἐμὲ στάσις καὶ ἔρις καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. 3. τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν Χριστῷ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. *τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*. 4. ταῦτα οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ θεοῦ ἐποίησαν καὶ ποιήσουσιν.

LV. Ἵνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας· πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. 2. ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμά, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται· πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἑτέρους ἐψώμισαν. 3. πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα. 4. Ἰουδὶθ ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ᾐτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων. 5. παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ, καὶ παρέδωκεν κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. 6. οὐχ ἧττονι καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι ῥύσηται· διὰ γὰρ τῆς νηστείας καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς ἠξίωσεν τὸν παντεπόπτην δεσπότην, θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐρύσατο τὸν λαόν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσεν.

3 *ἡμῖν* HL | 12 *ὑποδείγματα* : *ὑπομνήματα* H | 18 *ἐξέδωκαν* H | 25 *ἧττονι* : *ηττονει* A, *ἧττον* HLS | 28 *τῆς* > H | 29 *δεσπότην* > H

LIV, 1—2. Manuscriptum syriacum VIII vel IX saeculi. Cf. Lightfoot I, 183.

2. Epiphanius H. 27 c. 6: *λέγει γὰρ (Κλήμης) ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ. — εἰπάτω*] Omnes hucusque censuerunt, Clementem seditiosos adhortari, ut exirent. Bang nuperrime (*Theol. Studien und Kri-*

tur, pro plebe remissionem postulat aut seipsum una cum iis deleri petit.

LIV. Quis igitur inter vos generosus, quis misericors, quis caritate plenus? 2. Dicat: Si propter me seditio et discordia et schismata orta sunt, discedo, abeo, quocumque volueritis, et quae multitudo iusserit, facio; dummodo Christi grex in pace degat cum constitutis presbyteris. 3. Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Christo conciliabit, et omnis locus eum excipiet. ***Domini enim est terra et plenitudo eius.*** 4. Haec faciunt et facient, qui divinam, cuius nunquam paenitet, vitam vivunt.

LV. Ut autem etiam exempla gentium proferamus: multi reges et gubernatores, pestifero tempore saeviente, cum oraculo essent admoniti, morti se ipsos tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent. Multi, ne diutius seditio duraret, a civitatibus suis secesserunt. 2. Multos inter nos cognovimus, qui se ipsos in vincula coniecerunt, ut alios redimerent. Multi in servitutem se ipsos dediderunt et accepto pretio sui alios cibarunt. 3. Multae mulieres gratia divina corroboratae virilia multa gesserunt. 4. Beata Iudith, cum urbs circumsessa esset, rogavit seniores, ut sibi liceret in alienigenarum castra exire; 5. et periculo se obiciens propter amorem patriae populique obsessi egressa est, et tradidit deus Olophernem in manus mulieris. 6. Non minori periculo etiam perfecta in fide Esther, ut duodecim tribus Israel ab instanti exitio liberaret, se ipsam obiecit. Nam cum ieiunio et humiliatione precata est rerum omnium inspectorem dominum, saeculorum deum; qui animi eius humilitatem cernens populum liberavit, cuius gratia illa periculum subierat.

9 Ps. 23, 1. — 20 Iudith 8 sqq. — 25 Esther 7. 8. — 27 Esther 4, 16.

tiken 1898 p. 470—486 demonstrare conatus est, patrem presbyteros a seditiosis impugnatos rogare, ut discederent. Equidem interpretationem veterem rectam habeo, idemque sentit Harnack, *Texte und Untersuchungen, N. F.* V, 3 (1900), 76—80.

LV, 1. Respicit hunc locum Origenes In Ioann. VI c. 36; cf. XXVIII c. 14; In ep. ad Rom. IV c. 11; C. Celsum I, 31 (ed. Bened. IV, 153. 393. 541; I, 349).

2. πολλοὺς ἐν ἡμῖν κτλ.] non ad Romanos gentiles, ut nonnulli putaverunt, sed christianos referendum est. Cf. Rom. 16, 4; Phil. 2, 30; Const. ap. V, 1. — ἐψώμισαν] Cf. I Cor. 13, 3.

4—6. Clem. Al. Strom. IV, 19, 120 sq. p. 617.

LVI. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία. 2. ἀναλάβωμεν παιδείαν, ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. ἡ νουθέτησις, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστιν καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ. 3. οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· *Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με· 4. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν, ὃν παραδέχεται.* 5. *Παιδεύσει με γάρ*, φησίν, *δίκαιος ἐν ἐλέει καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.* 6. Καὶ πάλιν λέγει· *Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἤλεγξεν ὁ κύριος· νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου· αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· 7. ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. 8. ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεταί σου κακόν. 9. ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε· 10. καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ κακῶν ἐπερχομένων. 11. ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς. 12. θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι. 13. εἶτα γνώσῃ, ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος, ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ. 14. γνώσῃ δέ, ὅτι πολὺ τὸ σπέρμα σου, τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ. 15. ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσπερ θημωνιὰ ἅλωνος καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα.* 16. βλέπετε, ἀγαπητοί, πόσος ὑπερασπισμός ἐστιν τοῖς παιδευομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπότου· πατὴρ γὰρ ἀγαθὸς ὢν παιδεύει εἰς τὸ ἐλεηθῆναι ἡμᾶς διὰ τῆς ὁσίας παιδείας αὐτοῦ.

LVII. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν τῆς στάσεως ποιήσαντες

4 *τὸν* > H | 11/12 *δίκαιος* : *κύριος* H | 12 *ελαιος* A | *ἁμαρτωλῶν* A : *ἁμαρτωλοῦ* HLS LXX | 14 *ὃν* + *ἂν* H | 17 *οὐχ* : *ουκ* A, *οὐ μὴ* H | 21 *οὐ μὴ φοβηθῇς* A : *οὐ φοβηθήσῃ* H | 23 *σου* sec AL : > HS

LVI, 1. *ἐντυγχάνειν*] = accedere, speciatim ad orandum. Cf. Rom. 8, 27. 34; 11, 2; Hebr. 7, 25. — *παραπτώματι*] Cf. Gal. 6, 1; Barn.

LVI. Oremus igitur et nos pro iis, qui in peccato quopiam versantur, ut moderatio et humilitas iis concedatur, ut non nobis, sed voluntati divinae cedant. Sic enim mentio, quae cum misericordia eorum fit apud deum et sanctos, ipsis fructuosa erit et perfecta. 2. Adsumamus, dilecti, disciplinam, quam nemo aegre ferre debet. Admonitio, qua alii alios commonefacimus, bona est et apprime utilis; voluntati enim divinae nos adglutinat. 3. Sic enim dicit sacer sermo: *Castigans castigavit me dominus, et morti non tradidit me;* 4. *quem enim diligit dominus, arguit; flagellat autem omnem filium, quem suscipit.* 5. *Corripiet enim*, ait, *me iustus in misericordia et increpabit me; oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* 6. Et rursus dicit: *Beatus homo, quem arguit dominus; monitionem vero omnipotentis ne renuas; ipse enim dolere facit, et rursus restituit;* 7. *percussit, et manus eius sanaverunt.* 8. *Sexies de necessitatibus eruet te, et in septimo non tanget te malum.* 9. *In fame liberabit te a morte, in praelio vero de manu ferri solvet te;* 10. *a flagello linguae abscondet te, et non timebis a malis venientibus.* 11. *Iniustos et iniquos deridebis, et feroces bestias non timebis;* 12. *bestiae enim ferae pacatae erunt tibi.* 13. *Deinde scies, in pace esse domum tuam; habitatio autem tabernaculi tui non deficiet.* 14. *Scies autem, quod multum semen tuum, et liberi tui erunt quasi omnis herba campi.* 15. *Et venies in sepulcrum tamquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt, vel sicut acervus areae in tempore comportatus.* 16. Videtis, dilecti, quanta protectio sit iis, qui a domino castigantur; cum enim pater bonus sit, castigat nos, ut sancta eius disciplina misericordiam consequamur.

LVII. Vos igitur, qui seditionis fundamenta iecistis, in ob-

9 Ps. 117, 18. — 10 Prov. 3, 12 (Hebr. 12, 6). — 11 Ps. 140, 5. — 13 Iob 5, 17—26.

19, 4. — μνεία] Cf. Rom. 1, 9; Eph. 1, 16; Phil. 1, 3; I Thess. 3, 6; II Tim. 1, 3. Clemens de intercessione agit, quam presbyteri et alii apud Deum et fideles (ἁγίους) pro paenitentibus faciunt. Cf. Tert. De paenit. c. 9; Eus. H. E. V, 28, 12.

2. Cf. Eph. 6, 4.

ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν. 2. μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδειαν· ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν, ἐν τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. 3. οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία· *Ἰδού, προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, διδάξω δὲ ὑμᾶς τὸν ἐμὸν λόγον.* 4. *ἐπειδὴ ἐκάλουν καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐξέτεινον λόγους καὶ οὐ προσείχετε, ἀλλὰ ἀκύρους ἐποεῖτε τὰς ἐμὰς βουλάς, τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις ἠπειθήσατε· τοιγαροῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι, καταχαροῦμαι δέ, ἡνίκα ἂν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος καὶ ὡς ἂν ἀφίκηται ὑμῖν ἄφνω θόρυβος, ἡ δὲ καταστροφὴ ὁμοία καταιγίδι παρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν θλίψις καὶ πολιορκία.* 5. *ἔσται γάρ, ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· ζητήσουσίν με κακοὶ καὶ οὐχ εὑρήσουσιν. ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, τὸν δὲ φόβον τοῦ κυρίου οὐ προείλαντο, οὐδὲ ἤθελον ἐμαῖς προσέχειν βουλαῖς, ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺς ἐλέγχους.* 6. *τοιγαροῦν ἔδονται τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρποὺς καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας πλησθήσονται.* 7. *ἀνθ' ὧν γὰρ ἠδίκουν νηπίους φονευθήσονται, καὶ ἐξετασμὸς ἀσεβεῖς ὀλεῖ· ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι πεποιθὼς καὶ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ.*

LVIII. Ὑπακούσωμεν οὖν τῷ παναγίῳ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματι αὐτοῦ φυγόντες τὰς προειρημένας διὰ τῆς σοφίας τοῖς ἀπειθοῦσιν ἀπειλάς, ἵνα κατασκηνώσωμεν πεποιθότες ἐπὶ τὸ ὁσιώτατον τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ ὄνομα. 2. δέξασθε τὴν συμβουλὴν ἡμῶν, καὶ ἔσται ἀμεταμέλητα ὑμῖν. ζῇ γὰρ ὁ θεὸς καὶ ζῇ ὁ κύριος Ἰησοῦς

5 *ἐλλογίμους* A(L) : + *ὑμᾶς* H | 7 *διδάξαι* H | 14 *θλίψις* ALS : + *καὶ στενοχωρία* H cf. Rom. 2, 9; 8, 35 | 16 *τοῦ* > H | 17 *προείλοντο* H | 19/20 *πλησθήσονται* : post *πλησθησον* . . . A deficit usque ad c. 65 initium | 22 *πεποιθὼς* LS cf. 58, 1 : > H | 25 *ὁσιώτατον* H : sanctum LS (?) | 26 *μεγαλωσύνης* HS : iustitiae L | 27 *ζῇ* sec HS : > L Bas

LVII, 1. *ὑποτάγητε κτλ.*] Cf. 1, 3; I Petr. 5, 5. — *κάμψαντες τὰ γ. τ. κ.*] Haec phrasis in patribus et conciliis frequens desumpta videtur ex oratione Manassis, quam quaedam biblia complectuntur quamque referunt Didascalia vel Constitutiones apost. II, 22. Multas vero similes in scriptoribus sacris et ecclesiasticis invenies. Const. ap. VIII, 37: *τοὺς κάμψαντας αὐχένα καρδίας αὐτῶν*, Liturg. Marci post Orationem

oedientia subditi estote presbyteris et correctionem suscipite in paenitentiam, genua cordium vestrorum flectentes. 2. Discite subici, deponentes gloriosam et superbam linguae vestrae adrogantiam; melius enim vobis est in grege Christi parvos et bonae famae reperiri, quam nimis splendentes spe illius eici. 3. Sic enim dicit sapientia omnem virtutem complectens: *Ecce, proferam vobis mei spiritus dictionem, docebo autem vos meum sermonem.* 4. *Quoniam vocabam, et non oboedistis, et extendebam verba, et non attendistis, sed irrita fecistis mea consilia, et meis increpationibus rebelles fuistis; itaque et ego vestra perditione ridebo, gaudebo autem, cum venerit vobis interitus et quoties advenerit vobis subito tumultus, eversio autem similis procellae adfuerit, vel cum venerit vobis tribulatio et oppressio.* 5. *Etenim cum invocabitis me, ego non exaudiam vos; quaerent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam, timorem autem domini non adsumserunt, neque volebant meis attendere consiliis; subsannabant autem meas redargutiones.* 6. *Ergo comedent viae suae fructus, et sua ipsorum impietate saturabuntur.* 7. *Propterea enim quod iniuria adficiebant parvulos, occidentur, et inquisitio impios perdet; qui autem me audierit, requiescet in spe confidens et tranquille vivet nullum malum timens.*

LVIII. Oboediamus igitur nomini eius sanctissimo et glorioso fugientes minas, quas sapientia inoboedientibus praedixit, ut habitemus confidentes piissimo maiestatis eius nomine. 2. Accipite consilium nostrum, nec paenitebit vos. Sicut enim deus

6 Prov. 1, 23—33.

dominicam: *σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν.*

3. *πανάρετος σοφία*] Cf. Eus. H. E. IV, 22, 8; Clem. Al. Strom. II, 22, 136 p. 501; Paedag. II, 2, 27 p. 182 etc.

7. *πεποιθώς*] Hoc verbum in libris biblicis praestantioribus Prov. 1, 33 deest et a Clemente insertum esse videtur. Cf. 58, 1; Sirach 4, 15; Clem. Al. Strom. II, 22, 136 p. 501.

LVIII, 1. *κατασκηνώσωμεν*] Cf. Prov. 1, 33; Ps. 15, 9; 90, 1.

2. Basil. M. De spirit. sancto c. 29 ed. Bened. III, 61 (*ζῇ γὰρ — ἅγιον*). — *ζῇ κτλ.*] Clemens hic etiam magis perspicue quam 46, 6 fidem trinitatis profitetur. Duo potissimum consideranda sunt. Loco iuramenti V. T.: *ζῇ κύριος ὅτι* (I Reg. 14, 39; 20, 3; 26, 16; 29, 6 cf. 14, 45; 19, 6; Num. 14, 21. 28; Ruth 3, 13 etc.)

Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἥ τε πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐκλεκτῶν, ὅτι ὁ ποιήσας ἐν ταπεινοφροσύνῃ μετ' ἐκτενοῦς ἐπιεικείας ἀμεταμελήτως τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένα δικαιώματα καὶ προστάγματα, οὗτος ἐντεταγμένος καὶ ἐλλόγιμος ἔσται εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν σωζομένων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐστὶν αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

LIX. Ἐὰν δέ τινες ἀπειθήσωσιν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δι' ἡμῶν εἰρημένοις, γινωσκέτωσαν, ὅτι παραπτώσει καὶ κινδύνῳ οὐ μικρῷ ἑαυτοὺς ἐνδήσουσιν· 2. ἡμεῖς δὲ ἀθῷοι ἐσόμεθα ἀπὸ ταύτης τῆς ἁμαρτίας καὶ αἰτησόμεθα ἐκτενῆ τὴν δέησιν καὶ ἱκεσίαν ποιούμενοι, ὅπως τὸν ἀριθμὸν τὸν κατηριθμημένον τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διαφυλάξῃ ἄθραυστον ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων διὰ τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν δόξης ὀνόματος αὐτοῦ, 3. ἐλπίζειν ἐπὶ τὸ ἀρχεγόνον πάσης κτίσεως ὄνομά σου, ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ γινώσκειν σε τὸν μόνον *ὕψιστον ἐν ὑψίστοις, ἅγιον ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενον*· τὸν *ταπεινοῦντα ὕβριν ὑπερηφάνων*, τὸν *διαλύοντα*

3/4 *καὶ προστάγματα* > S | 5 *Ἰησοῦ* > L | 7 *ἀπειθήσωσι* H, adhibeo etiam in hac sectione orthographiam codicis A | 9 *ἐνδήσουσιν* HS : tradent (*ἐνδώσουσιν*) L | 11 *αὐτοῦ* > L | 12 *ἄθραυστον* : + deus L | 13 *Χριστοῦ* H : + *τοῦ κυρίου ἡμῶν* LS | 16 *σου* H : *αὐτοῦ* LS, + *ἅγιον* S | 17 *ὕψιστον ἐν ὑψ.* : excelsum in excelsis L

formula adhibetur, qua una cum patre filius et spiritus sanctus testes invocantur, et sanctissima trinitas insuper fundamentum fidei (cf. Ign. Smyrn. 10, 2) ac spei nostrae (Ign. Magn. 11) declaratur. Similiter dicit Ascensio Iesaiae c. 3, 13: *ζῇ γὰρ κύριος ὁ θεός μου καὶ ὁ ἀγαπητὸς αὐτοῦ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ἐμοί, ὅτι κτλ.* (*Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1878 p. 350). — *πίστις κτλ.*] Appositio ad verba praecedentia.

LIX, 1. *ὑπ' αὐτοῦ*] sc. *τοῦ θεοῦ*.

2. *ἀθῷοι*] Cf. 46, 3. 4; Num. 5, 31. — *ἀριθμὸν κτλ.*] Cf. 2, 4. Auctor Constitutionum ap. VIII, 22 dicens: *ὁ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων φανεροποιήσας καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν σου διαφυλάττων*, 60, 1 cum hoc loco coniunxit. — *ἠγαπ. παιδός*] Cf. Ies. 42, 1; Matth. 12, 18; Mart. Polyc. 14, 1. 3; Const. ap. VIII, 5. 39. 41. — *ἐκάλεσεν κτλ.*] Cf. I Petr. 2, 9.

3. *ἐλπίζειν*] pendet ab *ἐκάλεσεν*, et auctor ab oratione obliqua ad orationem rectam transit. Cf. Act. 1, 4; 17, 3; 23, 22; Luc. 5, 14; Clem. Recogn. III, 32; VII, 27; Ps.-Dionys. Eccles. hierarch. V, 3, 5. Bryennius

vivit et dominus Iesus Christus vivit et spiritus sanctus, fides et spes electorum, ita qui in humilitate cum aequitate assidua impigre mandata et praecepta a deo proposita exsequitur, constitutus et electus erit in numero eorum, qui salvantur per Iesum Christum, per quem ei est gloria in saecula saeculorum. Amen.

LIX. Sin autem quidam non obtemperaverint iis, quae ille per nos dixit, cognoscant, offensioni et periculo non parvo sese implicaturos esse; 2. nos autem innocentes erimus ab hoc peccato et continuo orantes ac supplicantes precabimur, ut opifex omnium rerum numerum electorum suorum constitutum in toto mundo conservet integrum per dilectum puerum Iesum Christum, per quem nos vocavit de tenebris in lucem, de ignorantia in cognitionem gloriae nominis sui, 3. ut speremus in nomine tuo, principio omnis creaturae, ut oculis cordis nostri apertis cognoscamus te solum ***altissimum in altissimis, sanctum in sanctis quiescentem;*** qui ***humilias arrogantiam superborum, solvis***

17 Ies. 57, 15. — 18 Ies. 13, 11. — 18 Ps. 32, 10.

et Lightfoot *δός, δέσποτα* vel verba similia praemittenda esse putant. Sed non solum consensus codicum obstat, sed neque verba illa suppleantur necesse est. Interpres syriacus subita orationis mutatione offensus in toto versu quidem pro secunda persona tertiam posuit, neque vero alium textum legit. Clemens hic incipit Deo laudes et preces afferre, et suspicari licet, eum nonnullas e liturgia ecclesiae Romanae desumpsisse. Iustinus Apol. I, 67 quidem dicit, episcopum, quantum possit (*ὅση δύναμις αὐτῷ*), preces et gratiarum actiones sursum mittere. Tertullianus Apol. c. 39 s. f. refert, in agape Christianos, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio possit, Deo canere. Inde autem non sequitur, tum temporis orationes liturgicas scriptas nondum fuisse. — *ἀνοίξας κτλ.*] Cf. Eph. 1, 17 sq. — *γινώσκειν κτλ.*] Cf. Ioann. 17, 3. — *ὕψιστον — ἀναπαυόμενον*] Ies. 57, 15: *ὁ ὕψιστος ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν τὸν αἰῶνα, ἅγιος ἐν ἁγίοις ὄνομα αὐτῷ, ὕψιστος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος.* Const. ap. VIII, 11, ubi oratio episcopi sic incipit: ***Κύριε*** *παντοκράτορ, ὕψιστε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ἅγιε ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενε.* Utroque loco igitur habes *ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς.* Locutio *ἐν ὑψίστοις* exstat Iob 16, 19; Ps. 72, 11; 148, 1; Sirach 26, 16; 43, 9; Luc. 2, 14; 19, 38. Ab Eunomio Confess. fid. c. 2 Deus pater praedicatur *ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις.* — *ἅγιον κτλ.*] Liturg. Iac. et Marc. in Elevatione: *ἅγιε ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος.* —

λογισμοὺς ἐθνῶν, τὸν *ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος καὶ τοὺς ὑψηλοὺς ταπεινοῦντα*, τὸν *πλουτίζοντα καὶ πτωχίζοντα*, τὸν *ἀποκτείνοντα* καὶ σώζοντα *καὶ ζῆν ποιοῦντα*, μόνον εὐεργέτην *πνευμάτων καὶ θεὸν πάσης σαρκός*· τὸν *ἐπιβλέποντα ἐν τοῖς ἀβύσσοις*, τὸν ἐπόπτην ἀνθρωπίνων ἔργων, τὸν τῶν κινδυνευόντων βοηθόν, τὸν τῶν *ἀπηλπισμένων σωτῆρα*, τὸν παντὸς πνεύματος κτίστην καὶ ἐπίσκοπον· τὸν πληθύνοντα ἔθνη ἐπὶ γῆς καὶ ἐκ πάντων ἐκλεξάμενον τοὺς ἀγαπῶντάς σε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἠγαπημένου παιδός σου, δι' οὗ ἡμᾶς ἐπαίδευσας, ἡγίασας, ἐτίμησας. 4. ἀξιοῦμέν σε, δέσποτα, *βοηθὸν* γενέσθαι *καὶ ἀντιλήπτορα* ἡμῶν. τοὺς ἐν θλίψει ἡμῶν σῶσον, τοὺς ταπεινοὺς ἐλέησον, τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον, τοῖς δεομένοις ἐπιφάνηθι, τοὺς ἀσθενεῖς ἴασαι, τοὺς πλανωμένους τοῦ λαοῦ σου ἐπίστρεψον· χόρτασον τοὺς πεινῶντας, λύτρωσαι τοὺς δεσμίους ἡμῶν, ἐξανάστησον τοὺς ἀσθενοῦντας, παρακάλεσον τοὺς ὀλιγοψυχοῦντας· *γνώτωσάν σε ἅπαντα τὰ ἔθνη, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς μόνος* καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ παῖς σου καὶ *ἡμεῖς λαός σου καὶ πρόβατα τῆς νομῆς σου.*

LX. Σὺ γὰρ τὴν ἀέναον τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων ἐφανεροποίησας· σύ, κύριε, τὴν οἰκουμένην ἔκτισας, ὁ

1 *ταπεινοὺς* HS : humile L | *εἰς ὕψος* : in excelsis L | 3 *καὶ σώζοντα* L (et salvas) S (et redimit) : > H | *εὐεργέτην* H : *εὑρετὴν* LS | 4 *θεόν* : dominum L | 10 *σε* LS : > H | 11 *ἡμῶν* > L | *τοὺς ταπεινοὺς ἐλέησον* > LS | 12 *ἐπιστράφηθι* S | *ἀσθενεῖς* LS : *ἀσεβεῖς* H | 15 *σε* H : > LH | 17 *σου* sec > L | 18 *γὰρ* LS : > H | *ἀέναον* cf. 20, 10 : *ἀένναον* H | 19 *κύριε* > L | *ὁ* > S

ποιοῦντα κτλ.] Iob 5, 11. Cf. Ps. 74, 8; Sirach 7, 11; Ies. 10, 33; Ezech. 17, 24; 21, 26; Matth. 23, 12; Luc. 14, 11. — *εὐεργέτην*] Cf. Ps. 115, 7. — *πνευμάτων κτλ.*] Cf. Liturg. Iac. in Commem. mortuorum. — *ἐπόπτην κτλ.*] Cf. Ps. 32, 13; Esth. 5, 1. — *ἀπηλπισμένων*] Cf. Ies. 29, 19. Liturg. Marc. in Litania magna: *ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπηλπισμένων.* Acta Pauli et Theclae c. 13. n. 37: *ἀπηλπισμένων σκέπη.* Act. Theodot. c. 21 (Ruinart, Acta ed. Galura II, 302): *Domine I. Chr., spes desperatorum.* — *πν. κτίστην*] Cf. Zach. 12, 1; Ies. 57, 16; Am. 4, 13. — *ἐπίσκοπον*] Cf. Iob 10, 12; Sap. 1, 6; I Petr. 2, 25. — *ἐπαίδευσας*] Cf. Tit. 2, 12. — *ἡγίασας*] Cf. Ioann. 17, 17; I Cor. 1, 2. — *ἐτίμησας*] Cf. Ioann. 12, 26; 1 Petr. 2, 4. 6. 7.

4. *ἀξιοῦμεν κτλ.*] Cf. Const. ap. VIII, 12 s. f.: *ἔτι ἀξιοῦμέν σε . . . ὅπως πάντων ἐπίκουρος γένῃ, πάντων βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ.* — *τοὺς ἐν θλίψει κτλ.*] Liturg. Marci in Litania magna s. f.: *λύτρωσαι δεσμίους, ἐξέλου τοὺς ἐν ἀνάγκαις, πεινῶντας χόρτασον, ὀλιγοψυχοῦντας παρακάλεσον, πεπλανημένους ἐπίστρεψον, ἐσκοτισμένους φωταγώγησον, πεπτωκότας ἔγει-*

cogitationes gentium, *humiles elevas* et *excelsos humilias*, *divites facis et pauperes*, *occidis* et salvas *et vivificas*, solus benefactor *spirituum et deus omnis carnis*; qui *intueris in abyssos*, inspector operum hominum, periclitantium adiutor, *desperantium salvator*, omnis spiritus creator et episcopus; qui gentes in terra multiplicas et ex omnibus eligis eos, qui te diligunt per Iesum Christum filium tuum dilectum, per quem nos erudivisti, sanctificasti, honorasti. 4. Rogamus te, domine, ut sis *adiutor et auxiliator* noster. Eos nostrum, qui in tribulatione sunt, libera, humilium miserere, lapsos eleva, inopibus occurre, infirmos sana, errantes populi tui converte; nutri esurientes, solve captivos nostros, erige imbecilles, consolare pusillanimes; *cognoscunto te* omnes *gentes*, *quod tu es deus solus* et Iesus Christus puer tuus ac *nos populus tuus et oves pascuae tuae*.

LX. Tu enim perennem mundi constitutionem per effectus manifestasti; tu, domine, orbem terrae fundasti, fidelis in om-

1 Iob 5, 11. — 2 I Reg. 2, 7 cf. Luc. 1, 53. — 3 Deut. 32, 39 cf. I Reg. 2, 6; IV Reg. 5, 7. — 4 Num. 16, 22; 27, 16. — 4 Dan. 3, 31 (Vulg. 3, 55) cf. Sirach 16, 18. 19. — 6 Iudith 9, 11. — 10 Ps. 118, 114 cf. Iudith 9, 11. — 15 III Reg. 8, 60; IV Reg. 19, 19; Ezech. 36, 23. — 16 Ps. 78, 13; 94, 7; 99, 3.

ρον, σαλευομένους στήριξον, νενοσηκότας ἴασαι, πάντας, ἀγαθέ, εἰς τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας σύναψον . . . *φρουρὸς ἡμῶν καὶ ἀντιλήπτωρ κατὰ πάντα γενόμενος*. Inter hanc orationem et versum nostrum maior et artior consensus intercedit, quam qui sit fortuitus. — *πεπτωκότας κτλ.*] Cf. Ps. 144, 14; 145, 8. — *ἀσθενεῖς*] sc. corpore cf. Matth. 25, 39. 43; Luc. 9, 2; 10, 9; Act. 4, 9 etc. Voce *ἀσεβεῖς* II Clem. 17, 6; 18, 1 (10, 1) quidem impii Christiani significantur et supra 3, 4 zelus Corinthiorum seditiosorum *ἀσεβὴς* appellatur. Sed verbum *ἴασαι* favet lectioni *ἀσθενεῖς*, quam etiam auctor habuit orationis Liturgiae Marci modo laudatae, qui quidem ei vocem *νενοσηκότας* substituit. — *πλανωμένους κτλ.*] Cf. Ezech. 34, 16. — *δεσμίους*] Cf. Hebr. 10, 34; 13, 3; Const. ap. VIII, 10; Liturg. Iacobi in Litania magna: *μνήσθητι, κύριε* . . . *Χριστιανῶν τῶν ἐν δεσμοῖς, τῶν ἐν φυλακαῖς κτλ.* — *ἀσθενοῦντας*] sc. animo cf. Rom. 4, 19; 14, 1. 2. 21; I Cor. 8, 9. 11. 12; II Cor. 11, 21. 29; 12, 10; 13, 3. 4. Attamen verbum etiam ad significandam corporis imbecillitatem adhibetur cf. Luc. 7, 10; Matth. 10, 8; 25, 39 etc. —

LX, 1. *κ. σύστασιν κτλ.*] Cf. Sap. 7, 17; Const. ap. VIII, 22. Auctor huius libri hanc sectionem exscripsit, cf. 59, 2 not. — *οἰκ. ἔκτισας*] Cf. Ps.

πιστὸς ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς, δίκαιος ἐν τοῖς κρίμασιν, θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, ὁ σοφὸς ἐν τῷ κτίζειν καὶ συνετὸς ἐν τῷ τὰ γενόμενα ἑδράσαι, ὁ ἀγαθὸς ἐν τοῖς ὁρωμένοις καὶ πιστὸς ἐν τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σέ, *ἐλεῆμον καὶ οἰκτίρμον*, ἄφες ἡμῖν τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ τὰς ἀδικίας καὶ τὰ παραπτώματα καὶ πλημμελείας. 2. μὴ λογίσῃ πᾶσαν ἁμαρτίαν δούλων σου καὶ παιδισκῶν, ἀλλὰ καθάρισον ἡμᾶς τὸν καθαρισμὸν τῆς σῆς ἀληθείας, καὶ *κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν ἐν ὁσιότητι καρδίας πορεύεσθαι καὶ ποιεῖν τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιόν σου* καὶ ἐνώπιον τῶν ἀρχόντων ἡμῶν. 3. ναί, δέσποτα, *ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐφ' ἡμᾶς εἰς ἀγαθὰ* ἐν εἰρήνῃ, εἰς τὸ σκεπασθῆναι ἡμᾶς *τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ* καὶ ῥυσθῆναι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας *τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ*, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μισούντων ἡμᾶς ἀδίκως. 4. δὸς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην ἡμῖν τε καὶ πᾶσιν τοῖς κατοικοῦσιν τὴν γῆν, καθὼς ἔδωκας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, *ἐπικαλουμένων* σε αὐτῶν ὁσίως *ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ*, ὑπηκόους γινομένους τῷ παντοκράτορι καὶ παναρέτῳ ὀνόματί σου, τοῖς τε ἄρχουσιν καὶ ἡγουμένοις ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

LXI. Σύ, δέσποτα, ἔδωκας τὴν ἐξουσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῖς διὰ τοῦ μεγαλοπρεποῦς καὶ ἀνεκδιηγήτου κράτους σου, εἰς τὸ γινώσκοντας ἡμᾶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην δόξαν καὶ τιμὴν ὑποτάσσεσθαι αὐτοῖς, μηδὲν ἐναντιουμένους τῷ θελήματί σου· οἷς δός, κύριε, ὑγίειαν, εἰρήνην, ὁμόνοιαν, εὐστάθειαν, εἰς τὸ διέπειν αὐτοὺς τὴν ὑπὸ σοῦ δεδομένην αὐτοῖς ἡγεμονίαν ἀπροσκόπως.

2 *καὶ* sec > S | 3/4 *πιστὸς* H : suavis L, mitis S, *χρηστὸς* Knopf | 5 *ἡμῶν* > L | 7 *καθάρισον* LS : *καθαρεῖς* H | 8 *ὁσιότητι* HL : + *καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁπλότητι* S | 16 *ὁσίως* LS cf. 2, 3; 14, 1; 45, 3. 7 : > H | 16/17 *ὑπηκόους γινομένους* HLS : em *ὑπηκόοις γινομένοις* Gebhardt, praemisit *ὥστε σώζεσθαι ἡμᾶς* Lightfoot | 17 *παναρέτῳ* H : mirifico L, *ἐνδόξῳ* S(?) Knopf | 18 *ἡμῶν* > L | 19 *αὐτοῖς* > L | 21 *αὐτοῖς* : nobis L | 22 *οἷς* : quibus .. nobis L | 23 *κύριε* > L

88, 12. 13. — *πιστὸς κτλ.*] Cf. Deut. 7, 9; Ps. 144, 14. — *δίκαιος κτλ.*] Cf. II Paral. 12, 6; Tob. 3, 2; Ps. 118, 137; 144, 17. — *θαυμαστὸς κτλ.*] Cf. Sirach 43, 29. 30. — *σοφὸς κτλ.*] Cf. Ps. 103, 1 sqq.; 146, 5; Prov. 8, 25. — *ἀγαθὸς κτλ.*] Sensus est: Deus nobis beneficia dat, quae sub sensus cadunt, et alia promittit, quorum per spem participes erimus. Cf. 35, 2; Sap. 13, 1; Hebr. 11, 1.

2. *καθάρισον κτλ.*] Cf. Num. 14, 18. — *τ. σ. ἀληθείας*] Cf. Ps. 70, 22; Io ann. 17, 17.

nibus generationibus, iustus in iudiciis, admirabilis in fortitudine et magnificentia, sapiens in condendo et prudens in creatis stabiliendis, bonus in iis, quae videntur, et fidelis in eos, qui in te confidunt, ***benignus et misericors***, dimitte nobis iniquitates et iniustitias et peccata et delicta nostra. 2. Ne imputes omne peccatum servorum tuorum et servarum, sed purifica nos in veritate tua et ***dirige gressus nostros***, ut ***in pietate cordis ambulemus*** et ***agamus, quae bona et beneplacita sunt coram te*** ac coram principibus nostris. 3. Immo, domine, ***ostende faciem tuam super nos, ut bonis fruamur*** in pace, ut tegamur ***manu tua potenti*** et ab omni peccato liberemur ***brachio tuo excelso***, ac libera nos ab iis, qui nos oderunt iniuste. 4. Da concordiam ac pacem et nobis et omnibus habitantibus terram, sicut dedisti patribus nostris, pie te ***invocantibus in fide et veritate***, qui oboedientes sumus nomini tuo omnipotenti omnique virtute pleno et principibus et praefectis nostris in terra.

LXI. Tu, domine, dedisti iis potestatem regni per magnificam et inenarrabilem virtutem tuam, ut cognoscentes gloriam et honorem, quem tu iis tribuisti, nos subiciamus ipsis, voluntati tuae non adversantes; quibus da, domine, sanitatem, pacem, concordiam, firmitatem, ut imperium, quod tu iis dedisti, sine

4 Ioel 2, 13; Sirach 2, 11; II Paralip. 30, 9. — 8 Ps. 39, 3; 118, 133. — 8 III Reg. 9, 4. — 9 Deut. 12, 25. 28; 13, 18; 21, 9. — 10 Ps. 66, 2; 79, 4. 8. 20; Num. 6, 25. 26. — 11 Gen. 50, 20; Ier. 21, 10; 24, 6; Am. 9, 4; Deut. 30, 9. — 12 Ies. 51, 16; Exod. 6, 1; Deut. 4, 34; 5, 15; Ier. 39, 21; Ezech. 20, 33. 34. — 16 Ps. 114, 18; 146, 9 cf. I Tim. 2, 7.

3. *ἐπίφανον κτλ.*] Cf. Constit. apost. VIII, 18. 37; Liturg. Marci in Offertorio. — *ῥῦσαι κτλ.*] Cf. Ps. 17, 18; 37, 20.

4. *πᾶσιν κτλ.*] Cf. I Tim. 2, 1. Polyc. Phil. 12, 2. — *πατράσιν*] sc. patriarchis et prophetis cf. 4, 8; 30, 7; 31, 2; 62, 2. — *ὑπ. γινομένους*] Anacoluthon. Cf. Eph. 1, 17. 18; 4, 1—3. Winer § 63, 2a. — *παντοκράτορι κτλ.*] Cf. Herm. Vis. III, 3, 5. — *τοῖς τε ἄρχουσιν κτλ.*] Recte Lightfoot haec verba coniunxit cum praecedentibus, ceteri editores cum sequentibus. Cf. 60, 2; Athenag. Legat. c. 1; Theoph. Ad Autol. I, 11.

LXI. Preces offeruntur pro regibus. Cf. I Tim. 2, 2; Polyc. Phil. 12, 3; Iust. Apol. I, 14. 17; Tert. Apol. c. 30—36.

1. *ἔδωκας*] Cf. Sap. 6, 3; Rom. 13, 1—6. — *ὑποτάσσεσθαι*] Cf. Rom. 13, 5; Tit. 3, 1; I Petr. 2, 13—16. — *εὐστάθειαν*] Cf. Sap. 6, 26; II Macc. 14, 6.

2. σὺ γάρ, δέσποτα, ἐπουράνιε βασιλεῦ τῶν αἰώνων, δίδως τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἐξουσίαν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὑπαρχόντων· σύ, κύριε, διεύθυνον τὴν βουλὴν αὐτῶν κατὰ *τὸ καλὸν καὶ εὐάρεστον ἐνώπιόν σου*, ὅπως διέποντες ἐν εἰρήνῃ καὶ πραΰτητι εὐσεβῶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην ἐξουσίαν ἵλεώ σου τυγχάνωσιν. 3. ὁ μόνος δυνατὸς ποιῆσαι ταῦτα καὶ περισσότερα ἀγαθὰ μεθ' ἡμῶν, σοὶ ἐξομολογούμεθα διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη καὶ νῦν καὶ εἰς γενεὰν γενεῶν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

LXII. Περὶ μὲν τῶν ἀνηκόντων τῇ θρησκείᾳ ἡμῶν καὶ τῶν ὠφελιμωτάτων εἰς ἐνάρετον βίον τοῖς θέλουσιν εὐσεβῶς καὶ δικαίως διευθύνειν, ἱκανῶς ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί. 2. περὶ γὰρ πίστεως καὶ μετανοίας καὶ γνησίας ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης καὶ ὑπομονῆς πάντα τόπον ἐψηλαφήσαμεν, ὑπομιμνήσκοντες δεῖν ὑμᾶς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ καὶ μακροθυμίᾳ τῷ παντοκράτορι θεῷ ὁσίως εὐαρεστεῖν, ὁμονοοῦντας ἀμνησικάκως ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰρήνῃ μετὰ ἐκτενοῦς ἐπιεικείας, καθὼς καὶ οἱ προδεδηλωμένοι πατέρες ἡμῶν εὐηρέστησαν ταπεινοφρονοῦντες τὰ πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεὸν καὶ κτίστην καὶ πάντας ἀνθρώπους. 3. καὶ ταῦτα τοσούτῳ ἥδιον ὑπεμνήσαμεν, ἐπειδὴ σαφῶς ᾔδειμεν γράφειν ἡμᾶς ἀνδράσιν πιστοῖς καὶ ἐλλογιμωτάτοις καὶ ἐνκεκυφόσιν εἰς τὰ λόγια τῆς παιδείας τοῦ θεοῦ.

LXIII. Θεμιτὸν οὖν ἐστὶν τοῖς τοιούτοις καὶ τοσούτοις ὑποδείγμασιν προσελθόντας ὑποθεῖναι τὸν τράχηλον καὶ τὸν τῆς ὑπα-

6 *ποιῆσαι* + et L | 9 *καὶ* pr > L | 11 *καὶ* LS : > H | 12 *ὠφελιμωτάτων* HS : utilia L | *εἰς ἐν. β. τ. θέλουσιν* H : *τοῖς θέλουσιν ἐνάρετον βίον* L(?) S(?) Knopf | 13 *διευθύνειν* HLS : + *τὴν πορείαν αὐτῶν* Lightfoot | 14 *καὶ γνησίας — ἐγκρατείας* > L | 15 *τόπον* HS : + scripturae L | 17 *εὐαρεστεῖν* LS : *εὐχαριστεῖν* H | 17/18 *ἀμνησικάκως* > L | 18 *καὶ* sec > S | 20 *θεὸν καὶ κτίστην* H : creatorem deum L, universi creatorem deum S | *καὶ* tert + *πρὸς* S | 22 *ἡμᾶς* : vobis L | *ἐλλογιμωτάτοις* H : probatis L, doctis S

3. *μεθ' ἡμῶν*] Hebraicus dicendi modus. Cf. Luc. 1, 72; 10, 37. — *ἀρχιερέως κτλ.*] Cf. 36, 1; 64; I Petr. 2, 25. — *προστάτου τ. ψ.*] Cf. Greg. Thaum. Paneg. c. 3. — *καὶ νῦν καὶ κτλ.*] Cf. 64; Ps. 118, 44; 144, 1. 2. 21.

LXII, 1. *διευθύνειν*] Gebhardt putat *αὐτὸν* sc. *βίον* excidisse, Bryennius et Lightfoot *τὴν βουλὴν αὐτῶν* (cf. 61, 2) vel *τὴν πορείαν αὐτῶν* (cf. 48, 4) supplendum esse opinan-

offendiculo administrent. 2. Tu enim, domine, caelestis rex saeculorum, filiis hominum das gloriam et honorem et potestatem eorum, quae in terra sunt; tu, domine dirige consilium eorum secundum id, quod ***bonum et beneplacitum est in conspectu tuo,*** ut potestatem a te datam in pace et mansuetudine pie administrantes propitium te habeant. 3. Qui solus haec et plura bona nobiscum agere potes, tibi confitemur per pontificem ac patronum animarum nostrarum Iesum Christum, per quem tibi gloria et maiestas et nunc et in generationem generationum et in saecula saeculorum. Amen.

LXII. De rebus, quae ad cultum nostrum spectant quaeque ad probam vitam utilissimae sunt iis, qui pietatem et iustitiam sectari volunt, satis scripsimus vobis, viri fratres. 2. De fide enim et paenitentia et sincera caritate et continentia et castitate et patientia omnem locum attigimus, admonentes necesse esse, ut in iustitia et veritate et longanimitate deo omnipotenti pie placeatis, oblivione iniuriarum concordiam servantes in caritate et pace cum assidua aequitate, sicut et praedicti patres nostri placuerunt humiliter sentientes in patrem et deum et creatorem et omnes homines. 3. Et haec eo libentius commonefecimus, cum non ignoraremus, nos scribere viris fidelibus et electissimis et qui introspexerunt in sermones disciplinae dei.

LXIII. Aequum igitur est, talibus et tantis exemplis accedentes nos cervicem supponere et oboedientiae locum implere,

4 Deut. 12, 25. 28; 13, 18.

tur. Lipsius (*Jenaer Litztg. 1877* p. 19) verba *εἰς ἐνάρετον — διευθύνειν* vertit: ad probam vitam iis qui volunt pie et iuste dirigendam. Mihi verbum *διευθύνειν* hoc loco similiter ac *κατευθύνειν* apud LXX absolute positum esse videtur. Cf. Ps. 77, 8; 100, 7; Prov. 15, 8; 29, 27; Mal. 2, 6. — *ἱκανῶς ἐπ.*] Hunc praesertim locum Irenaeus III, 3, 3 respexisse videtur de epistula scribens: *ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις.*

2. *τόπον*] Bryennius et Harnack suppleri volunt *τῶν ἁγίων γραφῶν.* Rectius Lightfoot vocem h. l. absolute positam esse putat. Cf. Epictet. Diss. I, 7, 4 (*ἐπίσκεψίν τινα ποιητέον τῶν τόπων τούτων*); II, 17, 31 (*ὅταν τοῦτον .. ἐκπονήσῃ τὸν τόπον*) etc. — *προδεδηλωμένοι*] Cf. c. 17—19; 30; 31.

LXIII, 1. *προσελθόντας*] Cf. 33, 8; Sirach 1, 30; 6. 26; I Tim. 6, 3. — *ὑπ. τ. τράχηλον*] Cf. Sirach 51, 26.

κοῆς τόπον ἀναπληρῶσαι, ὅπως ἡσυχάσαντες τῆς ματαίας στάσεως ἐπὶ τὸν προκείμενον ἡμῖν ἐν ἀληθείᾳ σκοπὸν δίχα παντὸς μώμου καταντήσωμεν. 2. χαρὰν γὰρ καὶ ἀγαλλίασιν ἡμῖν παρέξετε, ἐὰν ὑπήκοοι γενόμενοι τοῖς ὑφ' ἡμῶν γεγραμμένοις διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκόψητε τὴν ἀθέμιτον τοῦ ζήλους ὑμῶν ὀργὴν κατὰ τὴν ἔντευξιν, ἣν ἐποιησάμεθα περὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας ἐν τῇδε τῇ ἐπιστολῇ. 3. ἐπέμψαμεν δὲ ἄνδρας πιστοὺς καὶ σώφρονας ἀπὸ νεότητος ἀναστραφέντας ἕως γήρους ἀμέμπτως ἐν ἡμῖν, οἵτινες καὶ μάρτυρες ἔσονται μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἡμῶν. 4. τοῦτο δὲ ἐποιήσαμεν, ἵνα εἰδῆτε, ὅτι πᾶσα ἡμῖν φροντὶς καὶ γέγονεν καὶ ἔστιν εἰς τὸ ἐν τάχει ὑμᾶς εἰρηνεῦσαι.

LXIV. Λοιπὸν ὁ παντεπόπτης *θεὸς* καὶ δεσπότης *τῶν πνευμάτων καὶ* κύριος *πάσης σαρκός*, ὁ ἐκλεξάμενος τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ εἰς λαὸν περιούσιον, δώῃ πάσῃ ψυχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ πίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ τιμή, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

LXV. Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύδιον Ἔφηβον καὶ Οὐαλέριον Βίτωνα σὺν καὶ Φορτουνάτῳ ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον τὴν εὐκταίαν καὶ

1 *ἀναπληρῶσαι* HL : implentes inclinemur illis qui sunt duces animarum nostrarum S | 7 *δὲ* HL : + *καὶ* S | 9 *καὶ* pr LS : > H | 10 *φροντὶς* + semper L | 12 *λοιπόν* : . . *ιπον* A cf. 57, 6 | 14 *ἡμεῖς* H | 16 *καὶ* pr HLS : > A | *καὶ* sec AS : > HL | 18 *καὶ* sec A : > HL | 18/19 *καὶ μεγαλ.* — *νῦν καὶ* > S | 19 *καὶ* pr HL : > A | *πάντας* AH : > LS | 22 *Βίτωνα* > S

— *ἀναπλ. τόπον*] Cf. I Cor. 14, 16; Clem. Hom. III, 60. — *σκοπόν*] Cf. 19, 2.

2. *ὑφ' ἡμῶν γεγρ. διὰ κτλ.*] Cf. 56, 1; 59, 1; Act. 15, 28; Greg. Thaum. Ep. can. c. 7; Cypr. Ep. 57 c. 5; Synod. Arelat. ep. ad Sylvestrum (Hard. Concil. I, 262); Leon. Ep. 120 c. 1. — *ἔντευξιν*] Haec vox apud scriptores christianos plerumque orationem vel preces (I Tim. 2, 1; 4, 5) significat. Hoc loco autem melius vertitur *exhortatio*. Cf. II Clem. 19, 1.

3. *ἄνδρας*] Cf. 65. — *ἀπὸ νεότητος κτλ.*] Cf. Iust. Apol. I, 15; Athenag. Leg. c. 33.

LXIV. *ἐκλεξάμενος*] Cf. Luc. 23, 35; Henoch c. 45, 3. 4; 53, 6 (ed. Dillmann p. 22. 26). — *ἡμᾶς δι' αὐ*

ut quiescentes a vana seditione ad scopum in veritate nobis propositum sine ulla vituperatione perveniamus. 2. Gaudium enim et laetitiam nobis praestabitis, si oboedientes facti iis, quae scripsimus per spiritum sanctum, resecetis illegitimum zeli vestri studium secundum exhortationem, quam de pace ac concordia fecimus in hac epistula. 3. Misimus autem viros fideles et castos, a iuventute usque ad senectutem inculpate nobiscum versatos, qui et testes erunt inter vos et nos. 4. Hoc vero fecimus, ut sciatis, omnem curam nostram id et spectasse et spectare, ut vos brevi ad pacem perveniatis.

LXIV. Ceterum inspector omnium ***deus*** et dominus ***spirituum et*** herus ***universae carnis***, qui elegit dominum Iesum Christum et nos per eum in populum peculiarem, det omni animae, quae gloriosum et sanctum nomen eius invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam et aequanimitatem, continentiam, castitatem et pudicitiam, ut nomini eius recte placeat, per summum sacerdotem et patronum nostrum Iesum Christum, per quem illi gloria et maiestas, potestas et honor, et nunc et in saecula saeculorum. Amen!

LXV. Missos autem a nobis Claudium Ephebum et Valerium Bitonem nec non et Fortunatum in pace cum gaudio ad nos brevi remittite, ut citius optabilem nobisque desideratissi-

12 Num. 16, 22; 27, 16 cf. Hebr. 12, 9.

τοῦ] Cf. I Cor. 8, 6; Eph. 1, 4. — περιούσιον] Cf. Deut. 14, 2; Tit. 2, 14.

LXV, 1. *Κλαύδιον Ἔφ. κ. Οὐαλέριον Βίτ.*] Cum Caligula, Claudius et Nero e gente Claudia orti essent et Messalina, una e Claudii uxoribus, e gente Valeria, cumque nomina Claudii (Claudiae) et Valerii (Valeriae) a servis et clientibus imperatoris cum vivo tum mortuo Claudio saepe gererentur, Lightfoot opinatus est, hos viros de domo Caesaris fuisse, cuius iam Philipp. 4, 22 mentio fit. Cf. Act. Iust. c. 4; Iren. IV, 30, 1; Philosoph. IX, 12. — *σὺν καί*] Cf. Phil. 4, 3; Act. 15, 35; Iust. Dial. c. 1; Eus. H. E. I, 1, 1; V, 1, 44; Clem. Al. Strom. IV, 12, 90 p. 602; VI, 15, 132 p. 806. — *Φορτουνάτῳ*] Nonnulli putaverunt, Fortunatum non Romanum, sed Corinthium (cf. I Cor. 16, 17) fuisse, Romanos de Corinthiorum seditione certiores fecisse eique in patriam redeunti legatos Romanorum adiunctos esse. Verba *σὺν καί* autem Fortunatum magis cum duobus aliis viris coniungunt quam ab iis discernunt, et ego etiam eum Romanum habuerim.

ἐπιποθήτην ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν, εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν.

2. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ᾽ ὑμῶν καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ δι᾽ αὐτοῦ, δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα, τιμή, κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ $\overline{\alpha}$.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ $\overline{\text{Β}}$.

I. Ἀδελφοί, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ θεοῦ, ὡς περὶ *κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν*· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. 2. ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ ἀκούοντες ὡς περὶ μικρῶν ἁμαρτάνουσιν, καὶ ἡμεῖς ἁμαρτάνομεν οὐκ εἰδότες, πόθεν ἐκλήθημεν καὶ ὑπὸ τίνος καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. 3. τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν, ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια; 4. τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσηγόρευσεν, ἀπολλυ-

1 *ἐπιπόθητον* H | *ἀπαγγείλωσιν* H | 4 *καὶ* AS : > HL | *δι᾽* : cum L | 5/6 *τιμὴ — αἰώνων* pr : et S | 6 *αἰώνων* pr AS : + et nunc et L | 7 *Κλήμεντος* — $\overline{\alpha}$ A : epistola Clementis ad Corinthios explicit L, finita est epistula prima Clementis quae fuit scripta ab eo ad Corinthios e Roma S, > H | 8 *Κλ. πρ. Κ.* $\overline{\beta}$ HS (praemisit *τοῦ αὐτοῦ* S), > A, exhibet autem eadem verba in indice librorum N. T. | 9 *ὑμᾶς* H | 11 *ὑμᾶς* H 12 *ἀπολαβεῖν* H | 13 *ὡς περὶ* HS : *ωσπερ* A | *ἁμαρτάνουσιν καὶ ἡμεῖς* S : > AH | 17 *δὲ* A : *γὰρ* S, > H

2. *αὐτοῦ*] sc. Christi. — *δόξα κτλ.*] Cf. Martyr. Polyc. c. 21.

I, 1—2. Timotheus Aelurus et Severus Antioch. apud Cureton, Corpus Ignat. p. 212, 244; 215, 246; Pitra, Anal. Sacra IV, 276; Lightfoot I, 180—183.

mam pacem et concordiam annuntient, ut et nos de statu vestro recte ordinato citius gaudeamus.

2. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum et cum omnibus ubique vocatis a deo et per ipsum, per quem illi gloria, honor, potentia, maiestas et dominatio sempiterna, a saeculis et in saecula saeculorum. Amen!

Clementis ad Corinthios epistula I.

CLEMENTIS AD CORINTHIOS II.

I. Fratres, ita sentire nos oportet de Iesu Christo, tamquam de deo, tamquam de *iudice vivorum et mortuorum;* nec decet nos humilia sentire de salute nostra. 2. Dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam nos accepturos speramus; quique haec quasi tenuia audiunt, peccant, et nos peccamus nescientes, unde vocati simus et a quo et in quem locum, et quanta sustinuerit Iesus Christus pati propter nos. 3. Quam igitur nos ei dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum illo, quem nobis ipse dedit? Quanta vero ei debemus beneficia? 4. Nam lucem nobis largitus est, tamquam pater filios

10 Act. 10, 42.

1. Fragmentum syriacum apud Curet. l. c. p. 365; Cowper, Syriac Miscell. p. 57; Lightfoot I, 185 (— νεκρῶν). — θεοῦ] Photius Bibl. cod. 126: ἡ δὲ δευτέρα (sc. Clementis epistula) καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου καὶ ἐν ἀρχῇ θεὸν τὸν Χριστὸν κηρύσσει. Cf. I Clem. 2, 1; 36, 1. 4. — κριτοῦ κτλ.] Cf. Barn. 7, 2; Polyc. Phil. 2, 1. — μικρὰ φρονεῖν] sc. ut Iudaei Messiae regnum in terra somniantes aut Ebionaei, de quibus cf. Orig. De princ. IV, 22; Eus. H. E. III, 27, 1; Epiph. H. 30 c. 17.

2. μικρὰ κτλ.] Cf. II Cor. 9, 6.

3. Cf. Ps. 115, 3. — ὅσια] = beneficia, ut saepius apud LXX.

4. πατὴρ υἱούς] Cf. Rom. 8, 15; Gal. 4, 6; I Ioann. 3, 1; Clem. Al. Quis dives c. 23 p. 925; Clem. Hom. III, 19.

μένους ἡμᾶς ἔσωσεν. 5. ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; 6. πηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν, ἔργα ἀνθρώπων· καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν ἀποθέμενοι ἐκεῖνο ὃ περικείμεθα νέφος τῇ αὐτοῦ θελήσει. 7. ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχοντας σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. 8. ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

II. *Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.* ὃ εἶπεν· *Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα,* ἡμᾶς εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. 2. ὃ δὲ εἶπεν· *Βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα,* τοῦτο λέγει· τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν θεόν, μὴ ὡς αἱ ὠδίνουσαι ἐγκακῶμεν. 3. ὃ δὲ εἶπεν· *Ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα·* ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν θεόν. 4. καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει, ὅτι *οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.* 5. τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. 6. ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστόν, οὐ τὰ ἑστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα. 7. οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλούς, ἐλθὼν καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

III. Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, πρῶτον μέν, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν

1 *ποῖον οὖν* H : *ποιουν* A, *ποῖον* S | *δωσωμεν* A | 2 *πηροὶ* AS : *πονηροὶ* H | 3 *καὶ* sec A : > HS | 4 *ἄλλο οὐδὲν* : ∾ H | 10 *ἐκ* A : + *τοῦ* H | 17 *ἐκκακῶμεν* H | 19 *τοῦ* > H | 21 *δὲ* AS : > H | 24 *Χριστὸς* AS : *κύριος* H

6. *προσκυνοῦντες λίθους κτλ.*] Christianus e gentilibus loquitur. Cf. 2, 1. — *ἀποθέμενοι .. περικείμεθα*] Cf. Hebr. 12, 1.

8. Cf. Rom. 4, 17 (Os. 2, 23. Rom. 9, 25). Herm. Vis. I, 1, 6; Clem. Hom. III, 32; Const. ap. V, 7; VIII, 12.

II, 1. Eodem fere modo prophetae verbum interpretatur Iustinus Apol I, 53 dicens, Christianos e gentilibus iam plures factos esse quam Christianos ex Iudaeis. — *ἡμᾶς*] i. e. Christianos e gentilibus cf. v. 3.

nos appellavit, pereuntes nos servavit. 5. Qualem igitur laudem ipsi tribuemus aut mercedem remunerationis, qua compensemus, quae accepimus? 6. qui mente eramus debiles, adorantes lapides et ligna et aurum et argentum et aes, opera hominum; et tota vita nostra nihil aliud erat quam mors. Obscuritate igitur circumdati et visum tali caligine plenum habentes, oculos recuperavimus, eam nebulam, qua cingebamur, illius voluntate deponentes. 7. Nam miseratus est nos et visceribus commotus salvos fecit, cum spectasset in nobis multum errorem atque interitum, nec ullam nos habere spem salutis nisi eam, quae ab ipso est. 8. Vocavit enim nos, qui non eramus, et voluit e nihilo esse nos.

II. ***Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et clama, quae non parturis; quoniam multi filii desertae magis quam eius, quae habet virum.*** Quod dixit: ***Laetare sterilis, quae non paris,*** nos indicat; sterilis enim erat ecclesia nostra, antequam ei dati essent filii. 2. Quod vero dixit: ***Clama, quae non parturis,*** hoc dicit: preces nostras plane ad deum referamus, non parturientium instar deficientes. 3. Quod autem dixit: ***Quia multi filii desertae magis quam eius, quae habet virum;*** id dixit, quoniam populus noster desertus esse videbatur et deo orbatus, nunc vero, cum credimus, plures facti sumus iis, qui deum habere censebantur. 4. Alia quoque scriptura ait: ***Non veni vocare iustos, sed peccatores.*** 5. Hoc dicit, quod debeat pereuntes servare. 6. Id enim magnum et admirabile est: fulcire non quae stant, sed quae cadunt. 7. Sic et Christus servare voluit pereuntia et multos servavit, veniens vocansque nos iam pereuntes.

III. Cum igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit: primo quidem, quod nos, qui vivimus, diis mortuis non sacrifi-

11 Ies. 54, 1; Gal. 4, 27. — 21 Matth. 9, 13; Marc. 2, 17; Luc. 5, 32.

2. *ἐγκακῶμεν*] sc. *ἀναφέροντες*; cf. Luc. 18, 1; II Cor. 4, 1. 16; Gal. 6, 9.

3. *δοκούντων*] i. e. Iudaeorum. Auctor ita loquens se Christianum e gentilibus esse indicat. Clem. Al. Strom. VI, 5, 41 p. 760 ex Praedicatione Petri: *μηδὲ κατὰ 'Ιουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις κτλ.*

7. *σῶσαι κτλ.*] Cf. Matth. 18, 11; Luc. 19, 10; I Tim. 1, 15.

III, 1. *πρῶτον μέν*] Deest alterum. — *οἱ ζῶντες κτλ.*] Acta Carpi c. 12:

καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτόν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; 2. λέγει δὲ καὶ αὐτός· *Τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου.* 3. οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν. 4. ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλὰ ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. 5. λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.*

IV. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς. 2. λέγει γάρ· *Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι· Κύριε κύριε, σωθήσεται, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην.* 3. ὥστε οὖν, ἀδελφοί, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾶν ἑαυτούς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν. ἐν τούτοις τοῖς ἔργοις ὁμολογῶμεν αὐτὸν καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· 4. καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν θεόν. 5. διὰ τοῦτο, ταῦτα ὑμῶν πρασσόντων, εἶπεν ὁ κύριος· *Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μου καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μου, ἀποβαλῶ ὑμᾶς καὶ ἐρῶ ὑμῖν· Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, ἐργάται ἀνομίας.*

V. Ὅθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. 2. λέγει γὰρ ὁ κύριος·

1 *καὶ οὐ προσκ. αὐτοῖς* AS : > H | 2 *ἡ πρὸς αὐτὸν* AS : *τῆς ἀληθείας* H | *ἀρνεῖσθαι* A : + *αὐτὸν* H | 4 *ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων* AH : > S | *αὐτὸν* AS : > H | 5 *μου* AH : > S | *οὖν* sec A : > HS | 9 *τῆς* > H | 10 *αὐτῶν* AS : *αὐτοῦ* H | *ἀπέστην* H | 11 *οὖν* AS : > H | 14 *ὁμολογήσομεν* H | 19 *ὑμῶν* A : *ἡμῶν* HS | 21 *ποιήσητε* H

οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς οὐ θύουσιν (*Texte und Untersuchungen* V, 3—4 p. 444).

2. Nicon Mon. Cf. I Clem. 14, 1 not.

4. Nicon Mon. — *καρδίας κτλ.*] Cf. Deut. 6, 5; Marc. 12, 30; Luc. 10, 27; Matth. 22, 37.

IV, 2. *σωθήσεται*] Auctor hoc verbum iam 1, 1 (*σωτηρία*). 4; 2, 3. 7; 3, 3; 4, 1 adhibitum verbis Matthaei *εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* substituit et vocem *δικαιοσύνην* vocabulis *τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς κτλ.*

camus nec adoramus eos, sed per ipsum cognovimus patrem veritatis; quaenam est cognitio ad eum perducens, nisi ut non negemus illum, per quem eum cognovimus? 2. Ait vero etiam ipse: ***Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo.*** 3. Haec est itaque merces nostra, si quidem eum confitemur, per quem servati sumus. 4. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quae dicit et mandata illius non spernendo, nec solum labiis eum honorando, sed ex toto corde et ex tota mente. 5. Dicit enim in Iesaia: ***Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.***

IV. Non solum igitur ipsum vocemus dominum; id enim non salvabit nos. 2. Dicit enim: ***Non omnis, qui dicit mihi: Domine domine, salvabitur, sed qui facit iustitiam.*** 3. Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur, in diligendo alterutrum, in non adulterando neque obtrectando invicem neque aemulando, sed vivendo in continentia, misericordia, bonitate; et compassione mutua duci debemus, non pecuniae cupiditate. In his operibus confiteamur eum, non autem in contrariis; 4. nec timendi nobis sunt homines, sed deus. 5. Idcirco vobis haec facientibus dixit dominus: ***Si fueritis mecum congregati in sinu meo et non feceritis mandata mea, abiciam vos et dicam vobis: Discedite a me, nescio vos, unde sitis, operarii iniquitatis.***

V. Idcirco, fratres, derelicta peregrinatione mundana faciamus voluntatem eius, qui vocavit nos, et e mundo hoc exire non timeamus. 2. Ait enim dominus: ***Eritis velut agni in***

3 Matth. 10, 32; Luc. 12, 8. — 9 Ies. 29, 13; Matth. 15, 8; Marc. 7, 6. — 12 Matth. 7, 21. — 20 ?

4. Cf. Act. 4, 19; 5, 29; I Petr. 3, 14. Auctor auditores exhortatur, ut Dominum, si opus fuerit, etiam martyrium subeuntes confiteantur. Cf. 5, 1. 4.

5. Locus laudatus non est in S. Scriptura, forsitan desumptus est ex Evangelio secundum Aegyptios, de quo cf. Hilgenfeld, Nov. Test. extra can. recept. IV, 43—49. Imaginem et verba reperies Ies. 40, 11. Photius Biblioth. cod. 126 pergit (cf. 1, 1) de ep. nostra dicere: *πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει, ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. — ὑπάγετε κτλ.*] Cf. Luc. 13, 27; Matth. 7, 23; Iust. Apol. I, 16.

V, 2—4. Hoc colloquium Christi cum Petro in S. Scriptura non re-

Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. 3. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· *Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία;* 4. εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· *Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτέννοντας ὑμᾶς καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός.* 5. καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἡ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου. 6. τί οὖν ἐστὶν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὁσίως καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγεῖσθαι καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; 7. ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα ἀποπίπτομεν τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

VI. Λέγει δὲ ὁ κύριος· *Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.* ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ, ἀσύμφορον ἡμῖν ἐστίν. 2. *τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ;* 3. ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. 4. οὗτος λέγει μοιχείαν καὶ φθορὰν καὶ φιλαργυρίαν καὶ ἀπάτην, ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. 5. οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρᾶσθαι. 6. οἰόμεθα, ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά, ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ τὰ ἄφθαρτα. 7. ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. 8. λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ, ὅτι *ἐὰν ἀναστῇ Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιήλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.* 9. εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς ἑαυτῶν δικαιοσύναις ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς,

5 *ἀποκτένοντας* H | 10 *καὶ* sec + *ἡ* H | 13 *γὰρ τῷ* A : ∾ H | 14 *ταῦτα*: *αὐτὰ* H | 18 *ὅλον* AS : > H | 22 *χρῆσθαι* H | 24 *τὰ* sec H : *και* A | *γὰρ* > H | 30 *αὐτῶν* A : > HS

peritur et fortasse ex eodem fonte haustum est, e quo verba 4, 5 fluxerunt.

2. *ἔσεσθε — λύκων*] Luc. 10, 3: *ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας (πρόβατα* Matth. 10, 16) *ἐν μέσῳ λύκων.*

medio luporum. 3. Respondens autem Petrus ei ait: ***Si autem lupi agnos discerpserint?*** 4. Respondit Iesus Petro: ***Ne timeant agni post mortem suam lupos, et vos nolite timere eos, qui occidunt vos et deinde nihil vobis possunt facere; sed timete eum, qui, postquam mortui fueritis, habet potestatem animae et corporis, ut mittat in gehennam ignis.*** 5. Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis huius in hoc mundo brevis est ac parvi temporis, promissio autem Christi magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitae aeternae. 6. Quid igitur facientes ea consequi poterimus, nisi sancte iusteque conversantes et mundana haec tamquam aliena putantes nec illa concupiscentes? 7. Dum enim ea possidere concupiscimus, excidimus a via iusta.

VI. Dicit autem dominus: ***Nullus servus potest duobus dominis servire.*** Si nos volumus et deo servire et mammonae, incommodum nobis est. 2. ***Nam quae utilitas, si quis universum mundum lucretur, animae autem detrimentum patiatur?*** 3. Porro hoc saeculum et futurum sunt duo inimici. 4. Illud praedicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem, hoc vero istis renuntiat. 5. Non ergo possumus amborum amici esse; oportet autem, ut illi renuntiantes hoc utamur. 6. Putamus melius esse, quae hic sunt odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia sunt; illa autem diligere, utpote bona incorrupta. 7. Facientes enim voluntatem Christi requiem inveniemus; sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnimus. 8. Dicit enim scriptura in Ezechiele: ***Si Noe et Iob et Daniel resurgant, non eruent liberos suos, qui sunt in captivitate.*** 9. Quodsi tantopere iusti viri non possunt iustitiis suis eruere liberos suos, nos, nisi bap-

1? — 2? — 3? — 15 Luc. 16, 13; Matth. 6, 24. — 17 Matth. 16, 26; Marc. 8, 36; Luc. 9, 25. — 27 Ezech. 14, 14. 18. 20.

4. *μὴ φοβεῖσθε κτλ.*] Similiter Matth. 10, 28; Luc. 12, 4. 5. Cf. Clem. Hom. XVII, 5; Iust. Apol. I, 19; Iren. III, 18, 5; Tertull. Adv. Marc. IV, 28.

6. *ἀλλότρια*] Cf. I Cor. 7, 29—31.

VI, 3. Cf. Iac. 4, 4; I Ioann. 5, 19.

4. *λέγει . . ἀποτάσσεται*] Auctor ad ritum baptismi, confessionem et abrenuntiationem, alludere videtur.

8. Auctor locum Ezechielis valde abbreviat et verba *ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ* de suo addit.

ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια;

VII. Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες, ὅτι ἐν χερσὶν ὁ ἀγὼν καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέουσιν πολλοί, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. 2. ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. 3. ὥστε θέωμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθεῖαν, ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν καταπλεύσωμεν καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ στεφανωθῶμεν· καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα πάντες στεφανωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα. 4. εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου. 5. τί δοκεῖτε; ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας τί παθεῖται; 6. τῶν γὰρ μὴ τηρησάντων, φησίν, τὴν σφραγῖδα ὁ *σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.*

VIII. Ὡς οὖν ἐσμὲν ἐπὶ γῆς, μετανοήσωμεν. 2. πηλὸς γάρ ἐσμεν εἰς τὴν χεῖρα τοῦ τεχνίτου· ὃν τρόπον γὰρ ὁ κεραμεύς, ἐὰν ποιῇ σκεῦος καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ διαστραφῇ ἢ συντριβῇ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσσει, ἐὰν δὲ προφθάσῃ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βοηθήσει αὐτῷ· οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρὰ μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. 3. μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ τοῦ

4 *οὖν* A : > HS | *μου* AS (S ubique) : > H | 8 *θέωμεν* S : *θῶμεν* AH | 11 *εἰδέναι* A : + *δὲ* HS | 14 *φθείρας* A : *φθείρων* HS | *παθεῖται* A : *πείσεται* H | 16 *αὐτῶν* > H | 20 *ποιήσῃ* H | *καὶ .. αὐτοῦ* A : ∾ HS | *ἐν* > H | *ἢ* > H | 22 *βοηθήσει* A : *βοηθεῖ* HS | 24 *τῆς* > H | *ἕως* AS : *ὡς ἔτι* H | 25 *μετανοίας* > H

9. *τηρήσωμεν κτλ.*] Acta Pauli et Theclae c. 2 n. 6: *μακάριοι οἱ τὸ βάπτισμα τηρήσαντες.*

VII, 1. Cf. I Cor. 9, 24. 25. — *καταπλέουσιν*] Cum auctor hoc verbum absolute adhibeat, non addens *εἰς τὸν Ἰσθμὸν* vel *εἰς Κόρινθον* vel simile quidquam, in urbe ad mare sita se scripsisse indicat, et iure eum ad urbem Corinthiorum referimus, cum quorum nomine scriptura coniuncta tradita fuit. Postea, v. 3, verbum repetit lectores vel auditores adhortans: *πολλοὶ καταπλεύσωμεν.* Inde autem non est colligendum, eum loco priore verbum non sensu stricto, sed ampliore usurpasse. Postquam auditoribus de certatoribus multis adnavigantibus locutus est, facile pergere potuit: multi ergo

tisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam dei? Aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia et iusta habentes?

VII. Quocirca, fratres mei, certemus, scientes prae manibus esse certamen et ad corruptibilia certamina multos adpellere, sed non omnes coronari, nisi qui plurimum laboraverint et praeclare certarint. 2. Nos igitur certemus, ut omnes coronemur. 3. Itaque curramus viam rectam, certamen incorruptibile, et multi ad ipsum navigemus atque certemus, ut et coronemur; et si non possumus omnes coronari, saltem prope coronam simus. 4. Scire nos oportet, quod qui certamen corruptibile certat, si inveniatur corrumpens, flagellatus aufertur et extra stadium proicitur. 5. Quid vobis videtur? Qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur? 6. De iis enim, qui sigillum non servaverint, ait: ***Vermis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in visionem omni carni.***

VIII. Quamdiu ergo in terris degimus, paenitentiam agamus. 2. Lutum quippe sumus in manu artificis; quemadmodum enim figulus, si vas fecerit illudque in manibus eius distortum fuerit aut contritum, rursus illud refingit, sin vero illud in fornacem ignis mittere praefiniverit, non amplius ei succurret: ita et nos, quamdiu in hoc mundo sumus, peccatorum, quae in carne gessimus, ex toto corde paenitentiam agamus, ut a domino salvemur, dum paenitentiae tempus habemus. 3. Post-

15 Ies. 66, 24, cf. Marc. 9, 44. 46. 48.

ipsi adnavigemus. Neque Paulus causam loci aliter intellegendi dat. Apostolus de ludis quidem vel de certamine loquitur, non autem de hominibus ad ludos advenientibus, et verbum *καταπλεῖν* minime adhibet.

3. Dorotheus Doctrina XXIII PG 88, 1835 (*καὶ εἰ κτλ.*) — *θ. ὁδόν*] Cf. Hebr. 12, 1. — *κἂν ἐγγύς*] Cf. 18, 2.

4. *φθείρων*] sc. *τὸν ἀγῶνα*, certaminis leges violans. Cf. Epiph. H. 61 c. 7: *παραφθείρας ἀγῶνα ὁ ἀθλητὴς μαστιχθεὶς ἐκβάλλεται τοῦ ἀγῶνος.*

6. *σφραγῖδα*] i. e. baptismum. Cf. 8, 6; Herm. Simil. VIII, 6, 3; IX, 16; Clem. Al. Quis dives c. 39. 42; Strom. II, 3, 11 p. 434 etc. Aliam significationem vocabulum habet Eus. H. E. VI, 43, 15. Cf. Cypr. Ep. 73 ad Iubain. c. 6. 9 ed. Hartel p. 783. 785.

VIII, 1. *ὡς*] = quamdiu cf. 9, 7; Gal. 6, 10; Ign. Smyrn. 9, 1.

2. Tropus aliter versus reperitur Ierem. 18, 4—6; Rom. 9, 20. 21; a Theophilo Ad Autol. II, 26 aliisque patribus ad mortem et resurrectionem refertur.

κόσμου οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι. 4. ὥστε, ἀδελφοί, ποιήσαντες τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς καὶ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλάξαντες ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. 5. λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· *Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.* 6. ἄρα οὖν τοῦτο λέγει· τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολάβωμεν.

IX. Καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται οὐδὲ ἀνίσταται. 2. γνῶτε· ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες; 3. δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. 4. ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. 5. εἰ Χριστὸς ὁ κύριος ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀποληψόμεθα τὸν μισθόν. 6. ἀγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. 7. ὡς ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. 8. ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. 9. προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. 10. δῶμεν οὖν αὐτῷ αἶνον, μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς υἱούς. 11. καὶ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· *Ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου.*

7 *σαρκαν* A | 8 *αἰώνιον* AH cf. 8, 4 : > S cf. 14, 5; 17, 3 | *ἀπολάβωμεν* A : *ἀπολάβητε* HS | 10 *οὐδὲ* A : *οὔτε* H | 13 *εἰ* Fragm. syr. : *εἰς* AHS Tim | 14 *πνεῦμα* AS : *λόγος* H | *οὕτως* + *καὶ* H | 16 *οὖν* > H | 20 *ἐν καρδίᾳ* : *ἐγκάρδια* H | 21 *αἶνον* HS : *αιωνιον* A

4. *σ. ἁγνὴν τηρ.*] Cf. Acta Pauli et Theclae c. 2 n. 5: *μακάριοι οἱ ἁγνὴν τὴν σάρκα τηρήσαντες ... οἱ ἐγκρατεῖς ... οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες κτλ.* n. 6: *μακάρια τὰ σώματα τῶν παρθένων.* Herm. Sim. V, 7, 1.

5. Multi interpretes hunc locum ex evangelio apocrypho depromptum esse putaverunt. Sed cum pars posterior ad verbum, pars prior, quae repetitur ab Irenaeo II, 34, 3 (cf. Hippol. Philos. X, 33 ed. Duncker p. 540, 57) quoad sensum et verborum positionem cum Luc. 16, 10—12 concordet, dictum ad hoc evangelium referendum esse videtur. Cf. Ropes, *Sprüche* 1896 p. 16.

6. Auctor non aliam sententiam laudat, sed praecedentem interpretatur. — *τηρήσατε .. ἀπολάβωμεν*] Cf. Rom. 7, 4; 8, 15; II Ioann. 1, 8.

IX, 1—5. Fragm. syr. Cf. Lightfoot I, 185. — Resurrectio carnis et

quam enim e mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri aut paenitentiam agere. 4. Quare, fratres, voluntatem patris facientes et carnem castam servantes et mandata domini custodientes consequemur vitam aeternam. 5. Dicit enim dominus in evangelio: ***Si parvum non servastis, quis magnum vobis dabit? Dico enim vobis: qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est.*** 6. Hoc ergo dicit: servate carnem castam et sigillum immaculatum, ut vitam aeternam recipiamus.

IV. Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum deo, ita coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi caritate Iesus Christus canitur. 2. Sed et vos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Iesum Christum patri, quo et vos audiat et agnoscat ex iis, quae bene operamini, membra esse vos filii ipsius. Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse, ut et semper participetis deo.

V. Si enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem contraxi cum episcopo vestro, quae non humana, sed spiritualis est; quanto vos beatiores iudico, qui ita estis coniuncti, sicuti ecclesia Iesu Christo et sicut Iesus Christus patri, ut omnia per unitatem consentiant? 2. Nemo erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane dei. Si enim unius atque alterius precatio tantam vim habet, quanto magis illa, quae episcopi est et totius

i. e. ungi, excitari, instrui, ad certamen praeparari (Pearson).

2. *διὰ τοῦτο κτλ.*] Cf. Philem. 8—10. — *γνώμη*] et sententiam et voluntatem hic significat. — *τὸ ἀδ. ἡμῶν ζῆν*] i. e. vita, quae a nobis separari nequit. Cf. Magn. 15; Trall. 1, 1; Rom. et Philad. inscr. — *κ. τ. πέρατα*] i. e. in partibus extremis vel in orbe universo. Cf. Rom. 6, 1; Ps. 64, 9. Sensus est: episcopi, quamquam alii ab aliis valde remoti, omnes sententiam Christi habent.

IV, 1. *ὅπερ καὶ ποιεῖτε*] Similiter Trall. 2, 2; Sm. 4, 1; Polyc. 1, 2; 4, 1. — *ὡς χορδαὶ κ.*] Cf. Philad. 1, 2.

2. *χρῶμα*] Vocabulum musicum difficile ad definiendum. Lightfoot interpretatur: clavis notarum (*key-note*).

V, 1. *ἀνθρωπίνην*] i. e. *κατὰ σάρκα* i. e. qualem homines saeculo addicti exercent (Hefele).

2—3. Ioann. Dam. Sacra Parallela ed. Lequien II, 772; Holl, *Fragmente* p. 16 (— *ἀντιτάσσεται*). — *ἐντὸς τ. θυσιαστηρίου*] Cf. Trall. 7.

λον ἥ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας; 3. ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτό, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. γέγραπται γάρ· *Ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται.* σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν θεῷ ὑποτασσόμενοι.

VI. Καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γάρ, ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν κύριον δεῖ προσβλέπειν. 2. αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον, εἴπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

VII. Εἰώθασιν γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἄλλα τινὰ πράσσοντες ἀνάξια θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι ὄντας δυσθεραπεύτους. 2. εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν.

VIII. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξαπατᾶσθε,

1 *τε* > L | 2 *οὕτως* L | 4 *θεοῦ* G Lightf. | 9 *δῆλον ὅτι* L : *δηλονότι* G | 9/10 *προβλέπειν* G | 12 *εἴπερ* G : *ἤπερ* L, *εἰ μὴ περὶ* A, *ἢ περὶ* Lightf. | 18/19 *ἐν σαρκὶ γενόμενος* GL : *ἐν ἀνθρώπῳ* Ath Theod Gelas Sev Sf Lightf. | 19 *ἐν ἀθανάτῳ* GL | *ζωὴ ἀληθινὴ* Ath Theod Sev Sf, vita vera L : *ζωῇ ἀληθινῇ* G | 20 *Ἰησοῦς — ἡμῶν* A Theod Sev Sf : dominus Christus noster L, > G

3—VI, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 779; Holl, *Fragmente* p. 17. Anton. Melissa II serm. 3. Fragment. syr. Curet. Corp. Ign. 197, 232 (*σπουδάσωμεν κτλ.*)

VI, 1. Ioann. Dam. S. P. ed. Lequien II, 750 (*πάντα — πέμψαντα*). — *σιγῶντα*] i. e. non punientem auctoritatis suae contemptores. Cf. 15, 1; Philad. 1, 1. — *πάντα κτλ.*] Ignatius verba Evangelii: *Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος, . . ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ* (Luc. 12, 42 cf. Matth. 24, 45) speciatim ad episcopos refert. Eodem modo dictum illud interpretatur Irenaeus Adv. haer. IV, 26, 5. — *οὕτως δεῖ κτλ.*] Cf. Ioann. 13, 20; Matth. 10, 40.

2. *εἴπερ Ἰησοῦ κτλ.*] Opponitur Christus re vera (*ἐν ἀληθείᾳ = ἀληθῶς* cf. 17, 2; Rom. 8, 2) loquens Christo, qui dicere ac docere aliquid dicitur a doctoribus haereticis. Con-

ecclesiae? 3. Qui igitur in conventum non venit, hic iam superbia elatus est et seipsum separavit atque iudicavit. Scriptum est enim: ***Superbis deus resistit.*** Studeamus igitur episcopo non resistere, ut simus subiecti deo.

VI. Et quamdiu quis episcopum tacentem videt, tanto magis eum revereatur; quemcumque enim paterfamilias mittit ad gubernandam familiam suam, hunc ita accipere debemus ut illum ipsum, qui mittit. Manifestum igitur est, quod episcopum respicere oporteat ut ipsum dominum. 2. Et ipse quidem Onesimus supra modum laudat vestrum decentem divinumque ordinem, quod omnes secundum veritatem vivatis et quod inter vos nullus sit haeresi locus; sed neque auditis aliquem amplius, si quidem Iesus Christus re vera ad vos loquitur.

VII. Solent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre, alia quaedam patrantes indigna deo; quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes; quos a vobis vitari oportet ut morbo difficulter curabili laborantes. 2. Medicus autem unus est, et carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, in carne exsistens deus, in morte vita vera, et ex Maria et ex deo, primum passibilis et tunc impassibilis, Iesus Christus dominus noster.

VIII. Ne quis igitur vos seducat, sicut nec seducimini;

3 Prov. 3, 34; Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5.

fidit Ign. Ephesios, si quidem Christum per apostolos, episcopos, doctores quoslibet pios loquentem audiant veramque eius loquelam perceperint (cf. 15, 2), alieni doctoris ne audiendi quidem, nedum recipiendi cupidos esse (Zahn).

VII, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 772; Holl, *Fragmente* p. 18. — ὄνομα] Cf. 3, 1. — ὡς θηρία] Cf. Smyrn. 4, 1; Eus. H. E. IV, 24, 2. — φυλάσσεσθαι κτλ.] i. e. haeretici cum vix corrigendi sint, relinquendi sunt uni et corporum et animarum medico Christo.

2. Athan. De synod. c. 47. Theodoret. Dialog. I ed. Migne IV, 83. Gelasius De duabus in Chr. naturis (Magna bibl. patr. Paris. 1654. IV. I, 423). Severus Antioch. Curet. 218, 249. Fragm. syr. Curet. ib. — γεννητὸς κ. ἀγένν.] Genitus ab Ignatio Christus vocatur, quatenus ex Maria virgine per virtutem et voluntatem Dei carnem sumpsit (Sm. 1, 1); ingenitus autem, quatenus Deus est et una cum patre ante saecula exsistit (Polyc. 3, 2). Similiter Tertullianus De carne Christi c. 5. Referente Hippolyto Refut. IX, 10 ed. Duncker p. 448 Noetiani etiam de Deo sic loquebantur.

ὅλοι ὄντες θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνήρεισται ἐν ὑμῖν ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἄρα κατὰ θεὸν ζῆτε. περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων, ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. 2. οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά, ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε, ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

IX. Ἔγνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν, ἔχοντας κακὴν διδαχήν· οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν, ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ πατρός, ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν θεοῦ πατρός, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν σταυρός, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς θεόν. 2. ἐστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, θεοφόροι καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιώμενος ἠξιώθην δι᾽ ὧν γράφω προσομιλῆσαι ὑμῖν καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ᾽ ἄλλον βίον οὐδὲν ἀγαπᾶτε εἰ μὴ μόνον τὸν θεόν.

X. Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων, *ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*. ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα θεοῦ τύχωσιν.

1 *ἐνήρεισται* em : *ἐνείρισται* G, complexa est L, plantata est SA | 3 *ἁγνίζομαι* G : + a (*ὑπὸ* ?) L, pro A, *ὑπὲρ* Zahn, cf. Trall. 13, 3 | 6/7 *πράσσετε* GSA : *πράσσεται* L | 11 *πατρὸς ἡτοιμασμένοι* GLA (Ant) : *προητοιμασμένοι* Lightf. | 15 *ναοφόροι* + *καὶ* L | 16 *ἐν ταῖς* gL Ant : *ἐν* Lightf., > G | 17 *ἀγαλλιώμενος* Lg : *ἀγαλλιῶμαι ὅτι* G | 18 *ἄλλον* GL(A) : *ἀνθρώπων* Lightf. | 20/21 *προσεύχεσθε* : *θεὸν πρ.* L | 21 *ἐν* GL : > SAg

VIII, 1. *περίψημα*] Cf. 18, 1; Barn. 4, 9. Non sordes vel purgamentum (I Cor. 4, 13), ut editores plerique hunc locum interpretati sunt, sed piaculum se declarat Ignatius. — *ἁγνίζομαι κτλ.*] Verbum sensum similem habet ac praecedens. Repetitur Trall. 13, 2, ubi iterum cum genetivo sine praepositione construitur.

2. Antioch. Monach. Hom. 112, PG 89, 1783 (— *σαρκικά*). Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 687; Holl, *Fragmente* p. 18 (— *πίστεως*). — *οἱ σαρκικοὶ κτλ.*] Cf. Matth. 7, 18; Ioann. 3, 6; Rom. 8, 5; I Cor. 2, 14—15. Nemesianus Tubuniensis postquam in concilio Carthaginiensi a. 256 Ioann. 3, 16 protulit, pergit: Ergo omnes haeretici et schismatici omnia quaecunque faciunt carnalia sunt (Cypr. opp. ed. Hartel I, 439). — *ἃ δὲ κτλ.*] Cf. Rom. 8, 28; I Cor. 10, 31.

IX. Substantiam capitis exhibet Antiochus Monachus Hom. 1, PG 89,

toti namque estis dei. Cum enim nulla lite implicemini, quae vos discruciare possit, profecto secundum deum vivitis. Peripsema vestri sum et immolor pro vobis Ephesiis, ecclesia celeberrima in saeculis. 2. Carnales spiritualia exercere nequeunt neque spirituales carnalia, sicut nec fides, quae incredulitatis sunt, nec incredulitas, quae fidei. Quae vero et secundum carnem agitis, ea spiritualia sunt; in Iesu Christo enim omnia agitis.

IX. Cognovi autem nonnullos inde transiisse, habentes perversam doctrinam; quos non permisistis seminare inter vos, et obturastis aures, ne reciperetis, quae ab ipsis sunt disseminata, ut qui lapides sitis templi patris, praeparati in dei patris aedificium, sublati in alta per machinam Iesu Christi, quae est crux, spiritu sancto pro fune utentes; fides autem vestra vos sursum trahit, caritas vero via deducens ad deum. 2. Estis igitur et viae comites omnes, deiferi et templiferi, christiferi, sanctiferi, per omnia ornati in praeceptis Iesu Christi; propter quos exsultans dignus habitus sum, per ea, quae scribo, colloqui vobiscum et simul gaudere, quia ratione alterius vitae habita nihil diligitis praeter solum deum.

X. Sed et pro aliis hominibus ***indesinenter orate***. Est enim ipsis spes paenitentiae, ut deum nanciscantur. Permittite

20 I Thess. 5, 17.

1431.

1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 785; Holl, *Fragmente* p. 18 (*ἡ δὲ πίστις κτλ.*). — *παροδεύσαντας*] sc. Ephesi. — *ἐκεῖθεν*] Cum haec vox in epistula Ephesiis missa aegre ad Ephesum referenda sit, concludendum est, haereticos ab alia urbe venisse, fortasse ex Philadelphia, per quam urbem Ignatius ipse transiit. Cf. Prolegom. c. 1. — *β. τ. ὦτα*] Cf. Trall. 9, 1. — *ἀναφερόμενοι κτλ.*] Cf. Hippolyt. De Chr. et Antichr. c. 59 (ed. Achelis 40, 5 sq.). Method. De cruce (Opp. Gretseri II, 403). Iren. Fragm. 28 (ed. Stieren I, 842).

2. *σύνοδοι* (= *συνοδῖται*) *κτλ.*] Ign. his verbis utens, ut Pearson (Annotat. p. 27) opinatur, pompas et processiones Ephesiorum gentilium prae oculis habuisse videtur. — *χριστοφόροι*] Cf. Magn. 12; II Cor. 4, 10. — *κατ' ἄλλον βίον*] i. e. secundum vitam christianam, quae alia est a vita naturali (Smith). Lectio, quam interpolator quoque habuisse videtur, difficilis quidem est, sed sensu non caret.

X, 1. *ἄλλων*] i. e. qui nondum sunt Christi discipuli. — *ἔστιν* — *μετανοίας*] Cf. Herm. Sim. VIII, 7, 2; 10, 2.

ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. 2. πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς *ἑδραῖοι τῇ πίστει*, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι, μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. 3. ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τοῦ κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι, τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ; ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένητε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

XI. Ἔσχατοι καιροί. λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν, ἓν τῶν δύο· μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. 2. χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

XII. Οἶδα, τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. 2. πάροδός ἐστε τῶν εἰς θεὸν ἀναιρουμένων, Παύλου συμμύσται, τοῦ ἡγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅταν θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

7 *ἀδικηθῇ κτλ.* G (-θεῖ) LS : *ἀδικηθεὶς κτλ.* Hefele | 9 *μένητε* L(A) : *μένετε* G | 11 *αἰσχυνθῶμεν* + *καὶ* L | 14 *ἓν τῶν δύο* GL : *ἐν τῷ νῦν βίῳ* g Dam (A ?) | *εὑρεθῆναι* Gg : *εὑρεθῶμεν* A Dam, *εὑρίσκεται* L | 15 *ᾧ* Lg : *τῷ* G | 18 *ἐν* Lg : *ἐνὶ* G | 19 *συνῄνεσαν* GL : *συνῆσαν* gA Zahn qui lectionem etiam in *Geschichte des neutest. Kanons* I, 807 n. 3 defendit

2—3. Antioch. Mon. Hom. 116, PG 89, 1794 (— *ἀδικηθῇ*). — *προσευχάς*] sc. *ἀντιτάξατε*, quod addit interpolator. — *ἑδραῖοι τ. π.*] Cf. Sm. 13, 2; Polyc. Phil. 10, 1. — *μὴ σπουδάζοντες κτλ.*] Smith et alii haec verba cum *ἀδελφοὶ κτλ.* in v. 3 coniunxerunt.

3. *τίς πλέον ἀδικηθῇ κτλ.*] Cf. I Cor. 6, 7—8. — *βοτάνη*] Cf. Philad. 3, 1; Trall. 6 (11, 1). — *σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς*] i. e. in substantia humana tota. Similiter Magn. 1, 2; 13, 1; Trall. inscr.; 12, 1; Rom. inscr.; Sm. 1, 1; 12, 2; 13, 2; Polyc. 1, 2; 5, 1.

XI, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 777; Holl, *Fragmente* p. 18. —

itaque ipsos saltem ex operibus a vobis erudiri. 2. Sitis vos adversus iras eorum mites, adversus magniloquentias eorum humiles, eorum maledictis opponite vos preces, adversus errorem eorum vos permanete ***firmi in fide***, adversus efferos mores illorum vos mansueti sitis, non studentes ipsos imitari. 3. Fratres eorum inveniamur per benignitatem, imitatores autem domini studeamus esse (quis maiorem iniuriam passus fuerit unquam, quis magis destitutus, quis magis contemptus?), ne herba aliqua diaboli in vobis inveniatur, sed in omni puritate et temperantia maneatis in Iesu Christo carnaliter et spiritualiter.

XI. Novissima sunt tempora. Reliquum est, ut revereamur et timeamus dei longanimitatem, ne in iudicium nobis cedat. Aut enim futuram timeamus iram, aut praesentem gratiam diligamus, unum ex duobus; modo in Christo Iesu inveniamur ad veram vitam vivendam. 2. Sine ipso nihil vos deceat, in quo vincula circumfero, spirituales margaritas, in quibus resurgere mihi contingat oratione vestra, cuius me opto semper fieri participem, ut inveniar in sorte Ephesiorum christianorum, qui et apostolis semper consenserunt in virtute Iesu Christi.

XII. Scio, quis sim et quibus scribam. Ego condemnatus, vos misericordiam assecuti; ego periculo obnoxius, vos confirmati. 2. Transitus estis eorum, qui ita interficiuntur, ut ad deum veniant, Pauli symmystae, qui sanctificatus, martyrium consecutus et digne beatus est, ad cuius vestigia contingat mihi ut inveniar, quando dei particeps fio, qui in omni epistula memor vestri est in Christo Iesu.

4 Col. 1, 23 cf. Rom. 4, 20; I Cor. 16, 13.

ἔσχατοι κ.] Cf. I Ioann. 2, 18; I Cor. 7, 29; 10, 11; Hebr. 1, 2; Iac. 5, 8. 9; I Petr. 4, 7. — τὸ ἀληθινὸν ζῆν] Idem Trall. 9, 2; Sm. 4, 1.

2. μαργαρίτας] Cf. Polyc. ad Phil. 1, 1; Eus. H. E. V, 1, 35.

XII, 1. Cf. 3, 1; Rom. 4, 3; 1 Cor. 4, 10.

2. πάροδος κτλ.] i. e. a vobis, per quorum civitatem transitus est ab Oriente Romam, roborantur ii, qui ob Deum interficiuntur, e. g. Paulus (Act. 20, 17 sqq.) et nunc ego (Hefele). Nec tamen silentio praetereundum est, et Paulum et Ignatium Romam iter facientes non tam Ephesum quam eos vidisse, qui ab urbe missi erant. — συμμύσται] i. e. cum s. Paulo initiati estis mysteriis divini consilii et christianae veritatis. Cf. Eph. 1, 9; 3, 3. — ἐν πάσῃ ἐπ.]. Pearson et alii hanc vocem ad Pauli

XIII. Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ καὶ εἰς δόξαν. ὅταν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. 2. οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

XIV. Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη. τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα θεός ἐστιν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν. 2. οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. *Φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ*· οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστοῦ εἶναι δι' ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως ἐάν τις εὑρεθῇ εἰς τέλος.

XV. Ἄμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναι, ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι. καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ. εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς *εἶπεν, καὶ ἐγένετο*· καὶ ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ πατρός ἐστιν. 2. ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. 3. οὐδὲν λανθάνει τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ καὶ αὐτὸς ἐν

9 *θεὸς* LA Dam : *θεοῦ* G | 12 *Χριστοῦ* gA Dam Ant : *χριστιανὸς* GL | 19 *λαλῇ πράσσει* G | 22 *αὐτὸς* Lg : + *ᾖ* G | 22 sq. *ἐν ἡμῖν* > A

epistulam ad Ephesios referentes grammaticae legibus ac re ipsa repugnantibus verterunt: in tota epistula. Sed cum apostolus Ephesi Corinthiis (I Cor. 16, 8) et verisimiliter etiam Galatis scripserit, Ephesiorum ecclesiam Timotheo commendaverit (I Tim. 1, 3), Onesiphori et Trophimi Ephesiorum II Tim. 1, 16—18; 4, 19. 20 meminerit, nihil obstat, quominus statuamus, Ignatium rem verissimam paulum exaggerantem dixisse: in omni epistula.

XIII. Fragm. syr. Curet. 197, 232. 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 778; Holl p. 19 (*ὅταν κτλ.*). — *πυκνότερον κτλ.*] Hoc loco Ign. non crebriores conventus fieri vult, ut Polyc. 4, 2, sed Ephesios potius admonet, id quod maxime e verbis *ὅταν γ. πυκνῶς κτλ.* elucet, ut, quotiescunque conventum faciant, crebri et ad unum omnes conveniant. Cf. 5, 2; Constit. apost. II, 60.

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 354; Holl p. 19. Anton. Melissa II serm. 67.

XIV. Ioann. Dam. S. P. Lequien

XIII. Date itaque operam, ut crebriores congregemini ad gratias deo agendas et ad eum laudandum. Quando enim crebri in eundem locum convenitis, labefactantur vires satanae et concordia vestrae fidei solvitur exitium, quod ille infert. 2. Nihil praestantius pace est, qua aboletur omne bellum caelestium et terrenorum.

XIV. Quorum nihil vos latet, si perfecte habueritis in Iesum Christum fidem et caritatem, quae initium vitae et finis sunt: principium quidem fides, finis vero caritas. Haec autem duo in unum coeuntia deus sunt, omnia vero alia ad probitatem pertinentia consectanea sunt. 2. Nullus fidem profitens peccat, neque caritatem possidens odit. ***Manifesta est arbor ex fructu suo;*** similiter qui profitentur se Christi esse, ex iis, quae faciunt, cernentur. Non enim nunc professionis opus est, sed si quis in virtute fidei inveniatur usque ad finem.

XV. Melius est tacere et esse, quam loquentem non esse. Bonum est docere, si, qui dicit, faciat. Unus igitur doctor, qui ***dixit, et factum est;*** sed et quae silens fecit, digna patre sunt. 2. Qui verbum Iesu possidet, vere potest et silentium ipsius audire, ut perfectus sit, ut per ea, quae loquitur, operetur et per silentium suum cognoscatur. 3. Nihil latet dominum, sed et arcana nostra prope ipsum sunt. Omnia itaque faciamus quasi ipso in nobis habitante, ut illius simus templa

11 Matth. 12, 33. — 17 Ps. 32, 9; 148, 5; Iudith 16, 14.

II, 785; Holl p. 19.

1. *πίστιν κτλ.*] Cf. Sm. 6, 1. — *ἀρχὴ κτλ.*] Cf. Barn. 1, 6; I Tim. 1, 4. 5. — *θεός ἐστιν*] i. e. Deum possidet, qui fidem et caritatem habet. Cf. 17, 2; Magn. 15; Trall. 11, 2.

2. Antioch. Mon. Hom. 57, PG 89, 1606 (— *ὀφθήσονται*). — *οὐ γὰρ νῦν κτλ.*] i. e. hoc persecutionis tempore non omnia sola professione fidei adimpleta sunt, sed id agitur, num quis in virtute fidei inveniatur usque ad finem.

XV. Antioch. Mon. Hom. 22, PG 89, 1502 sq. (— *αὐτῷ ἐστιν* v. 3).

1. Fragm. syr. *Curet. 197, 232 (— *ποιῇ*). — *εἶναι*] sc. Christi (14, 2) vel Christianum. — *καλὸν κτλ.*] Cf. Paul. Rom. 2, 21. — *ἃ σιγῶν κτλ.*] i. e. quae Christus ab omni ostentatione alienus perfecit.

2. *δι' ὧν λαλεῖ κτλ.*] Similiter dicit Hieronymus Ep. 24 c. 5 de Asella: sermo silens et silentium loquens.

3. Fragm. syr. Curet. 201, 236. — *ἐγγὺς κτλ.*] Cf. I Clem. 27, 3. — *ἐν ἡμῖν κατ.*] Cf. Apoc. 21, 3; Barn. 6, 14. 15; 16, 1 sqq. — *ναοί*] Cf. I Cor.

ἡμῖν θεὸς ἡμῶν, ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

XVI. *Μὴ πλανᾶσθε*, ἀδελφοί μου· οἱ οἰκοφθόροι *βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν*. 2. εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν πίστιν θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ ἀκούων αὐτοῦ.

XVII. Διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὁ κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. 2. διὰ τί δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα, λαβόντες θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοοῦντες τὸ χάρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ κύριος;

XVIII. Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστιν σκάνδαλον τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἡμῖν δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. *Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής;* ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; 2. ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν θεοῦ *ἐκ σπέρματος* μὲν *Δαυίδ*, πνεύματος δὲ

1 *ἡμῶν* GLA : > g Sf Lightf. | 1/2 *ὅπερ — ἡμῶν* GL : > Sf A | 5 *ἐὰν* G Dam : si quis L | 5/6 *κακῇ διδ.* G : *κακοδιδασκαλίᾳ* Dam Lightf. | 9 *αὐτοῦ* > g Ant | 13 *ὃ* G : *ὃς* L | 20 *θεοῦ* > g Lightf.

3, 16. 17; 6, 19; II Cor. 6, 16. — *ἔστιν κτλ.*] Cf. I Ioann. 3, 2.

XVI. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 772; Holl p. 19 sq.

1. Vox *οἰκοφθόροι* omne genus fornicariorum denotat. Paulus l. c. nominat *πόρνους, μοιχούς, μαλακούς, ἀρσενοκοίτας*. Vocem ad perturbatores ecclesiae non esse transferendam, e sequentibus patet.

2. *ἀπέθανον*] Moses praecepit, ut adulteri lapidarentur. Lev. 20, 10; Ioann. 8, 5. — *πῦρ κτλ.*] Cf. Matth. 25, 41.

XVII. Antioch. Mon. Hom. 1, PG 89, 1435.

1. *τοῦ ἄρχοντος κτλ.*] Cf. 19, 1; Magn. 1, 3; Trall. 4, 2; Rom. 7, 1; Philad. 6, 2; Ioann. 12, 31; 16, 11.

2. *χάρισμα*] Sicuti in I Ioann. 2, 27 loco vocis *χρῖσμα* bis positae nonnulli *χάρισμα* scripserunt, hic quoque eandem vocem olim perperam immutatam esse suspicatur Zahn. Scholion apud Matthaeium (Epp. cath. p. 120): *χρῖσμα τὸ πνευματικὸν χάρισμα λέγει τῆς γνώσεως.*

XVIII—XIX, 1. Timoth. Aelur. Curet. 211, 243 sq. (*ποῦ σοφὸς κτλ.*)

1. *περίψημα*] Cf. 8, 1. — *σκάνδαλον κτλ.*] Cf. I Cor. 1. 18. 23. 24; Gal. 5, 11.

2. Theodoret. Dialog. I ed. Migne IV, 82. Codex 950 bibliothecae Paris. fol. 165, a Jacobson collatus,

et ipse in nobis deus noster, quod et est et apparebit ante faciem nostram e caritate, quam iuste erga ipsum habemus.

XVI. ***Ne erretis***, fratres mei: familiarum perturbatores ***regnum dei non hereditabunt***. 2. Si autem ii, qui secundum carnem haec operati sunt, morte sunt affecti, quanto magis, si quis fidem dei prava doctrina corrumpat, pro qua Iesus Christus crucifixus est? Talis, inquinatus factus, in ignem inexstinguibilem ibit; similiter et qui audit ipsum.

XVII. Ob id dominus in capite suo accepit unguentum, ut ecclesiae spiret incorruptionem. Ne ungamini tetro odore octrinae principis huius saeculi, ne captivos vos abducat a proosita vita. 2. Cur vero non omnes prudentes sumus, accepta ei cognitione, quod est Iesus Christus? Quid fatue perimus, on agnoscentes donum, quod vere misit dominus?

XVIII. Piaculum meus spiritus est crucis, quae incredulis candalum, nobis vero salus est et vita aeterna. ***Ubi sapiens? bi disputator?*** Ubi gloriatio eorum, qui dicuntur prudentes? Deus enim noster Iesus Christus in utero gestatus est a aria iuxta dispensationem dei ***ex semine*** quidem ***David***, spiritu

3 I Cor. 6, 9. 10 cf. Eph. 5, 5. — 9 Matth. 26, 7; Ioann. 12, 3. — 1 Cor. 1, 20. — 20 Ioann. 7, 42; Rom. 1, 3; II Tim. 2, 8.

i etiam c. 19 exhibet. — *κατ' ονομίαν*] Cf. Col. 1, 25; Eph. 1, ; 3, 9 (I Tim. 1, 4; I Cor. 9, 17). x *οἰκ.* apud patres cum singulam providentiae Dei dispensationem neratim (cf. Diognet. 4, 5; Iust. ialog. c. 107: *διὰ τῆς οἰκονομίας ἐκ τῆς γῆς ἀνατεῖλαι*, 134: *οἰκοίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑστῃ τινὶ τοιαύτῃ πράξει ἀπετεέντο*, 141), tum speciatim Dei deetum salutare seu spectans ad satem hominum per Christum proratam (cf. Clem. Al. Strom. II, 20 p. 439: *οἰκονομία σωτήριος*. st. Dialog. c. 67. 87) et saepe idte praesertim apud patres posteores incarnationem ipsam (cf. Iust. ial. c. 45; 120; Theodoret. Dial. II, 9: *τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ θεοῦ λόγου καλοῦμεν οἰκονομίαν*) vel mortem Domini (cf. Iust. Dial. c. 30: *τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ*. c. 31; 107; Epiph. H. 51 c. 25: *ἡ οἰκονομία τοῦ πάθους*) denotat. Tatianus C. Graec. c. 5, Hippolytus C. Noëtum c. 8; 14, Tertullianus Adv. Prax. c. 2 (Nos vero . . unicum quidem Deum credimus: sub hac tamen dispensatione, quam oeconomiam dicimus, ut unici Dei sit et filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit etc.); 3; 8 *οἰκονομίαν* etiam in mysterio trinitatis statuunt. Cf. Otto, Corpus Apolog. ed. tert. I, II, 370 sq. Gass, *Das patristische Wort οἰκονομία*, in *Zeitschr. f. wiss. Theol.* ed. Hilgenfeld 1874 p. 465—504. — *ἐκ*

ἁγίου· ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.

XIX. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη. 2. πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι, αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα· ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς. 3. ὅθεν ἐλύετο πᾶσα μαγεία καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας· ἄγνοια καθῃρεῖτο, παλαιὰ βασιλεία διεφθείρετο θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου εἰς **καινότητα** ἀϊδίου ζωῆς· ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ παρὰ θεῷ ἀπηρτισμένον. ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτου κατάλυσιν.

XX. Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν, ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄν-

9 *χορὸς* L cod Par : *χωρὸς* G | 10 *τε* GAg cod Par : *δὲ* L | 12 *καθῃρεῖτο* g : *καθηρῆτο* G

σπέρματος Δαυίδ] Similiter 20, 2; Trall. 9, 1; Rom. 7, 3; Sm. 1, 1.

XIX, 1. Euseb. Quaest. ad Steph. I, 2 (ed. Migne IV, 881). Fragm. syr. Curet. 219, 250. Andreas Cret. Or. IV in nativ. Mar. (PG 97, 854). Initium versus laudant Origenes Hom. VI in Luc. (ed. Bened. III, 938), Basilius M. Hom. in s. Christi generat. (ed. Bened. II, 598), Hieronymus In Matth. 1, 18, Iobius Monach. apud Phot. Bibl. cod. 222. Versum praeterea in mente habent vel tacite allegant Theophilus Antioch. (?) Comment. in Evang. lib. I (Otto, Corpus Apol. VIII, 280), Ambrosius In Luc. 1, 27 et nonnulli alii. — *ἔλαθεν κτλ.*] Ignatius fortasse in mente habuit I Cor. 2, 7—8. — *θάνατος*] Diabolus cum id ageret, ut Dominum perderet et Iudam ad eum prodendum impelleret, Christum mortuum esse ignorare non potuit. Nihilominus mors Domini aeque ac virginitas Mariae mysteriis adnumerari potuit. Quamdiu enim Christus a mortuis non resurrexit, diabolum fugit, eum, qui est vita aeterna, re vera non mori et mortem, quam subiret, toti mundo esse vitam. Cf. Zahn, Ignatius p. 484 sqq. Uhlhorn (*Zeitschrift f. hist. Theol.* 1851 p. 48 sqq.) et alii locum interpretati sunt non de nativitate et morte Christi in terris peracta, sed de nativitate et morte, quae in divino consilio ante saecula decreta et constituta (*μυστήρια, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη*), postea vero mundo annuntiata est (*κραυγῆς*). — *τρία μυστ.*

autem sancto; qui natus est et baptizatus, ut passione aquam purificaret.

XIX. Et principem huius mundi latuit Mariae virginitas et partus ipsius, similiter et mors domini; tria mysteria clamoris, quae in silentio dei patrata sunt. 2. Quomodo igitur manifestatus est saeculis? Stella in caelo fulsit splendore exsuperans omnes stellas, et lux illius ineffabilis erat et stuporem incussit ipsius novitas, omnia autem reliqua astra una cum sole et luna chorus fuere stellae, ipsa vero lumen suum extendebat super omnia; et perturbatio erat, unde prodiret novitas illis dissimilis. 3. Quare soluta est omnis magia et omne vinculum malitiae est abolitum; ignorantia destructa est, vetus regnum est labefactatum deo humanitus manifestato in ***novitatem vitae*** aeternae; initium vero nunc sumsit, quod apud deum perfectum erat. Inde omnia commovebantur, quia ille mortis abolitionem meditabatur.

XX. Si me dignatus fuerit Iesus Christus propter orationem vestram et voluntas sit, in secundo libello, quem scripturus sum vobis, persequar quem incepi sermonem dispensationis spectan-

13 Rom. 6, 4.

κτλ.] Tacente quidem Deo ista mysteria patrata vel in silentio Dei praeparata sunt, alta autem voce mundo praedicantur. Cf. Rom. 16, 25—26; Eph. 3, 9—10.

2. *ἀστὴρ κτλ.*] Similia leguntur in Protoevang. Iacobi c. 21 (Thilo, Cod. apocr. p. 256) et in Clem. Al. fragm. 74 ed. Potter p. 986. Cf. etiam Colloquium quod fertur in aula Sassanidarum institutum ed. Bratke 1899 p. 13, 12—16, 10 (*Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur N. F.* IV, 3 a) et quae Bratke ibidem p. 171—177 de eo disputavit. — *χορός*] Cf. Gen. 37, 9.

3. Sever. Ant. Curet. 218, 249 (*ἄγνοια κτλ.*). — Postquam exposuit Ign., mysterium incarnationis signo magno hominibus annuntiatum esse, quae regnum Christi in terra effecerit dicit. Cf. Tertull. De idolol. c. 9; Orig. C. Cels. I, 60. — *ἀπηρτισμένον*] i. e. adventus Christi in terris. — *συνεκινεῖτο*] sc. in regno Satanae, quia Christus venit, ut auctorem mortis superaret. Cf. Constit. apost. VIII, 34.

XX, 1. *θέλημα*] sc. Dei. Cf. Sm. 11, 1; Paul. Rom. 2, 18. — *ἐάν με κτλ.*] Qua re impeditus sit, quominus disputationem in hac epistula perficiat, non dicit Ignatius. Sed cf. Polyc. 8, 1. — *οἰκονομίας*] Vox hic eundem sensum habere videtur ac supra 18, 2. Cf. I Tim. 1, 4—5. Zahn respiciens Theoph. Ad Autol. II, 12. 29; Clem. Al. Paedag. I, 9, 80 p. 146 eam interpretatur expositionem, atque fidem et caritatem aeque ac passionem et resurrectio-

θρωπον Ἰησοῦν Χριστόν, ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ καὶ ἀναστάσει· 2. μάλιστα ἐὰν ὁ κύριός μοι ἀποκαλύψῃ, ὅτι οἱ κατ᾽ ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, *τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαυίδ*, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου καὶ υἱῷ θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.

XXI. Ἀντίψυχον ὑμῶν ἐγὼ καὶ ὧν ἐπέμψατε εἰς θεοῦ τιμὴν εἰς Σμύρναν, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ ὑμᾶς. μνημονεύετέ μου, ὡς καὶ ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστός. 2. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Συρίᾳ, ὅθεν δεδεμένος εἰς Ῥώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, ὥσπερ ἠξιώθην εἰς τιμὴν θεοῦ εὑρεθῆναι. ἔρρωσθε ἐν θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι θεοῦ πατρὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ καὶ εὔχομαι ἐν θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.

I. Γνοὺς ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι

3 *ἀποκαλύψῃ ὅτι* GL(A) : *ἀποκ. τι* Zahn | 4 *ἐν* sec GLSf : *ἑνὶ* Theod Lightf., in uno Gel | 7 *κλῶντος* G | 9 *ὧν* g : *ὃν* GLAl | 11 *καὶ* sec > L | 16 *Ἰγνάτιος* GL : > Ag | 18 *Χριστῷ Ἰησοῦ* LAg : *Ἰησ. Χρ.* G | *ἡμῶν* > g | 23 *προειλόμην* G : *προειλάμην* g Lightf.

nem ad Christum refert, cum Ignatius de fide ac caritate dicere videatur, quam nos in eum habere oportet.

2. Theodoret. Dialog. I ed. Migne IV, 82. Gelas. Rom. De duabus nat. cf. 7, 2 not. Fragm. syr. Curet. 201 sq., 236 (*ὅτι — θεοῦ*). — *μάλιστα κτλ.*] Scribam vobis epistulam alteram, praesertim si Deo favente

tis ad novum hominem Iesum Christum, quae est in eius fide et in eius caritate, in passione ipsius et resurrectione; 2. maxime si dominus mihi revelaverit, quod vos ad unum omnes nominatim per gratiam convenitis in una fide et in uno Iesu Christo, ***qui secundum carnem ex genere David*** filius est hominis et filius dei, ut oboediatis episcopo et presbyterio mente indivulsa, frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis est, antidotum, ne moriamur, sed vivamus semper in Iesu Christo.

XXI. Paratus sum animam meam ponere pro vobis et pro iis, quos ad honorem dei misistis Smyrnam, unde et scribo vobis, gratias agens domino, diligens Polycarpum ut et vos. Memineritis mei, sicut et vestri Iesus Christus. 2. Orate pro ecclesia, quae est in Syria, unde vinctus Romam abducor, novissimus fidelium eorum, qui ibi sunt, cum dignus sim habitus inveniri ad honorem dei. Valete in deo patre et in Iesu Christo, communi spe nostra.

MAGNESIIS IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, benedictae gratia dei patris in Christo Iesu salvatore nostro, in quo saluto ecclesiam, quae Magnesiae est ad Maeandrum, optoque in deo patre et in Iesu Christo plurimam salutem.

I. Cum caritatem vestram religiosam perbene ordinatam cognovissem, exsultans in fide Iesu Christi vos alloqui decrevi.

4 Rom. 1, 3.

nuntius mihi contigerit, hac epistula concordiam vestram magis confirmatam esse. — *πάντες ἐξ ὀν.*] i. e. omnes singuli. Cf. Polyc. 4, 2. — *ἄρτον κλῶντες*] Cf. Act. 2, 46; 20, 7. 11. — *φάρμακον ἀθανασίας*] Cf. Sm. 7, 1; Iren. Adv. haer. IV, 18, 5; V, 2, 2. 3.

XXI, 1. *ἀντίψυχον*] Hoc vocabulum, Sm. 10, 2; Polyc. 2, 3; 6, 1 repetitum, fere idem significare videtur ac *περίψημα* (8, 1; 18, 1; Barn. 4, 9).

2. *ὥσπερ*] coniungas cum *δεδεμένος . . . ἀπάγομαι.* — *εὑρεθῆναι εἰς*] Cf. Rom. 2, 2; Act. 8, 40.

I, 1. *ἐν πίστει*] i. e. animo fide christiana pleno.

ὑμῖν. 2. καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διὰ παντὸς ἡμῶν ζῆν, πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ πατρός· ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες θεοῦ τευξόμεθα.

II. Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δαμᾶ τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου Ζωτίωνος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι θεοῦ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

III. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ, οὐκ αὐτῷ δέ, ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. 2. εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος ἡμᾶς πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται. τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς θεὸν τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.

IV. Πρέπον οὖν ἐστὶν μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανούς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐ-

2 *ᾄδω* GLAg : *ἰδὼν* Zahn respiciens 2, 1; 6, 1 | 3 *ἡμῶν* GA : *ἡμᾶς* L (?) Zahn | 11 *Χριστοῦ* + glorificato deum patrem domini Iesu Christi L cf. Eph. 1, 1 | 15 *φρονίμους* GL : *φρονίμῳ* A (g) Lightf. | 18 *ἡμᾶς* GL Dam : *ὑμᾶς* Ag Lightf. | *ἐπακούειν* G : *ὑπακούειν* Dam (g) Lightf. | 19 *οὐχ ὅτι* GL(?)A : *οὐχὶ* Dam | 20 *τὸ δὲ τοιοῦτον* GL(g) : *τῷ δὲ τοιούτῳ* Dam

2. Antiochus Mon. Hom. 1, PG 89, 1431 (*πίστεως — προκέκριται*). — *ὀνόματος θεοπ.*] Haec verba, ut vidit Lightfoot, sequentibus illustrari videntur. Ignatius ergo aeque ac Paulus (Eph. 3, 1; 4, 1; Philem. 1, 9) se vinctum Christi esse laetatur. Alii verba explicabant de nomine Christi, de nomine Theophori, de titulo martyris, de dignitate episcopali, vel etiam de Dama, Magnesiorum episcopo c. 2 nominato. — *τοῦ — ζῆν*] Cf. Eph. 3, 2; Sm. 4, 1. — *πίστεως — προκέκρ.*] Similiter Sm. 6, 1.

II. *ἐπεὶ οὖν κτλ.*] Apodosis sequitur c. 6; quo fit, ut c. 3—5 parenthesin magnam esse putes inde ortam, quod in fine c. 2 Ign. de subiectione diaconi Zotionis loquens simile obsequium erga episcopum ab omnibus Magnesiis postulare properaverit (Hefele). — *ἐπισκόπῳ ὡς*

2. Ornatus enim honorificentissimo nomine in vinculis, quae circumfero, laudo ecclesias, quibus unionem opto cum carne et spiritu Iesu Christi, qui sempiterna est vita nostra, et unionem in fide et caritate, cui nihil praeferendum, maxime vero unionem cum Iesu et patre, in quo omnem principis huius saeculi vim sustinentes et evadentes deo potiemur.

II. Cum itaque dignus sim habitus, ut videam vos per Damam episcopum vestrum deo dignum et per dignos presbyteros Bassum et Apollonium et per conservum meum Zotionem diaconum, quo utinam fruar, quia subditus est episcopo ut benignitati dei et presbyterio ut legi Iesu Christi.

III. Sed et vos decet non familiarius uti aetate episcopi, sed respectu potentiae dei patris omnem impertiri illi reverentiam, quemadmodum cognovi et sanctos presbyteros non abuti iuvenili eius condicione conspicua, sed ut prudentes in deo cedere ei, non ei autem, sed patri Iesu Christi, omnium episcopo. 2. In honorem igitur illius, qui amat nos, decet oboedire sine ulla hypocrisi; quia non episcopum hunc visibilem quis fallit, sed invisibilem decipere conatur. Quidquid vero est eiusmodi, non ad carnem refertur, sed ad deum, qui abscondita cognoscit.

IV. Decet itaque non modo vocari Christianos, sed etiam esse; quemadmodum nonnulli episcopum quidem nominant, sed

χάριτι κτλ.] Verba obscura sunt. Dicitne Ignatius de constitutione an de officio episcopi et presbyterii?

III, 1. Cf. I Tim. 4, 12. — *συγχρᾶσθαι*] Hoc verbum *familiarius uti* aut *abuti* (= *καταχρᾶσθαι*) significat, et eundem fere sensum habet *προσλαμβάνειν*. — *κατὰ δύναμιν θ.*] i. e. respectu potestatis a Deo episcopo collatae. — *φαιν. νεωτερικὴν τ.*] Verba varie explicabantur. Rothe (*Anfänge der christl. Kirche* p. 436—441) et Uhlhorn (*Zeitschr. f. hist. Theol.* 1851 p. 328—330) ea de ordine episcopali nuper demum instituto intellegunt, Smith de recenti ordinatione, Pearson (Vindic. praef.) et Hefele de iuvenili episcopi condicione. Zahn respiciens Luc. Tyrann. c. 17 (*τυραννικὴ κόλασις* = *τὸ τύραννον κολάζεσθαι*) interpretatur: ordinatio hominis iuvenis i. e. *τὸ τάσσεσθαι* vel *τετάχθαι νεώτερον*. Vox *φαινομένην* postulat, ut *νεωτερικὴ τάξις* ad aetatem referatur. Ignatius itaque dicit, Damam annis manifestantibus quidem in condicione iuvenum, sapientia vero ea superiorem esse.

2—IV. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 779; Holl. p. 20. — *τοῦ θελ. ἡμᾶς*] i. e. Dei, qui elegit nos. Cf. Rom. inscr.; 8, 1.

IV. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 789 (— *καὶ εἶναι*). — *τινές*] sc. haeretici, quos impugnat Ignatius. — *καλοῦσιν*] i. e. iusta auctoritate con-

τοῦ πάντα πράσσουσιν. οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαίνονται διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

V. Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει καὶ πρόκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωή, καὶ ἕκαστος *εἰς τὸν ἴδιον τόπον* μέλλει χωρεῖν· 2. ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, ὃ μὲν θεοῦ, ὃ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα θεοῦ πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως ἔχωμεν τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

VI. Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ ἠγάπησα, παραινῶ, ἐν ὁμονοίᾳ θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον θεοῦ καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ πατρὶ ἦν καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. 2. πάντες οὖν ὁμοήθειαν θεοῦ λαβόντες ἐντρέπεσθε ἀλλήλους καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν, ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς προκαθημένοις εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

VII. Ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν,

3 *πρόκειται* Lg : *ἐπίκειται* G, posita sunt A | 8 *ἔχομεν* G | 11 *ἠγάπησα* Gg : *ἀγάπῃ* LA Sf l | 13 *τόπον . . τόπον* GLg l Sev : *τύπον . . τύπον* SA (tamquam) Zahn Lightf. | 17 *τὸν* g Dam : *τῷ* G | 18 *ἀλλήλοις* G | 20 *τύπον* GLSf(A), etiam Dam (non *τόπον*) cf. Holl p. 20

stitutum fatentur, illo tamen inconsulto omnia, quae ad ecclesiam pertinent, agunt. Cf. Sm. 8, 2. — *διὰ τὸ μὴ κτλ.*] i. e. quod non *firma* fide neque *stabili* ordine iuxta *praeceptum* Christi et apostolorum ad sacros coetus se conferant (Smith). — *ἐντολήν*] sc. Christi. Cf. Barn. 6, 1.

V, 1. Apodosis et huius versus et sequentis deest vel potius repetenda est ex c. 6. — *ἴδιον τόπον*] Cf. I Clem. 5, 4. 7; Polyc. ad Phil. 9, 2.

2—VI, 1. Fragm. syr. Curet. 197, 232 (*οἱ ἄπιστοι κτλ.*) — *πιστοὶ κτλ.*] Cf. Clem. Al. Fragm. 86 ed. Potter p. 989.

VI, 1. Severus Ant. Adv. impium Grammat. Curet. 213, 245 (*σπουδάζετε κτλ.*). — *ὁμόνοια θεοῦ*] i. e. concordia, quae a Deo postulatur vel voluntati Dei consentanea est. Eadem vel similis verborum structura saepius apud Ignatium invenitur. Cf. 6, 2; 15; Philad. inscr.; 1, 2; Polyc, 1, 3. — *τ. ἐπισκόπου — θεοῦ*] Cf. 3, 1; Rom. 9, 1; Polyc. 8, 3; Clem. Hom. III, 66; Didasc. vel Constit. apost. II, 26. Vox, quam

omnia sine eo faciunt. Tales vero non bona conscientia mihi praediti esse videntur, quia non firmiter secundum praeceptum congregantur.

V. Quia autem res finem habent et duo simul proposita sunt, mors et vita, et unusquisque *in proprium locum* iturus est; 2. quemadmodum enim sunt numismata duo, alterum quidem dei, alterum autem mundi, et unumquodque proprium characterem habet impositum, infideles characterem mundi huius, fideles autem in caritate characterem dei patris per Iesum Christum, per quem nisi propensa nobis est voluntas mori iuxta ipsius passionem, nec vita ipsius in nobis est.

VI. Cum itaque in personis supra dictis omnem multitudinem in fide conspexissem ac dilexissem, hortor, ut in concordia dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco dei et presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suavissimis concreditum habentibus ministerium Iesu Christi, qui ante saecula apud patrem erat et in fine apparuit. 2. Omnes igitur, acceptis iisdem divinis moribus, vos mutuo revereamini et nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Iesu Christo vos invicem semper diligatis. Nihil sit in vobis, quod possit vos dirimere, sed uniamini episcopo et praesidentibus in typum et demonstrationem immortalitatis.

VII. Quemadmodum igitur dominus sine patre, ipsi unitus,

4 Act. 1, 25. — 21 Ioann. 5, 19. 30; 8, 28.

habet versio syriaca, *tûfsâ*, cum *τόπον* tum *τύπον* significat (Michaelis, Lexicon syr. p. 355), et Cureton *εἰς τόπον* (*in the place*) vertit. Quam interpretationem rectam esse vix dubium est, cum omnes reliqui testes *εἰς τόπον* exhibeant. Versio armeniaca, cum secundum versionem syriacam facta sit, nihil probat. — *τ. πρεσβυτέρων — ἀποστόλων*] Cf. Trall. 2, 2; 3, 1; Philad. 5, 1; Sm. 8, 1; Didasc. vel. Const. ap. II, 26. 28.

2. Ioann. Dam. S. P. Holl p. 20 (— *ἀγαπᾶτε*). — *ἑνώθητε κτλ.*] i. e. unitas cum episcopo est typus vitae illius, quam sancti vivunt Deo uniti, simulque alii, unitatem vestram cum episcopo conspicientes, ad persuasionem de vita illa adducuntur (Hefele).

2—VII, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 780; Holl p. 20 (*μηδὲν ἔστω — ἰδίᾳ ὑμῖν*). Fragm. syr. Cureton 200, 234 (*ἀλλ' ἑνώθητε — ὑμῖν*).

VII. Antiochus Mon. Hom. 80, PG 89, 1674 (*ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ κτλ.*).

1. *ὥσπερ — ἐποίησεν*] Constitutiones apost. II, 26. 30 eadem fere

ἡνωμένος ὤν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ οὔτε διὰ τῶν ἀποστόλων· οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε· μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχή, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός, οὗ ἄμεινον οὐθέν ἐστιν. 2. πάντες ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχετε θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον, ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθόντα καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα.

VIII. Μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις μηδὲ μυθεύμασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν. εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. 2. οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐνπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀπὸ σιγῆς προελθών, ὃς κατὰ πάντα εὐηρέστησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.

IX. Εἰ οὖν οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμασιν ἀναστραφέντες εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλθον, μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν

1 *ἡνωμένος ὤν* GL : > SfA(g) Dam | 5 *ὅ* L Ant : *εἷς* G, *ὅς* Lightf. | 6 *πάντες* LAg : + *οὖν* G | *ἕνα* LA : > G | *θεοῦ* > A | 7 *ἐπὶ* LA : *ὡς ἐπὶ* Gg | 10 *Ἰουδαϊσμὸν* L : *νόμον ἰουδαϊσμὸν* G, *νόμον ἰουδαϊκὸν* gA | 13 *αὐτοῦ* > Ag | 15 *λόγος* A Sev : + *ἀΐδιος οὐκ* GL Tim | 17 *πράγμασιν* : *γράμμασιν* g | 18 *κυριακὴν* L(Ag) : + *ζωὴν* G

verba habent. — *οὕτως — πράσσετε*] Idem fere Didascalia et Constit. apost. II, 27 dicunt. — *ἰδίᾳ*] i. e. extra communionem episcopi et presbyterorum, in conventiculis. — *ὅ ἐστιν Ἰ. Χρ.*] i. e. quod (sc. *μία προσευχὴ κτλ.*) ut fiat, Iesus vult et efficit.

2. *προελθόντα*] sc. in mundum. Cf. Ioann. 8, 42; 13, 3; 16, 28. — *εἰς ἕνα ὄντα κτλ.*] Cf. Ioann. 1, 1. 2. 18. Cum vox *ὄντα* post *προελθόντα* et ante *χωρήσαντα* posita sit, sensus est: Iesus apud patrem, apud quem erat ante saecula (6, 1), eo quoque tempore versabatur, quo in mundo erat. Cf. Nirschl ad h. l.

VIII, 1. *μυθεύμασιν*] Cf. I Tim. 1, 4; 4, 7; Tit. 1, 14. — *Ἰουδαϊσμόν*] Cf. 10, 3; Gal. 1, 13; 2, 14.

2. Severus Antioch. Adv. imp. Gramm. Curet. 213, 245. Timotheus Aelur. Cur. 211, 244. — *τοὺς ἀπειθοῦντας*] i. e. *nunc* fidem recusantes, ut ex sequentibus patet. Cf. Sm. 5, 1. — *λόγος ἀπὸ σιγῆς προελθών*] Lectiones indicant, Ignatii verba iam quinto saeculo immutata fuisse. Contra versionem armeniacam et Severum stat Timotheus Aelurus. Sin autem quaeris, cui ex his duobus testibus maior fides habenda sit: considerans,

nihil fecit, neque per se ipsum neque per apostolos: ita neque vos sine episcopo et presbyteris quidquam peragatis; neque aggrediamini, ut quidquam a vobis separatim factum decens appareat, sed in unum convenientibus una sit oratio, una precatio, una mens, una spes in caritate, in gaudio sancto, quod est Iesus Christus, quo nihil praestantius est. 2. Omnes velut in unum templum dei concurrite, velut ad unum altare, ad unum Iesum Christum, qui ab uno patre prodiit et apud unum fuit ad eumque reversus est.

VIII. Ne seducamini alienis doctrinis neque veteribus fabulis, quae sunt inutiles. Si enim adhuc iuxta Iudaismum vivimus, confitemur, nos gratiam non accepisse. 2. Divinissimi namque prophetae iuxta Iesum Christum vixerunt. Ob hoc et persecutionem passi sunt, gratia ipsius inspirati, ut increduli certi redderentur, quod unus sit deus, qui seipsum manifestaverit per Iesum Christum filium suum, qui est verbum eius e silentio progressum, qui in omnibus ei, qui ipsum miserat, complacuit.

IX. Si igitur, qui in veteri rerum ordine degerunt, ad novam spem pervenerunt, non amplius sabbatum colentes, sed

Severum Antiochenum, qui aetate Timotheo fere par est, notitia autem epistularum Ignatianarum eum superat (profitetur aliquo loco, se plures codices contulisse, Curet. 213, 245), cum versione armeniaca consentire, non haesitabis huic palmam tribuere. Accedit, quod lectio *λόγος ἀπὸ* librarios quosdam facilius offendere poterat quam altera. Cum Graecis recentioribus *τὸ προελθεῖν* generationem Christi aeternam significaret (cf. Severus Ant. Curet. 213, 245) et verbis *ἀπὸ σιγῆς προελθὼν* doctrina proponeretur, quae quarto quidem saeculo Valentini Gnostici esse videbatur (Cyrill. Cat. VI, 17), librarius facilius in cogitationem incidere potuit, verba *ἀΐδιος οὐκ* inserenda esse, ut suspicio haeresis a sancto martyre removeretur, quam ea esse delenda. Itaque lectionem vulgatam, quae recentioribus tantum testibus nititur, aeque ac Zahn et Lightfoot relinquere non dubito. Sensus autem nostri loci est: Christus ante saecula apud patrem exsistens (6, 1) post longum quasi silentium cum hominibus conversaturus in mundum prodiit ac verbum vel os Dei (Rom. 8, 2) evasit. Cf. Prolegom. c. 4 — *κ. πάντα εὐηρέστησεν κτλ.*] Cf. Ioann. 8, 29.

IX, 1. *οἱ ἐν παλαιοῖς κτλ.*] i. e. ii, qui in legibus iudaicis imbuti erant. Sensus est: si Iudaei ad Christum conversi sabbatum observare desinebant, Christianis e gentilibus (v. 2) etiam minus licet ritus iudaicos sectari. — *κυριακήν*] Subintellegendum

ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δι' αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὅ τινες ἀρνοῦνται, δι' οὗ μυστηρίου ἐλάβομεν τὸ πιστεύειν, καὶ διὰ τοῦτο ὑπομένομεν, ἵνα εὑρεθῶμεν μαθηταὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου διδασκάλου ἡμῶν· 2. πῶς ἡμεῖς δυνησόμεθα ζῆσαι χωρὶς αὐτοῦ, οὗ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκων; καὶ διὰ τοῦτο, ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν.

X. Μὴ οὖν ἀναισθητῶμεν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. ἐὰν γὰρ ἡμᾶς μιμήσηται καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν. διὰ τοῦτο, μαθηταὶ αὐτοῦ γενόμενοι, μάθωμεν κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν. ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου, οὐκ ἔστιν τοῦ θεοῦ. 2. ὑπέρθεσθε οὖν τὴν κακὴν ζύμην τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἐνοξίσασαν καὶ μεταβάλεσθε εἰς νέαν ζύμην, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε. 3. ἄτοπόν ἐστιν, Ἰησοῦν Χριστὸν λαλεῖν καὶ ἰουδαΐζειν. ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς οὐκ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν, ἀλλ' Ἰουδαϊσμὸς εἰς Χριστιανισμόν, εἰς ὃν πᾶσα γλῶσσα πιστεύσασα εἰς θεὸν συνήχθη.

XI. Ταῦτα δέ, ἀγαπητοί μου, οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν οὕτως ἔχοντας, ἀλλ' ὡς μικρότερος ὑμῶν θέλω προφυλάσσεσθαι ὑμᾶς, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ἄγκιστρα τῆς κενοδοξίας, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει καὶ τῷ πάθει καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου· πραχθέντα

2 *ὅ τινες* LA(?) : *οἵτινες* G, *ὅν τινες* (A ?) Lightf. | 3 *ὑπομένομεν* LA : *ὑπομένωμεν* G | 6 *προσεδόκων* g Sev (LA) : *πσοσεδόκουν* G | 8 *ἐὰν* g : *ἂν* G | 9 *μιμήσεται* G | *πράσσωμεν* G | 13 *ὅ* G : qui L | 13/14 *ἁλίσθητε* GL : *αὐλίσθητε* g, coniungamini A | 14 *ὀσμῆς* L : *ὁρμῆς* G | 15 *Ἰησοῦν Χρ.* LAg : *Χρ. Ἰησοῦν* G | 17 *εἰς ὃν* g Sf (in quo) A (in eum) : *ὡς* GL (?), *ᾧ* Lightf. | 18 *συνήχθη* : congregaretur L | 21/22 *πεπληροφορῆσθαι* g : *-φορεῖσθαι* G, certificemini L, *-φόρησθε* Lightf.

esse *ἡμέραν* et e verbo *σαββατίζοντες* et ex sequentibus patet. Cf. Barn. 15, 9. — *ὅ*] scripsit Ign., quia haeretici non tantum Dominum mortuum, sed etiam ex eius morte nobis vitam ortam esse negabant.

2. Severus Antioch. apud I. Chr. Wolf, Anecdota (1724) IV, 72. — *προφῆται κτλ.*] Cf. Philad. 5, 2; 9, 1. Sensus: si prophetae nonnisi sperantes in Christum, qui nondum apparuerat, salvi facti sunt, quomodo nos, postquam advenit, sine eo vitam consequi poterimus?

X, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 785; Holl p. 21 (*μάθωμεν κτλ.*) — *μὴ οὖν κτλ.*] Cf. Paul. Rom. 2, 4. — *μιμήσηται*] i. e. si Deus eodem

iuxta dominicam viventes, in qua et vita nostra exorta est per ipsum et mortem ipsius (quod quidam negant, per quod mysterium fidem accepimus, et propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Iesu Christi, solius doctoris nostri); 2. quomodo nos poterimus vivere sine ipso, quem etiam prophetae, cum essent spiritu discipuli eius, ut doctorem exspectabant? Et propter hoc is, quem iuste praestolabantur, adveniens suscitavit ipsos ex mortuis.

X. Absit ergo a nobis non moveri benignitate eius. Si enim nos imitetur secundum ea, quae facimus, iam periimus. Propterea, discipuli eius effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur praeter hoc, non est dei. 2. Abicite igitur malum fermentum inveteratum et acimum et transmutamini in novum fermentum, quod est Iesus Christus. Saliamini in ipso, ut non corrumpatur aliquis e vobis, quoniam ab odore redarguemini. 3. Absurdum est, Iesum Christum profari et iudaizare. Christianismus enim non in Iudaismum credidit, sed Iudaismus in Christianismum, in quo omnes, qui credunt in deum, congregati sunt.

XI. Haec autem scribo, dilecti mei, non quod cognoverim, aliquos vestrum hoc animo affectos esse, sed, minor vobis, cautum vobis cupio, ne incidatis in hamos inanis doctrinae, sed ut plene certi reddamini de nativitate et passione et resurrectione, quae contigit tempore praefecturae Pontii Pilati: quae

7 Matth. 27, 52.

modo nobiscum ageret et malum malo compensaret. — *Χριστιανισμόν*] Primus Ign. hanc vocem adhibet. Cf. v. 3; Rom. 3, 3; Philad. 6, 1. Orig. Exhort. ad mart. c. 12: *ἀναδεχόμενοι τὸ κατὰ Χριστιανισμὸν βιοῦν*. — *τούτου*] sc. Christianismi vel Christi. Reprobatur ergo, qui Iudaei vel haeretici nomine vocatur.

2. *ὑπέρθεσθε κτλ.*] i. e. superate malum fermentum. Cf. I Cor. 5, 7.

3. Fragm. syr. Curet. 202, 236. — *Χριστιανισμὸς κτλ.*] i. e. vetus testamentum novum, non novum vetus praeparavit; adventu Christi Iudaei ad Christianismum sese converterunt, non Christiani Iudaismum receperunt. — *πᾶσα γλῶσσα*] Cf. Philipp. 2, 11.

XI. *ταῦτα δέ*] sc. ἔγραψα. Cf. Trall. 8, 1. — *οὕτως ἔχοντας*] sc. Iudaismum sectantes. — *Ποντίου Πιλάτου*] Similiter Trall. 9, 1; Sm. 1, 2. Ignatius hoc addit tanquam testimonium mortis Christi. Zahn eum formulam quandam regulamque fidei repetere censet; Kattenbusch (*Das apostolische Symbol* II, 310—319) contradicit. Cf. I Tim. 6, 13; Iust. Ap.

ἀληθῶς καὶ βεβαίως ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἧς ἐκτραπῆναι μηδενὶ ὑμῶν γένοιτο.

XII. Ὀναίμην ὑμῶν κατὰ πάντα, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. εἰ γὰρ [illegible] δέδεμαι, πρὸς ἕνα τῶν λελυμένων ὑμῶν οὐκ εἰμί. οἶδα, ὅτι [illegible] φυσιοῦσθε· Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς· καὶ μᾶλλον, [illegible]αν ἐπαινῶ ὑμᾶς, οἶδα, ὅτι ἐντρέπεσθε, ὡς γέγραπται, ὅτι *ὁ δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος*.

XIII. Σπουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα *πάντα, ὅσα ποιεῖτε, κατευοδωθῆτε* σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἐν υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἐν πνεύματι, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν καὶ τῶν κατὰ θεὸν διακόνων. 2. ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ κατὰ σάρκα καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκική τε καὶ πνευματική.

XIV. Εἰδώς, ὅτι θεοῦ γέμετε, συντόμως παρεκέλευσα ὑμᾶς. μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἵνα θεοῦ ἐπιτύχω, καὶ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι· ἐπιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι.

XV. Ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, παρόντες εἰς δόξαν θεοῦ ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν ἅμα Πολυκάρπῳ, ἐπισκόπῳ Σμυρναίων. καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν τιμῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσπάζονται ὑμᾶς.

9 *ποιεῖτε* g L : *ποιῆτε* G | 14 *κατὰ σάρκα* > A | 14/15 *κατὰ σ. — πνεύματι* > g | 15 *καὶ τῷ πνεύματι* > A Lightf. | 17 *παρεκάλευσα* G : *παρεκάλεσα* g

I, 13. 61; Dial. c. 30; Iren. II, 32, 4; III, 4, 2; IV, 22, 2; Tert. De vel. virg. c. 1.

XII. *δέδεμαι*] sc. Christi causa. Cf. Eph. 3, 1; 12, 1. Trall. 5, 2. — *φυσιοῦσθε*] sc. laude tributa.

XIII, 1. *κατευοδωθῆτε*] Cf. Test. XII patr. IV, 1; IX, 7. — *υἱῷ*] Ign. filium ante patrem nominat. Similiter Paulus II Cor. 13, 13 et Testamentum D. N. I, 23 ed. Rahmani 1899 p. 43. Locutio sicut extra ordinem ita rarissima est, inde autem explicari potest, quod filius via ad patrem est (Ioann. 14, 6) vel per filium gratia Dei ad homines per-

vere et indubitanter gesta sunt a Iesu Christo, spe nostra, a qua averti nemini vestrum accidat.

XII. Fruar vobis in omnibus, siquidem dignus sum. Etsi enim ligatus sum, comparandus tamen non sum uni vestrum, qui ligati non estis. Novi, quod non inflamini; Iesum enim Christum habetis in vobis. Et magis, cum laudo vos, scio, quod erubescitis, sicut scriptum est: ***Iustus sui est accusator.***

XIII. Studete igitur confirmari in doctrinis domini et apostolorum, ut ***omnia, quae facitis, prospere vobis succedant*** carne et spiritu, fide et caritate, in filio et patre et in spiritu, in principio et in fine, cum dignissimo episcopo vestro et digne contexta spirituali corona presbyterii vestri et cum diaconis deo placentibus. 2. Subiecti estote episcopo et vobis mutuo, ut Iesus Christus patri secundum carnem et apostoli Christo et patri et spiritui, ut unio sit et carnalis et spiritualis.

XIV. Cum sciam, vos deo plenos esse, brevibus vos cohortatus sum. Memores estote mei in orationibus vestris, ut deum assequar, et ecclesiae, quae in Syria est, unde non sum dignus vocari; indigeo enim unita vestra in deo oratione et caritate, ut ecclesia, quae in Syria est, mereatur per ecclesiam vestram irrorari.

XV. Salutant vos Ephesii e Smyrna, unde haec scribo vobis, qui praesentes adsunt in dei gloriam ut et vos, qui me una cum Polycarpo episcopo Smyrnaeorum in omnibus recrearunt. Et ceterae ecclesiae in honorem Iesu Christi vos salu-

6 Prov. 18, 17. — 9 Ps. 1, 3.

venit.

2. *ὑποτάγητε — ἀλλήλοις*] Cf. Paul. Eph. 5, 21; I Petr. 5, 5; Clem. I Cor. 38, 1. — *κατὰ σάρκα*] Christus filius hominis, non *ὁ λόγος* Deo patri subordinatur. Cum verba *κατὰ σάρκα* et *καὶ τῷ πνεύματι*, quae sequuntur, in versione armeniaca desint, Lightfoot illa tanquam dubia uncinis inclusit, haec delevit. Mihi verba suspicionem quidem movent, per testes autem satis fidos tradita esse videntur. — *ἕνωσις κτλ.*] i. e. unio externa et interna. Cf. Paul. Eph. 4, 4.

XIV. *εἰδὼς κτλ.*] Cf. Paul. Rom. 15, 14. 15.

XV. *Ἐφέσιοι .. αἱ λ. δὲ ἐκκλησίαι*] i. e. Ephesii et ceterae ecclesiae, qui Ignatii visendi causa legatos Smyrnam miserunt.

ἔρρωσθε ἐν ὁμονοίᾳ θεοῦ κεκτημένοι ἀδιάκριτον πνεῦμα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ θεῷ, πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ καὶ ἀξιοθέῳ, εἰρηνευούσῃ ἐν σαρκὶ καὶ πνεύματι τῷ πάθει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν ἐν τῇ εἰς αὐτὸν ἀναστάσει· ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν τῷ πληρώματι ἐν ἀποστολικῷ χαρακτῆρι καὶ εὔχομαι πλεῖστα χαίρειν.

I. Ἄμωμον διάνοιαν καὶ ἀδιάκριτον ἐν ὑπομονῇ ἔγνων ὑμᾶς ἔχοντας οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν, καθὼς ἐδήλωσέν μοι Πολύβιος, ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν, ὃς παρεγένετο θελήματι θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Σμύρνῃ καὶ οὕτως μοι συνεχάρη δεδεμένῳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὥστε με τὸ πᾶν πλῆθος ὑμῶν ἐν αὐτῷ θεωρεῖσθαι. 2. ἀποδεξάμενος οὖν τὴν κατὰ θεὸν εὔνοιαν δι' αὐτοῦ ἐδόξασα, εὑρὼν ὑμᾶς, ὡς ἔγνων, μιμητὰς ὄντας θεοῦ.

II. Ὅταν γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσησθε ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ ἄνθρωπον ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν

1 *διάκριτον* G | 2 *Χριστός*: + valete fratres, amen A, subscr. *Μαγνησιεῦσιν* G | 3 *Τραλιανοῖς* G, Tralesiis L, similiter 5 | *Ἰγνάτιος* GL : > A | 6 *πνεύματι* g cf. Eph. 10, 3 not. : *αἵματι* GL (+ *καὶ*) A | 7 *τῷ πάθει* > A | 11 *φύσιν*: *κτῆσιν* g | 14 *Χριστῷ Ἰησοῦ* LAg : *Ἰησοῦ Χρ.* G | 14/15 *θεωρεῖσθαι* G (-*σθε*) : *θεωρῆσαι* g Lightf. | 15/16 *ἐδόξασα* LA (+ Dominum meum Iesum Christum) : *ἔδοξα* Gg | 18 *κατὰ ἄνθρωπον* Gg Dam : *κατὰ ἀνθρώπους* L Sev Zahn Lightf., in corpore Sf A

Inscr. *πληρώματι*] Smith hanc vocem de universitate Trallianorum, Bunsen de plenitudine potestatis ecclesiasticae, quam habuit Ign., intellexit. Rectius eam de gratiae plenitudine interpretamur, quam Ignatius Trallianis deprecatur de more apostolorum (*ἐν ἀπ. χαρακτῆρι*) cf. Rom. 1, 7; I Cor. 1, 3; II Cor. 1, 2; Gal. 1, 3 etc. Nirschl locum de gratiae plenitudine et apostolico charactere explicat, quem habuit ecclesia Trallianorum. Alii verba *ἐν ἀποστ. χαρακτῆρι* minus recte ad

tant. Valete, deo uniti, spiritum possidentes inseparabilem, qui est Iesus Christus.

TRALLIANIS IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, dilectae a deo, patre Iesu Christi, ecclesiae sanctae, quae est Trallibus Asiae, electae et deo dignae, pacem habenti in carne et spiritu per passionem Iesu Christi, spei nostrae, cum resurgamus ad eum; quam et saluto in plenitudine in apostolico charactere cuique plurimam opto salutem.

I. Constanter inculpatam et inseparabilem in sustinentia mentem cognovi vos habere non usu solum, sed indole, quemadmodum id mihi episcopus vester Polybius indicavit, qui Smyrnae adfuit per voluntatem dei et Iesu Christi quique mihi vincto in Christo Iesu ita congratulatus est, ut omnem multitudinem vestram in eo contemplatus sim. 2. Excipiens enim per ipsum vestram quae secundum deum est benevolentiam, glorificavi deum, cuius imitatores, ut cognovi, vos inveni.

II. Cum enim episcopo subiecti sitis ut Iesu Christo, videmini mihi non secundum hominem, sed secundum Iesum

apostolicam Ignatii episcopi auctoritatem retulerunt, quam dignitatem sibi negat 3, 3; Rom. 4, 3.

I, 1. *οὐ κατὰ χρῆσιν κτλ.*] Sensus: non solum in vitae commercio talem mentem ostendere studetis, sed ea interna vestrae naturae propria est. Apud Iren. I, 6, 4 *ἐν χρήσει* opponitur ei, quod quis *natura* sua *proprie* possidet. Gnostici divinam gratiam proprie possidere contendebant, cum Psychici eam nonnisi *ἐν χρήσει* = *ad usum* (commodati instar) acciperent eamque et amittere possent (Hefele).

2. *ἐδόξασα*] sc. *τὸν θεόν,* ad quem Ignatius verbum ubique refert. Cf. Eph. 2, 2; Philad. 10, 1; Sm. 1, 1. Absolute illud adhibet etiam Polyc. 1, 1.

II—III, 1. Fragm. syr. Curet. 198, 232 sq.

1. Severus Ant. Cur. 213, 245. Ioann. Dam. S. P. II, 780; Holl p. 21 (— *ἀποθανόντα*). — *κ. ἄνθρωπον*] Cf. Paul. Rom. 3, 5; I Cor. 9, 8; Gal. 3, 15; Orig. Exhort. ad mart. c. 41.

Χριστὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἀποθανόντα, ἵνα πιστεύσαντες εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ τὸ ἀποθανεῖν ἐκφύγητε. 2. ἀναγκαῖον οὖν ἐστίν, ὥσπερ ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες εὑρεθησόμεθα. 3. δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν. οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσιν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας θεοῦ ὑπηρέται. δέον οὖν αὐτοὺς φυλάσσεσθαι τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ.

III. Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους ὡς Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὄντα τύπον τοῦ πατρός, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ὡς συνέδριον θεοῦ καὶ ὡς σύνδεσμον ἀποστόλων. χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται. 2. περὶ ὧν πέπεισμαι ὑμᾶς οὕτως ἔχειν. τὸ γὰρ ἐξεμπλάριον τῆς ἀγάπης ὑμῶν ἔλαβον καὶ ἔχω μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν, οὗ αὐτὸ τὸ κατάστημα μεγάλη μαθητεία, ἡ δὲ πραότης αὐτοῦ δύναμις· ὃν λογίζομαι καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέπεσθαι. 3. ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι, συντονώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου. οὐκ εἰς τοῦτο ᾠήθην, ἵνα ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι.

IV. Πολλὰ φρονῶ ἐν θεῷ, ἀλλ' ἐμαυτὸν μετρῶ, ἵνα μὴ ἐν καυχήσει ἀπόλωμαι. νῦν γάρ με δεῖ πλέον φοβεῖσθαι καὶ μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με. οἱ γὰρ λέγοντές μοι μαστιγοῦσίν με. 2. ἀγαπῶ μὲν γὰρ τὸ παθεῖν, ἀλλ' οὐκ οἶδα, εἰ ἄξιός εἰμι. τὸ

1 *ὑμᾶς* L | 3/4 *ὑποτάσσεσθαι* Lg (Ant) : *-τάσσεσθε* G Sf A | 4 *τοῖς* G : > g Ant | 5 *διάγοντες* GL : + *ἐν αὐτῷ* g Sf Lightf. | 6 *μυστήριον* G | 8 *αὐτοὺς* : vos L | 10 *ὁμοίως* + *καὶ* L | 10/11 *Ἰησοῦν Χρ.* G Sf Ag Ant : *ἐντολὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ* L | 11 *ὡς* Gg : > L Sf A Ant | *ἐπίσκοπον* + ut Iesum Christum L | *τύπον* em cf. Sf A g Ant : *υἱὸν* GL | 12 *ὡς* sec G Ant : > LSfA | *σύνδεσμον* L (Ant) : *σύνδεσμος* G | 15 *ἑαυτοῦ* G : *ἐμαυτοῦ* g | 17 *ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι* gA : *ἀγαπῶντας ὡς οὐ φ.* GL | *ὑμᾶς* + *οὕτως* Lightf. | 17/18 *συντονώτερον* gA : *ἑαυτὸν πότερον* G, ipsum aliqualem L | 18 *οὐκ* A(g) : > GL, con *ἀλλ' οὐχ ἱκανὸν ἑαυτὸν* Lightf., codicibus GL corruptis locus difficillimus est ad sanandum | 19 *διατάσσομαι* G

2—III, 1. Antiochus Mon. Hom. 124, PG 89, 1822. — *ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου κτλ.*] Cf. Magn. 7, 1.

3. *δεῖ κτλ.*] Monet Ign. diaconos, ut officia sua impleant et omnibus omni modo placeant. — *μυστηρίων*] Cf. I Cor. 4, 1; I Tim. 3, 9. — *βρωμάτων καὶ ποτῶν*] Cf. Rom. 14, 17; Col. 2, 16; Hebr. 9, 10.

III, 1. *χωρὶς κτλ.*] i. e. ubi ministri

Christum vivere, qui propter nos mortuus est, ut credentes in mortem ipsius mortem effugiatis. 2. Necessarium itaque est, quemadmodum facitis, ut sine episcopo nihil agatis, sed et presbyterio subditi sitis ut apostolis Iesu Christi, spei nostrae, in quo conversantes inveniemur. 3. Oportet autem et diaconos, qui sunt ministri mysteriorum Iesu Christi, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum et potuum diaconi sunt, sed ecclesiae dei ministri. Oportet igitur, ut sibi caveant a criminibus tanquam ab igne.

III. Cuncti similiter revereantur diaconos ut Iesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus patris, presbyteros autem ut senatum dei et concilium apostolorum. Sine his ecclesia non vocatur. 2. De his vos ita sentire persuasum habeo. Exemplar enim caritatis vestrae accepi et mecum habeo in episcopo vestro, cuius ipse habitus magna disciplina est, mansuetudo vero eius potentia, quem, ut existimo, et impii ipsi reverentur. 3. Quoniam autem vos amo, parco, quamvis pro illo severius scribere possem. Non in tantam mei existimationem deveni, ut quamvis condemnatus velut apostolus vobis praeciperem.

IV. Magna sapio in deo, sed mihi ipsi modum adhibeo, ne gloriando peream. Nunc enim plus mihi timendum est nec aures illis sunt praebendae, qui me inflant. Qui enim talia mihi dicunt, flagellant me. 2. Nam diligo quidem pati, sed

a Deo constituti non reperiuntur, ibi non est ecclesia.

2. *ἑαυτοῦ*] = *ἐμαυτοῦ*. Illud pro hoc et pronomine secundae personae apud Graecos in omnibus casibus translaticium est. Cf. Matth. 26, 11; I Thess. 2, 8; II Thess. 3, 9. — *τοὺς ἀθέους*] i. e. gentiles. Cf. Mart. Polyc. 9, 2.

3. *φείδομαι*] Cf. II Cor. 12, 6. — *εἰς τοῦτο ᾠήθην*] Versionem recepi, quam Pearson exhibuit.

IV, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 566; Holl p. 21 (— *ἀπόλωμαι*). — *ἀλλ' ἐμ. μετρῶ κτλ.*] Cf. II Cor. 10, 12. 13. — *λέγοντες*] sc. res adulatorias, ut ex voce *φυσιοῦσιν* apparet, et verisimiliter ad martyrium spectantes. Videntur ei dixisse: *μάρτυς ἔσῃ* vel *ὁ μάρτυς*. Cf. Eus. H. E. V, 2, 2: *οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς ἀνεκήρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν αὐτούς· ἀλλ' εἴποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσον πικρῶς.*

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 650, Holl p. 21. Anton. Melissa II serm. 84 (*χρῄζω κτλ.*) secundum interpolatorem, qui in fine addit *ὁ*

γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ. χρῄζω οὖν πραότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου.

V. Μὴ οὐ δύναμαι ὑμῖν τὰ ἐπουράνια γράψαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι, μὴ νηπίοις οὖσιν ὑμῖν βλάβην παραθῶ· καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι, μήποτε οὐ δυνηθέντες χωρῆσαι στραγγαλωθῆτε. 2. καὶ γὰρ ἐγώ, οὐ καθότι δέδεμαι καὶ δύναμαι νοεῖν τὰ ἐπουράνια καὶ τὰς τοποθεσίας τὰς ἀγγελικὰς καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχοντικάς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, παρὰ τοῦτο ἤδη καὶ μαθητής εἰμι· πολλὰ γὰρ ἡμῖν λείπει, ἵνα θεοῦ μὴ λειπώμεθα.

VI. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ἡ ἀγάπη Ἰησοῦ Χριστοῦ· μόνῃ τῇ χριστιανῇ τροφῇ χρῆσθε, ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθε, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις· 2. οἳ ἑαυτοῖς παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστὸν καταξιοπιστευόμενοι, ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον διδόντες μετὰ οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν ἡδέως λαμβάνει ἐν ἡδονῇ κακῇ τὸ ἀποθανεῖν.

VII. Φυλάττεσθε οὖν τοὺς τοιούτους. τοῦτο δὲ ἔσται ὑμῖν μὴ φυσιουμένοις καὶ οὖσιν ἀχωρίστοις θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων. 2. ὁ ἐντὸς

1 *πλέον* GL : > SfAg | 3 *ὑμῖν* LSAg : > G | 5 *στραγγαλωθῆτε* LSg : *στράγγαλον θῆτε* G | 6 *δύναμαι νοεῖν* g S Sf A : *δυνάμενος* GL | 8 *ἤδη* Lg Sev : *εἴδη* G, > S Sf A | 9 *ἡμῖν* : vobis L | 11 *χριστιανῇ* GL : *χριστιανικῇ* Dam, christianismi A, gratiarum actionis Sf | 11/12 *χρῆσθε .. ἀπέχεσθε* L Sf A : *χρῆσθαι .. ἀπέχεσθαι* G Dam | 12 *οἳ ἑαυτοῖς* Sf A : *οἱ καιροὶ* G, *καὶ* Dam, *ἢ καὶ ῥυπαροῖς* L, *καὶ τὸν ἰὸν* g, *οἳ καὶ ἰοῖς* Voss, *οἳ καὶ ἰῷ* Lightf. | 13 *καταξιοπιστευόμενοι* Dam (Sf A) : *καταξίαν πιστευόμενοι* G, > L | 14 *ἡδέως* : *ἀδεῶς* con Lightf. | *λαμβάνει* + *καὶ* L | 14/15 *ἡδονῇ κακῇ* : *ἡδονῇ· κακεῖ* G | 16 *τοὺς τοιούτους* Dam (g) : *τοῖς τοιούτοις* G, a talibus L | 17 *θεοῦ* GL : > A

διάβολος. — *καταλύεται κτλ.*] Cf. Eph. 13, 1.

V, 1. Ioann. Dam. S. P. Holl p. 21. — *μὴ νηπίοις κτλ.*] Cf. I Cor. 3, 1. 2.

2—VII, 1. Fragm. syr. Curet. 198, 233 (— *τοιούτους*).

2. Severus Ant. Cur. 217, 248. — *ἐπουράνια κτλ.*] Cf. Col. 1, 16. 20. — *ἀόρατα*] Falso Smith et alii editores post hanc vocem punctum posuerunt. Etiam in versionibus antiquis, apud Severum et interpolatorem verba *παρὰ τοῦτο κτλ.* apodosin constituunt. Sensus: quamquam vinctus sum et caelestia intellego (5, 1), tamen discipuli nomine non iam dignus sum. Martyrium demum me verum discipulum reddet (Eph. 1, 2; Rom. 4, 2; Polyc. 7, 1). Nunc autem incipio discipulus esse (Rom. 5, 3). — *παρὰ τοῦτο*] Cf. Rom. 5, 1. — *πολλὰ κτλ.*] Cf. I Cor. 13, 9.

VI—VII, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 772; Holl p. 22 (— *τοιού-*

nescio, an dignus sim. Vehementia enim mea multis quidem non apparet, me vero acrius impugnat. Opus itaque mihi mansuetudine, qua princeps saeculi huius destruitur.

V. Numquid non possum caelestia vobis scribere? At metuo, ne parvulis vobis damnum inferam, ac ignoscite mihi, ne ista capere non valentes strangulemini. 6. Nam et ego ideo, quod vinctus sum et caelestia intellegere possum et locos angelorum et coetus constitutionesque principatuum, visibilia et invisibilia, propter hoc nondum discipulus sum; multa enim nobis desunt, ne a deo absimus.

VI. Obsecro itaque vos, non ego, sed caritas Iesu Christi: solo christiano alimento utimini, ab aliena autem herba abstinete, quae est haeresis; 2. qui sibimet ipsis Iesum Christum admiscent fidem simulantes, similes iis, qui mortiferum pharmacum cum vino mulso dant, quod qui ignorat, libenter accipit in voluptate noxia mortem.

VII. A talibus igitur vos custodite. Hoc autem fiet, si nec inflati nec avulsi fueritis a deo Iesu Christo et episcopo et praeceptis apostolorum. 2. Qui intra altare est, mundus

τους).

1. *βοτάνης*] Cf. Eph. 10, 3; Philad. 3, 1.

2. *οἵ*] i. e. haeresis sectatores vel haeretici. Sensus: haeretici fabulis suis doctrinas christianas admiscent, ut simpliciores decipiant, instar illorum, qui venenum vino immistum dant. Zahn contulit Rom. 16, 18; Iren. I, 27, 4; Theoph. Ad Autol. II, 12; Clem. Al. Strom. I, 1, 16 p. 325; Orig. Hom. 29 in Ierem. (ed. Bened. III, 265). Cyrill. Catech. IV, 2, 26. — *καταξιοπιστευόμενοι*] Verbum *ἀξιοπιστεύεσθαι* proferunt Hesychius s. v. *βρενθύεσθαι* et Suidas s. v. *ἀναπειστηρίαν*, *καταξιοπιστεύεσθαι* autem praeter locum nostrum nusquam nisi apud Polybium XII, 17, 1 reperitur. Hefele verbum interpretatur: dicere adversus aliquem, quae fide indigna sunt; Zahn: fide et gravitatis fama (*τῇ ἀξιοπιστίᾳ* Philad. 2, 2; Polyc. 3, 1) abuti, vel: contra aliquem, qui contraria dixit, fidem sibi vindicare; Lightfoot: animos permovere vel fallere (*imposing*) profitendo honestatem. Respicienti Philad. 2, 2; Polyc. 3, 1 mihi vox vertenda esse videtur: fidem simulantes, vel: obtendentes se fide dignos esse. Lectionem codicum Cotelerius interpretatur: ratione dignitatis (loci), quam obtinent, fidem adepti. — *ὅπερ κτλ.*] i. e. qui ignorat, vino venenum admistum esse, libenter illud accipit, sed una cum dulcedine mortem bibit.

VII, 1. *μὴ φυσιουμένοις*] Cf. Magn. 12.

θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν· ὁ δὲ ἐκτὸς θυσιαστηρίου ὢν οὐ καθαρός ἐστιν· τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνων πράσσων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν τῇ συνειδήσει.

VIII. Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ προφυλάσσω ὑμᾶς ὄντας μου ἀγαπητούς, προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ διαβόλου. ὑμεῖς οὖν τὴν πραϋπάθειαν ἀναλαβόντες ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, ὅ ἐστιν σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ, ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ. 2. μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐχέτω. μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἄφρονας τὸ ἐν θεῷ πλῆθος βλασφημῆται. *Οὐαὶ γάρ, δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπί τινων βλασφημεῖται.*

IX. Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαυίδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων· 2. ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως ἐγερεῖ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.

X. Εἰ δέ, ὥσπερ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσιν, τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτόν, αὐτοὶ ὄντες τὸ δοκεῖν, ἐγὼ τί δέδεμαι, τί δὲ καὶ εὔχομαι θηριομαχῆσαι; δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω. ἄρα οὖν καταψεύδομαι τοῦ κυρίου.

XI. Φεύγετε οὖν τὰς κακὰς παραφυάδας τὰς γεννώσας καρ-

1/2 *ὁ δὲ — καθαρός ἐστιν* L(g) : > GA ob homoeoteleuton | 2 *πρεσβυτερίου* GL : *τῶν πρεσβυτέρων* gA | 3 *διακόνων* g : *διακόνου* GL, > A | 7 ὅ pr L : ὅς G | 8 *ὑμῶν* + *τι* g | *ἐχέτω* G : *τι ἐχ.* L, *ἐχ. τι* Dam | 9/10 *ἐν θεῷ* GL : *ἔνθεον* Dam Lightf. | 10 *βλασφημεῖται* G | 15 *τῶν* G Theod : > g | 17 ὅς GL : ita ut Sf, itidem A, *οὗ* Zahn | ὅς *καὶ κατὰ τὸ ὁμ.* L : *κατὰ τὸ ὁμ.* ὅς *καὶ* G Lightf. | 18/19 *ὁ πατὴρ — Ἰησοῦ* > A | 22 *καὶ* L Sev : > G | 23 *οὖν* em Voss : *οὐ* GL, > g Sev

2. *ὁ χωρὶς ἐπισκόπου κτλ.*] Cf. Magn. 7, 1.

VIII, 1. Fragm. syr. Curet. 200, 234 (*ὑμεῖς οὖν κτλ.*). — *οὐκ ἐπεὶ*] Cf. Magn. 11, 1. — *πραϋπάθεια*] Legitur haec vox apud Phil. De Abrah. c. 37 (ed. Mangey II, 31) et *πραϋπαθεῖν* apud eundem De Profug. c. 1 (I, 547). — *ἐν πίστει ὅ κτλ.*] Similiter Clemens Al. Paedag. I, 6, 38 p. 121, nisi quod de fide et spe loquitur.

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 702; Holl p. 22. — *μὴ ἀφορμὰς κτλ.*] Phrasis Paulina. Cf. II Cor. 5, 12; I Tim. 5, 14. — *ἵνα μὴ κτλ.*] Cf. II Tim. 6, 1; Tit. 2, 5.

est; qui vero extra altare est, non est mundus; hoc est, qui sine episcopo et presbyterio et diaconis quidpiam agit, is non est mundus in conscientia.

VIII. Non quod noverim tale quid inter vos, haec scribo, sed praemunire volo vos ut filios meos carissimos, prospiciens insidias diaboli. Vos itaque mansuetudinem assumentes regenerate vosmet ipsos in fide, quae est caro domini, et in caritate, quae est sanguis Iesu Christi. 2. Nullus vestrum adversus proximum aliquid habeat. Ne ansam detis gentibus, ne propter paucos insipientes multitudo, quae est in deo, blasphemetur. *Vae* enim *ei, per quem in vanitate nomen meum apud aliquos blasphematur.*

IX. Obturate igitur aures vestras, cum vobis quispiam loquitur sine Iesu Christo, qui ex genere David, qui ex Maria, qui vere natus est, edit et bibit, vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus et mortuus est, videntibus caelestibus et terrestribus et subterraneis; 2. qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum patre ipsius, qui ad eius similitudinem et nos ei credentes ita resuscitabit, pater eius in Christo Iesu, sine quo veram vitam non habemus.

X. Si vero, ut quidam athei, hoc est, infideles, aiunt, eum secundum apparentiam esse passum, ipsi secundum apparentiam tantum exsistentes: ad quid ego vinctus sum, cur cum bestiis quoque depugnare opto? Frustra igitur morior; ergo falsa de domino loquor.

XI. Fugite ergo mala excrescentia, quae gignunt morti-

10 Ies. 52, 5.

IX—XI, 2. Fragm. syr. Curet. 200, 234 sq. (— *μέλη αὐτοῦ*).
1. Theodoret. Dialog. I Migne IV, 83. — *ἀληθῶς*] Hac voce, quae in hoc capite quater legitur, Ign. Docetismum respicit. Cf. Magn. 11; Sm. 1, 1. 2.
2. *ἐγείραντος κτλ.*] Cf. II Cor. 4, 14; I Thess. 4, 14; I Petr. 1, 21; Polyc. Phil. 2, 1. 2. — *οὐ χωρίς*] Cf. Ioann. 3, 36; 5, 40; 14, 6; 20, 31.

X—XI, 1. Severus Antioch. Curet. 214, 246. — *ἄθεοι κτλ.*] Cum vox hic non proprie vel de gentilibus, ut supra 3, 2, sed de haereticis intellegenda sit, Ign. addit explicationem. — *τὸ δοκεῖν κτλ.*] Cf. Sm. 2; 4, 2; 5, 1; Iren. Adv. haer. III, 18, 7; IV, 33, 5; Tert. De carne Christi c. 1; Cyr. Hier. Cat. IV, 9.
XI, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien, II, 772; Holl p. 22. — *παραφυάδας*]

πὸν θανατηφόρον, οὗ ἐὰν γεύσηταί τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσιν φυτεία πατρός. 2. εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄφθαρτος· δι' οὗ ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ προσκαλεῖται ὑμᾶς ὄντας μέλη αὐτοῦ. οὐ δύναται οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν, τοῦ θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου, ὅ ἐστιν αὐτός.

XII. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης ἅμα ταῖς συμπαρούσαις μοι ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν σαρκί τε καὶ πνεύματι. 2. παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἕνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιφέρω αἰτούμενος θεοῦ ἐπιτυχεῖν· διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν πατρός, Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων. 3. εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας. καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρῄζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναί με τοῦ κλήρου οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ.

XIII. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων καὶ Ἐφεσίων. μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. 2. ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ. καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλήλους ἀγαπᾶτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. 3. ἁγνίζεται ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅταν θεοῦ ἐπιτύχω. ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν, ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι.

6 ὅ L : ὅς G | 8 *μοι* Lg : *μου* G, apud vos A | 13 *πατρός* GL : + et A, *καὶ εἰς τιμὴν* g Lightf. | 15 *ἐν* GL : > Ag | 17 *οὗ περίκειμαι* Gg(A) : quo conor L, *οὗπερ ἔγκειμαι* Bunsen Lightf. | 20 *καὶ* G : > LAg | 21/22 *τῇ ἐντολῇ* G : Dei mandato LA | 23 *ἁγνίζεται* : *ἁγνίζετε* GL, + *ὑπὲρ* Zahn | 26 *εὑρεθεύητε* GL : *εὑρεθείημεν* Ag Lightf.

Vox ad designandas haereses apta. — *φυτεία π.*] Cf. Philad. 3, 1; Matth. 15, 13.

2. *μέλη*] Cf. Rom. 12, 4—5; I Cor. 6, 15; Eph. 5, 30.

XII, 1. *οἵ*] Ign. non tam ad ecclesias, quam earum legatos animum advertit.

2. *πατρός*] Quaeritur, an post hanc vocem comma ponendum sit. Voss et Zahn eam cum sequentibus coniungunt, et hic contendit, scriptoris menti similitudinem illam obversari, quam et inter episcopum Deumque Christi patrem et inter presbyteros apostolosque intercedere existimet.

ferum fructum, quem si quis gustarit, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio patris. 2. Si enim essent, apparerent rami crucis et esset fructus eorum incorruptibilis. Per hanc crucem Christus in passione sua invitat vos, qui estis membra eius. Non potest igitur caput seorsum nasci sine membris, unionem promittente deo, qui ipse est unio.

XII. Saluto vos e Smyrna una cum ecclesiis dei, quae mecum sunt, quae in omnibus me recrearunt quoad corpus et spiritum. 2. Vincula mea, quae propter Iesum Christum fero orans, ut deum assequar, vos obsecrant: permanete in concordia vestra et oratione mutua. Decet enim singulos vestrum et praecipue presbyteros, recreare episcopum in honorem patris, Iesu Christi et apostolorum. 3. Opto, ut in caritate me audiatis, ne haec scribens in testimonium contra vos sim. Sed et orate pro me, qui in dei misericordia caritate vestra indigeo, ut dignus fiam, qui assequar sortem mihi instantem, ne reprobus inveniar.

XIII. Salutat vos caritas Smyrnaeorum et Ephesiorum. Memores estote in omnibus orationibus vestris ecclesiae, quae est in Syria, de qua et nomen habere non sum dignus, qui sim eorum ultimus. 2. Valete in Iesu Christo, subiecti episcopo ut dei praecepto, similiter et presbyterio. Ac singillatim omnes alter alterum diligite corde indivulso. 3. Immolatur pro vobis spiritus meus non solum nunc, sed et quando deum nactus fuero. Adhuc enim in periculo versor; sed fidelis est pater in Iesu Christo, ut impleat petitionem meam et vestram, in quo opto ut inveniamini sine macula.

2 Matth. 15, 13. — 17 I Cor. 9, 27.

Sed Ign. episcopum non tantum cum patre, sed etiam cum Iesu Christo (Eph. 3, 2; Trall. 2, 1) et simul cum ambobus (Philad. 3, 2) comparat, nec verisimile est, patrem hoc loco illam similitudinem in mente habere. Fortasse addendum est *καὶ* vel *καὶ εἰς τιμήν*, quae verba in versione armeniaca et apud interpolatorem leguntur. Utut autem Ign. scripsit, non de honore patris Iesu Christi, sed de honore patris et Iesu Christi loqui videtur.

3. *εἰς μαρτύριον κτλ.*] Cf. Philad. 6, 3.

XIII, 1. *ἡ ἀγάπη Σμ.*] i. e. fratres Smyrnaei. Cf. Rom. inscr. not. — *ὅθεν κτλ.*] Cf. Magn. 14; Eph. 21, 2.

2. *ὡς τῇ ἐντολῇ*] sc. *θεοῦ*, quam vocem interpretes addiderunt.

3. *ἁγνίζεται*] Cf. Eph. 8, 1. — *πιστὸς ὁ πατήρ*] Cf. Ps. 144, 14; I Cor. 1, 9; 10, 13; II Cor. 1, 18; I Thess. 5, 24; II Thess. 3, 3.

ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἔστιν, κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξιόαγνος καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, χριστόνομος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ πατρός· κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος θεοῦ ἀδιακρίτως καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ θεῷ ἡμῶν, ἀμώμως χαίρειν.

1 *Ῥωμαίοις Ἰ.*, titulum ad titulos reliquarum epistularum conformavi: Ignatii epistola ad Romanos L, > G | 5 *κατὰ* GLSmM: + *πίστιν καὶ* gAAm Lightf. | 6 *τόπῳ* : *τύπῳ* Zahn | 6/7 *χωρίου* : *χοροῖ* L | 9 *χριστόνομος* L Sm Am g (SA) : *χριστώνυμος* G

Inscr. *ἅ ἔστιν*] Hae voces potius per se sumendae quam cum sequentibus construendae esse videntur. — *προκάθηται κτλ.*] Plerique *προκάθηται* cum *χωρίου Ῥωμαίων* construxerunt et alii locum aliter interpretati sunt. Vedelius putat, Ignatium ecclesiae Romanae primatum ecclesiarum suburbicariarum vindicare. Pearson (Annotationes) vertit: quae praesidet in ipsa urbe Roma cum suburbiis, Bunsen (ad h. l.) quae in dignitate sua seu officio episcopali (*ἐν τόπῳ* cf. Polyc. 1, 2) praesidet regioni Romanorum. Zahn contendit, ecclesiam R. regionibus omnibus, quae sub Romanorum erant ditione, quodammodo praesidere dici. Revera autem verbum *προκάθηται* non cum vocibus *χωρίου Ῥ.* construitur, sed absolute usurpatur, et verba *ἐν τόπῳ χ. Ῥ.* locum designat, ubi ecclesia praesidens habitat. Locutionem *ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων* singularem esse haud infitior. Aptius erat dicere *ἐν Ῥώμῃ*. Sensus vero vix dubius est. — *προκαθ. ἀγάπης*] Iam Pearson (Annotat.) interpretatus est: quae in caritate vel in operibus misericordiae et caritatis praeeminet (cf. Eus. H. E. IV, 23, 10), et Protestantes fere omnes eum secuti sunt, nuperrime Zahn et Lightfoot. Sed quaeritur, num *προκαθῆσθαι* ita construi possit. Ubicumque enim vox legitur, ad locum vel societatem aliquam refertur. Ioannes Malala e. g. (ed. Oxon. 1691 p. 278) Antiochiam vocat *προκαθημένην τῆς ἀνατολῆς*. Chrysostomus In Matth. hom. VII, 7

ROMANIS IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae misericordiam consecutae in magnificentia patris altissimi et Iesu Christi, filii eius unici; ecclesiae dilectae et illuminatae voluntate eius, qui vult omnia, quae sunt, secundum caritatem Iesu Christi, dei nostri; quae etiam praesidet in loco regionis Romanorum, digna deo, digna decore, digna quae beata praedicetur, digna laude, digna quae voti compos fiat, digne casta et universo caritatis coetui praesidens, Christi legem habens, patris nomine insignita, quam et saluto in nomine Iesu Christi, filii patris; iis, qui secundum carnem et spiritum cuivis ipsius praecepto sunt adunati, gratia dei inseparabiliter repleti et ab omni alieno colore sunt expurgati, plurimam in Iesu Christo, deo nostro, et intaminatam opto salutem.

(ed. Bened. VII, 116) *προκαθημένην τῆς οἰκουμένης πάσης*. Gregorius Naz. Or. 43 c. 14 (ed. Migne II, 514) appellat Constantinopolim *προκαθεζομένην τῆς ἑῴας πόλιν*, Theodoretus Ep. 113 Romam *τῆς οἰκουμένης προκαθημένην*. Cf. etiam Stephanus, Thesaurus s. h. v. Quae cum ita sint, *ἀγάπη* mihi h. l. idem significare videtur atque *ἐκκλησία* sive coetus Christianorum, et eiusmodi interpretationi Ignatii saltem modum dicendi non obstare, patet e. Trall. 3, 2; 13, 1; Rom. 9, 3; Philad. 11, 2; Smyrn. 12, 1. Cf. Mart. Ign. Colb. 5, 3. Si enim ecclesia particularis *ἀγάπη* vocatur, cur haec vox ad ecclesiam universam referre non liceat? In Ps.-Clementis epistula ad Iacobum quidem Clemens bis (c. 2. 17) *προκαθεζόμενος ἀληθείας* appellatur, et Lightfoot ad illam scripturam provocavit, ut sententiam suam probaret. Revera scriptura alteri interpretationi favet. Clementem enim *προκαθεζόμενον ἀληθείας* vocat, non quia veritate excellebat vel praeeminebat, sed quia praesidebat veritati i. e. societati veritatis vel sectatorum veritatis, sicut similiter Ignatius ecclesiam Romanam caritati i. e. congregationi caritatis praesidere dicit. Cf. Funk, *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* I (1897), 1—12. Non est autem, quod in hac interpretatione perstamus. Si Ign. ecclesiam Romanam hoc loco forte ob opera caritatis praedicat, non est dubium et Protestantes quoque plurimi agnoscunt, eum verbis *ἥτις προκάθηται* de ecclesiae primatu loqui. Cf. Lightfoot ad h. l. et Jülicher in *Gött. Gel. Anzeigen* 1898 p. 4.

I. Ἐπεὶ εὐξάμενος θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν· δεδεμένος γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάνπερ θέλημα ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. 2. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάνπερ χάριτος ἐπιτύχω εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ. ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν τοῦ θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ φείσησθέ μου.

II. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. οὔτε γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. ἐὰν γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ λόγος θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι φωνή. 2. πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς θεόν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

III. Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδενί, ἄλλους ἐδιδάξατε. ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. 2. μό-

1 *ἐπεὶ εὐξάμενος* GAAmM g : *ἐπευξάμενος* L (S Sm) | 2 *γὰρ* LAmg : *μὲν δὲ* S(A), > GM | 3 *θέλημα* LS Sm g cf. Eph. 20, 1; Sm. 11, 1 : + *τοῦ θεοῦ* GAM | 5 *ἐάνπερ χάριτος* GLg(M) : *ἐὰν πέρατος* SA Lightf., si finem etiam gratiae assequar Am(Sm) | 8 *μὴ* LSg(A) : > G Sm Am M | 10 *οὔποτε* L g : *οὐ* G | 12 *λόγος θεοῦ* LS Sm Jo : *γενήσομαι θεοῦ* GMg | 13 *φωνή*, vox LS Sm Jo : *τρέχων* GAMg (cf. I Cor. 9, 24), *ἠχὼ* (con Cureton, sed et reprobavit) Zahn | *πλέον* GSA : + *δὲ* LMg Lightf. | 14 *σπονδισθῆναι* gM : *σπονδιασθῆναι* G | 16 *Χρ. Ἰησοῦ* GMg : *Ἰ. Χρ.* L (SSm Am) | *ὁ θεὸς κατηξίωσεν* GM : *κατ. ὁ θεὸς* gL Am | 19 *οὐδενὶ* gM : *οὐδένα* G | 19/20 *ἐγὼ — ἐντέλλεσθε* > SA

I, 1. *ἐπεὶ εὐξάμενος κτλ.*] Anacoluthon; apodosis deest. Cf. Eph. 1, 1.

2. *ἀδικήσῃ*] Ign. verebatur, ne Romani vel precibus vel pecunia vel aliquo alio modo eum a supplicio eximerent et martyrii palma privarent. — *μὴ φείσησθε*] i. e. si vos mihi iniuriam intuleritis impedientes, quin ad Deum perveniam. Qui *μὴ* deleverunt, non satis respexerunt nec verba praecedentia *ὑμῶν ἀγάπην — ἀδικήσῃ* nec sequentia (2, 1; cf. 8, 1).

II, 1. Ioann. Mon. apud Curet. 205, 240 (*ἐὰν γὰρ κτλ.*). — *κρ. ἔργῳ*] i. e. martyrio. — *ἐπιγραφῆναι*] Haec

I. Cum precibus meis apud deum impetrassem, ut deo dignos vultus vestros cernerem, sicut etiam perseveravi petendo, ut id acciperem; vinctus enim in Christo Iesu vos salutare spero, siquidem voluntas dei sit, ut dignus habear, qui ad finem perveniam. 2. Recte enim dispositum est principium, si gratiam consequar, ut sortem meam sine impedimento accipiam. Timeo enim vestram caritatem, ne ea mihi noceat. Vobis enim facile est, quod vultis facere; mihi vero difficile est deo potiri, si vos mihi non parcatis.

II. Nolo enim vos hominibus placere, sed deo placere, quemadmodum et placetis. Necne enim ego unquam tale tempus deo potiendi attingam, necne vos, si silueritis, meliori operi inscribi poteritis. Si enim de me silueritis, ego sum verbum dei; si autem carnem meam amaveritis, rursus ero vox. 2. Nolite plus mihi praebere, quam ut immoler deo, dum adhuc altare paratum est, ut in caritate chorus effecti canatis patri in Christo Iesu, quod deus episcopum Syriae inveniri dignatus est, ab Oriente in Occidentem eum arcessens. Bonum est a mundo occidere ad deum, ut in ipso oriar.

III. Nemini unquam invidistis, alios docuistis. Ego vero illa quoque firma esse volo, quae docetis et praecipitis. 2. Vi-

locutio haud dubie explicanda est e more artificum, qui operibus a se perfectis sive sua sive patronorum, quibus auspicibus perfecissent, nomina inscribere solebant (Zahn). Cf. Nirschl ad h. l. — ἀπ' ἐμοῦ] = περὶ ἐμοῦ. — λόγος . . φωνή] Illo vocabulo veteres sermonem hominum, hoc clamorem animalium irrationalium designabant. Cf. Lightfoot ad h. l.; Lersch, *Sprachphilosophie der Alten* III (1841), 32 sqq. Sensus est igitur: si vobis tacentibus per martyrium ad Deum perveniam, ero verbum Dei, testis ac praeco Dei et voluntatis eius; sin autem amor vester in carne me retineat, nihil ero nisi vox sola et inarticulata.

2. Ioannes Mon. Curet. 206, 240. Severus Antioch. Cur. 215, 247. (καλὸν κτλ). Cf. Ephraem. Syr. opp. gr. III, 261 B ed. Assemani. — σπονδισθῆναι] Cf. Phil. 2, 17; II Tim. 4, 6.

III, 1. ἐβασκάνατε] Hoc verbum significat et *invidere* et *fascinare* vel *decipere* (Gal. 3, 1). Vox διδάσκειν opposita huic sensui favet, tenor epistulae autem illi. Ign. dicit, Romanos nemini gloriam pro Christo moriendi invidisse, alios potius sermone et exemplo ad martyrium subeundum commovisse. Fortasse haec scribens Clementis epistulam ad Corinthios respicit.

νον μοι δύναμιν αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανός, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. ἐὰν γὰρ εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. 3. οὐδὲν φαινόμενον καλόν. ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται. οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός, ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου.

IV. Ἐγὼ γράφω πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βοράν, δι' ὧν ἔστιν θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτός εἰμι θεοῦ καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. 2. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται καὶ μηθὲν καταλίπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θεῷ θυσία εὑρεθῶ. 3. οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ

3 *γὰρ* LS Am g : + *καὶ* G | 5 *καλὸν* S Sm (Tim), bonum LA Am : *αἰώνιον· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια* Gg(M) ex II Cor. 4, 18 | 5/6 *ὁ γὰρ — φαίνεται* > Sg | 6 *πεισμονῆς* LS Am Tim g : *σιωπῆς μόνον* G | 6/7 *Χριστιανισμός* : *Χριστιανὸς* L Sm Tim | 7 *ὅταν — κόσμου* > G | 8 *πάσαις* S Sf A Am Tim g : > GL Sm M | 9 *ἐγὼ* GM : > g LA Am Sm (S Sf?) | 11 *βορὰν* G (*βορράν*) M, cibum LA, *βρῶμα* g : > S Sf Sm Lightf. | *ἔστιν* gL Am : *ἔνεστιν* GM | 12 *ἀλήθωμαι* L | 13 *τοῦ Χριστοῦ* GL Sm M : *θεοῦ* (ante *εὑρεθῶ*) g S Sf A Am, > Ir Eus Hier | 14 *τῶν τοῦ* Lg : *τοῦ* GM | 15 *γένωμαι* : *εὑρεθῶ* L(g) | *ἀληθῶς* GL Am (S) : *ἀληθὴς* A Sm M g | 16 *Ἰησοῦ* LS Am g : *τοῦ* GA Sm M | 17 *Χριστὸν* GL Sm (M) : *κύριον* S Sf A Am g Lightf. | 18 *θεῷ* g S Sf Sm : *θεοῦ* L(A Am?), *καθαρὰ* (post *θυσία*) M, > G l

2. Ioannes Mon. Curet. 206, 240 (*τότε πιστὸς κτλ.*)

3—IV, 1. Timotheus Aelur. Cur. 201 sq., 243 (— *κωλύσητε*). — *οὐδὲν φαινόμενον καλόν*] Eadem scripsit Origenes De orat. c. 20 addens *ἐστὶν οἱονεὶ δοκήσει ὂν καὶ οὐκ ἀληθῶς*, et cum epistularum Ignatianarum notitiam habuerit, suspicari licet, eum hunc quoque locum respexisse. Altera ex parte Sap. 13, 7 legimus : *καλὰ τὰ βλεπόμενα.* — *φαίνεται*] i. e. Christus postquam ad patrem reversus est (cf. Magn. 7, 2), a maior

res tantum mihi et internas et externas petite, ut non solum loquar, sed et velim; ut non solum dicar Christianus, sed et inveniar. Si enim inventus fuero, etiam dici potero Christianus et tunc fidelis esse valebo, cum mundo amplius non apparebo. 3. Nihil, quod apparet, bonum est. Namque ipse deus noster Iesus Christus, iterum in patre exsistens, magis manifestatur. Non suasionis opus, sed magnitudinis est Christianismus, quando odio habetur a mundo.

IV. Ego omnibus ecclesiis scribo omnibusque mando, quod libens pro deo moriar, siquidem vos me non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas deum consequi licet. Frumentum sum dei et per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar. 2. Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant nihilque mei corporis relinquant, ne, postquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc vere Iesu Christi discipulus ero, cum neque corpus meum mundus videbit. Christum pro me supplicate, ut per haec instrumenta deo hostia inveniar. 3. Non ut Petrus et Paulus vobis praecipio. Illi apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar,

19 I Cor. 9, 1.

multitudine cognoscitur et glorificatur quam eo tempore, quo divinitate carne obvoluta in terra versabatur. — *πεισμονῆς*] Non persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed magnitudine virtutis Dei (cf. I Cor. 2, 4. 5; I Thess. 1, 5) fides christiana continetur tempore persecutionis. Cf. Eph. 14, 2.

IV, 1—2. Fragm. syr. Curet. 201, 235. 296 (— *σώματός μου*).

1. Iren. Adv. haer. V, 28, 4. Euseb. H. E. III, 36, 13. Hieron. Catal. c. 16 (*σῖτος κτλ.*). — *πάσαις*] Non a verisimilitudine abhorret, Ignatium hoc vocabulo, cui testes et epistula ad Polyc. 8, 1 patrocinantur, usum esse, et s. martyr forsan omnes ecclesias, quae legatos ad eum miserunt, ante oculos habuit. Non minus autem verisimile est, librarios aliquot nec hunc locum nec Polyc. 8, 1 recte intellegentes lectionem mutasse. — *σῖτος θεοῦ*] Cf. Act. s. Victoris c. 16. (Ruinart, Acta mart. ed. Galura II, 206). — *ἀλήθομαι*] Ign. rem futuram tamquam praesentem videt.

2—3. Frag. syr. Cur. 296 (*λιτανεύσατε — ἐλεύθερος*). — *ὀργάνων*] i. e. dentes ferarum.

3. *Πέτρος κ. Παῦλος*]. Horum meminit Ign., quia ex s. apostolis soli Romae evangelium praedicaverunt. — *διατάσσομαι*] Cf. I Cor. 7, 17. —

δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν.

V. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστιν στρατιωτικὸν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι, *ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι*. 2. ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. 3. συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. μηθέν με ζηλῶσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σταυρὸς θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαί, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλεσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

VI. Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ πέρατα τοῦ κόσμου οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. καλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν

1 *δὲ* > LSm | *γενήσομαι* LAg (S Sf Am) : > GM Lightf. | 2 *Χριστοῦ* > G | *ἐν αὐτῷ* > LA | *νῦν* : et nunc LSA (Sm) | 3 *ἐπιθυμεῖν* LS Sm A Am : + *κοσμικὸν ἢ μάταιον* GMg | 5 *δεδεμένος* GLM : *ἐνδεδεμένος* g Eus | 6 *στρατιωτικὸν* LMg Eus : *στρατιωτῶν* G | 9 *καὶ* pr GLMSSm : *ἃ καὶ* g Eus A Am Lightf. | *σύντομα* g Eus Sm (SA) : *ἕτοιμα* GM, promptas L | 11 *ἄκοντα* GM Eus : *ἑκόντα* L g | 13 *ζηλῶσαι* g L Eus : *ζηλώσῃ* G | *καὶ* G Eus : + *τῶν* g Sf | 14/15 *ἀνατομαὶ διαιρέσεις* G Am Mg (Sm) : *διαίρεσις καὶ* Sf A, > LS Eus | 15 *συγκοπή* : *συγκοπαὶ* g Eus | *ἀλησμοὶ* G | 18 *μοι* G : *με* g M | *πέρατα* L Sf Sm Am g : *τερπνὰ* GM | 19 *καλόν* : *μᾶλλον* G | *εἰς* G : *ἐν* M, in Sf A Am, *διὰ* L g Tim | 20 *γῆς* L Sf Sm Am Tim : + *τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ* GM g ex Matth. 16, 26

δοῦλος] Ign. servum non proprie se vocare videtur, sed sensu ampliore, respectu vinculorum, quae portabat. — *ἀπελεύθερος*] Cf. I Cor. 7, 22.

V. Euseb. H. E. III, 36, 7–9. Hieron. Catal. c. 16. Gild. Sap. lib. quer. III, 7 (Migne PL 69, 373 sq.).

1. *θηριομαχῶ*] Cf. I Cor. 15, 32. — *λεοπάρδοις*] Huius bestiae Ignatius primus testis est. Unde Bochart, Hierozoicon 1663 I, III, 8 (ed. Rosenmüller II, 128), eam ante Constantini aetatem non commemorari censens, epistulas Ignatio abiudicandas esse conclusit, et alii argumentum repetierunt. Leopardorum autem

libertus fiam Iesu Christi et in ipso resurgam liber. Nunc vinctus disco nihil concupiscere.

V. A Syria Romam usque cum bestiis pugno, terra marique, noctu et interdiu, alligatus ad decem leopardos, qui est manipulus militum; qui etiam beneficio accepto peiores sunt. Illorum autem iniuriis magis erudior, ***sed propter hoc non iustificatus sum***. 2. Utinam fruar bestiis mihi praeparatis, quas et opto mihi veloces inveniri; quibus et blandiar, ut cito me devorent, non ut quosdam veritae non tetigerunt. Sin autem illae repugnantes noluerint, ego eas vi appellam. 3. Veniam mihi date; quid mihi prosit, ego novi. Nunc incipio discipulus esse. Nulla res tam earum, quae visibiles sunt, quam earum, quae sub oculos non cadunt, animum meum capiat, ut Iesu Christo possim potiri. Ignis et crux et ferarum conflictus, lacerationes, distractiones, disiunctiones ossium, concisio membrorum, totius corporis contusiones, dira diaboli tormenta in me veniant; solummodo ut Iesum Christum consequar.

VI. Nihil mihi proderunt mundi fines neque huius saeculi regna. Praestat mihi in Christo Iesu mori, quam finibus terrae imperare. Illum quaero, qui pro nobis mortuus est; illum volo,

3. *ὁμοίως καὶ νεώτεροι*] Ita iuvenes diaconis, de quibus v. 2 egit, adiungens atque in parte huius versus altera iuvenes presbyteris et diaconis oboedire debere dicens, Polycarpus clarissime indicat, iuvenes alios esse ac diaconos. Erraverunt ergo E. Kühl, *Die Gemeindeordnung in den Pastoralbriefen* 1885 p. 128—130, et R. Seyerlen, *Zeitschrift für praktische Theologie* IX (1887), 129, Polycarpo censentes diaconos et iuvenes eosdem esse, modo illam vocem officium, hanc aetatem denotare. — *ποιοῦντες τὰ ἄτοπα*] Cf. Iob 27, 6; 34, 12; Prov. 30, 20; II Macc. 14, 23; Luc. 23, 41. — *ἀπέχεσθαι*] sc. *τοὺς νεωτέρους*. — *ὑποτ. τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις*] Cur non etiam episcopi mentio fit? Respondendum esse videtur, Philippis tunc temporis episcopum nondum fuisse, et multi Protestantes locum ita interpretantur. At hoc non est verisimile, quoniam ecclesiae Asiae minoris a Philippis non valde remo-

est; cui si in hoc saeculo placuerimus, recipiemus et futurum, quemadmodum pollicitus est nobis, quod resuscitabit nos e mortuis quodque, si digne ipso vivamus, ***etiam cum eo regnabimus,*** siquidem credimus. 3. Simili modo et iuvenes in omnibus inculpabiles sint, ante omnia solliciti de castitate ac se ab omni malo refrenantes. Bonum enim est, abscindi a cupiditatibus huius mundi, quia omnis ***cupiditas militat adversus spiritum*** et ***neque fornicarii neque molles neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt*** neque qui absona faciunt. Quare oportet ab his omnibus abstinere, subici autem presbyteris et diaconis tamquam deo et Christo; virgines vero oportet in immaculata et casta conscientia degere.

VI. Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non neglegentes viduam aut pupillum aut pauperem; sed ***solliciti semper de bono coram deo et hominibus,*** abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, iudicio iniusto, longe recedentes ab omni avaritia, non cito credentes adversus aliquem, non severi nimium in iudicio, scientes, nos omnes debitores esse peccati. 2. Si ergo deprecamur dominum, ut nobis dimittat, debemus et nos dimittere; nam coram domini et dei oculis sumus, et ***omnes ante tribunal Christi stare et unum-***

3 II Tim. 2, 12 cf. Rom. 8, 17. — 7 I Petr. 2, 11 cf. Gal. 5, 17. — 8 I Cor. 6, 9. 10. — 15 Prov. 3, 4 (II Cor. 8, 21; Rom. 12, 17). — 22 Rom. 14, 10. 12 cf. II Cor. 5, 10.

tae iam episcopum habebant. Itaque potius colligendum est, Polycarpum voce *πρεσβύτεροι* etiam episcopum comprehendisse, aut certa ex causa iuvenes admonuisse, ut presbyteris et diaconis subicerentur, his, qui munere fungentes crebrius cum ipsis congrediebantur (Cf. Ep. Clem. ad Iac. c. 12; Didasc. et Const. ap. II, 44; Chrysost. Hom. 24 in Act. c. 4 ed. Bened. IX, 198; Rothe, *Die Anfänge der chr. Kirche* 408—413); illis, quorum auctoritas fraude presbyteri Valentis (c. 11) diminuta erat.

VI, 1. *ἐπιστρ. τὰ ἀποπεπλανημένα*] Cf. Ezech. 34, 4; I Petr. 2, 25; Didasc. et Constit. apost. II, 20. — *ἐπισκεπτ. π. ἀσθενεῖς*] Cf. Ezech. 34, 11; Matth. 25, 36. 43; Sirach 7, 35 (Vulg. 7, 39). — *μὴ ἀμ. χήρας κτλ.*] Cf. Exod. 22, 22; Iac. 1, 27; Barn. 20, 2; Ign. Polyc. 4, 1; Smyrn. 6, 2; Herm. Mand. VIII, 10. — *ἀπότομοι ἐν κρ.*] Cf. Sap. 6, 6. — *εἰδότες κτλ.*] Cf. 1, 3. Polyc. Matth. 6, 12 vel Orationem dominicam respicere videtur.

2. *εἰ οὖν κτλ.*] Cf. Matth. 6, 12. 14.

ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον δοῦναι. 3. οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλόν, ἀπεχόμενοι τῶν σκανδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλφων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

VII. *Πᾶς γάρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστιν·* καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν μήτε κρίσιν, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ σατανᾶ. 2. διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, *νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς* καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεὸν *μὴ εἰσενεγκεῖν* ἡμᾶς *εἰς πειρασμόν,* καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.*

VIII. Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν καὶ τῷ ἀρραβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃς *ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·* ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινεν. 2. μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς [αὐτοῦ], καὶ ἐὰν

3 *ἡμᾶς* L : *ὑμᾶς* G | *ἀπόστολοι* G[2] : *ἀπόστοι* G | 8 *ὁμολογεῖ* G | 10/11 *μεθοδεύει* G | 11 *λέγει* G | 13 *ἀπολειπόντες* G | 15 *προσκαρτεροῦντες* G[2] : *πρὸσ καρτες* (*τες* linea ineunte) G | 24 *αὐτοῦ* L : > G

3. *δουλεύσωμεν κτλ.*] Cf. 2, 1; Hebr. 12, 28. — *εὐαγγ. ἡμᾶς*] Cf. Luc. 3, 18; Act. 14, 15; 16, 10; Gal. 1, 9; I Petr. 1, 12 etc. Verbi constructionem cum dativo habes e. c. Luc. 1, 19; 2, 10; Act. 8, 35; Gal. 1, 18. — *προκηρύξαντες κτλ.*] Cf. Act. 7, 52. — *τῶν ἐν ὑποκρ. κτλ.*] Cf. Ign. Eph. 7, 1; Herm. Sim. IX, 19, 2.

VII. Fragm. syr. apud Zingerle, Monumenta syr. I, 1 (— *πειρασμόν*).

1. Polycarpus pergit explicans, qui sint illi, qui nomen Domini in hypocrisi ferunt, scilicet qui incarnationem Christi vel mysterium crucis denegant aut verbum Domini male interpretantur. — *πᾶς κτλ.*] Recte monuit Zahn, quod, si Polycarpus circa annos 140—150, cum Marcion, qui haud semel ei occurrit, per totum orbem doctrinam suam spar-

quemque pro se rationem reddere oportet. 3. Sic itaque serviamus illi cum timore et omni reverentia, sicut praecepit ipse et apostoli, qui nobis evangelium annuntiarunt, et prophetae, qui domini nostri adventum praesignificarunt; studiose quod bonum est sectantes, abstinentes a scandalis et a falsis fratribus et ab iis, qui in hypocrisi nomen domini ferunt, qui vanos homines in errorem inducunt.

VII. ***Omnis*** enim, ***qui non confessus fuerit, Iesum Christum in carne venisse, antichristus est;*** et qui non confessus fuerit testimonium crucis, ex diabolo est; et qui eloquia domini ad desideria sua traduxerit dixeritque nec resurrectionem nec iudicium esse, hic primogenitus est satanae. 2. Ideo relinquentes vanitatem multorum et falsas doctrinas ad traditam nobis ab initio doctrinam revertamur, ***vigilantes in orationibus*** et perseverantes in ieiuniis, precibus rogantes omnium conspectorem deum, ***ne nos inducat in tentationem,*** sicut dixit dominus: ***Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.***

VIII. Indesinenter ergo perseveremus in spe nostra et pignore iustitiae nostrae, quod est Iesus Christus, ***qui peccata nostra in corpore suo super lignum pertulit, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius;*** sed propter nos, ut in ipso vivamus, omnia sustinuit. 2. Imitatores igitur simus patientiae [eius], et si patiamur propter nomen eius, gloria illum

8 I Ioann. 4, 2. 3; II Ioann. 7. — 15 I Petr. 4, 7. — 16 Matth. 6, 13. — 17 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38. — 20 I Petr. 2, 24. — 22 I Petr. 2, 22.

sisset (Iust. Apol. I, 26) atque omnium haereticorum infestissimus ecclesiis innotuisset, hanc epistulam scripsisset aut impostor aliquis episcopo vix mortuo eam finxisset, ut quidam putaverunt, fieri non potuisset, quin discrimen, quod ille inter *bonum* Deum et *iustum* statuit ac propter quod praesertim ecclesiae doctores inde a quarto saeculi secundi decennio eum impugnaverunt (Iust. Apol. I, 26. 58), hoc loco commemoraretur. — *πρωτότοκος κτλ.*] Irenaeus Adv. haer. III, 3, 4 narrat, Polycarpum Marcioni aliquando occurrenti et quaerenti, num ipsum cognosceret, respondisse, se cognoscere eum primogenitum Satanae.

2. *διὸ — ἐπιστρέψωμεν*] Cf. I Clem. 7, 2; 9, 1. — *τὸν ἐξ ἀρχ. κτλ.*] Cf. I Clem. 19, 2; Iud. 3.

VIII, 1. *δι' ἡμᾶς κτλ.*] Cf. I Petr. 2, 21; I Ioann. 4, 9; Ign. Smyrn. 2; Polyc. 3, 2.

πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν. τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

IX. Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης καὶ ὑπομένειν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν καὶ εἴδατε κατ' ὀφθαλμοὺς οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ Ζωσίμῳ καὶ Ῥούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· 2. πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες *οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον*, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. οὐ γὰρ *τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα*, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναστάντα.

[X. Ἐν τούτοις οὖν στήκετε καὶ τῷ τοῦ κυρίου ὑποδείγματι κατακολουθεῖτε, *ἑδραῖοι τῇ πίστει καὶ ἀμετακίνητοι*, *φιλάδελφοι, ἀλλήλους ἀγαπῶντες*, ἡνωμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ κυρίου ἀλλήλους προηγούμενοι, μηδενὸς καταφρονοῦντες. 2. ὡς δύ-

1 *πάσχομεν* G | *δοξάζωμεν* L : *δοξάζομεν* G | 3/4 *τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης* GL : > Eus | 4 *ὑπομένειν* G : *ἀσκεῖν* Eus et editores priores | *ὑπομ. π. ὑπομονήν* : *ὑπομονῆς* L | *ἥν* : *ἦν* G | *εἴδατε* : *ἴδατε* G | 7 *λοιποῖς* L Eus : *ἄλλοις* G | 11 *ὑπό* : G post hanc vocem exhibet Barnabae epistulam inde a verbis *τὸν λαὸν τὸν καινὸν* 5, 7 | *ἀναστάντα* Eus : resuscitatus L

2. *πάσχωμεν κτλ.*] Cf. I Petr. 3, 14; 4, 16; Herm. Sim. IX, 28, 2. 3. 5. 6. — *ὑπογραμμόν*] sc. *τῆς ὑπομονῆς*. Cf. I Clem. 5, 7.

IX. Euseb. H. E. III, 36, 14. (Martyrium s. Ignatii Vaticanum c. 12; per Sym. Metaphrast. c. 26). Ado Vienn. Lib. de festiv. XV Cal. Ian. (Migne PL 123, 194).

1. *ὑπομένειν π. ὑπομονήν*] Sic legit codex Vaticanus, non *ἀσκεῖν π. ὑπομένειν*, ut hucusque omnes putaverunt. Eusebius haud dubie verbo *ὑπομένειν* verbum *ἀσκεῖν* substituit, et si hoc forte in suo exemplari invenerit, vix dubium est, utrum genuinum sit. Eandem lectionem quam codex Vaticanus habet Ottobonianus ex illo descriptus in textu; in margine autem secunda manus apposuit: *ἀσκεῖν* leg. Eus. in 3 eccl. hist., et librarii sequentes hanc lectionem in textu receperunt. — *ἐν τοῖς μακαρίοις κτλ.*] Cf. 1, 1, ubi Pol. hos viros iam respexit. Cum Ignatio tamquam exempla patientiae Zosimus et Rufus adnumerentur et aeque ac ille beati praedicentur, hoc viros una cum episcopo Antiochenorum ad martyrium Romam perductos esse apparet. Philippenses duodevicesimo Decembris die eorum natalitia celebrabant (Baron. Martyrol. Rom. ad h. d.). Eos non ex ecclesia Philippensium fuisse, Polycarpus verbis sequentibus, *ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν*, indicat. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 292, eos ex numero Christianorum Bithyniae fuisse conicit, qui per Plinium (Traian. epist. X, 97) Romam

afficiamus. Hoc enim exemplum nobis posuit in se ipso et nos id credidimus.

IX. Rogo itaque vos omnes, ut oboediatis verbo iustitiae et sustineatis in omni patientia, quam et oculis ipsis vidistis non solum in beatis Ignatio et Zosimo et Rufo, sed etiam in aliis, qui ex vobis, ac in ipso Paulo ceterisque apostolis; 2. persuasum vobis habentes, hos omnes ***non in vacuum cucurrisse,*** sed in fide ac iustitia, et in debito ipsis loco esse apud dominum, cum quo et passi sunt. Non enim ***praesens saeculum dilexerunt,*** sed eum, qui pro nobis mortuus est ac propter nos a deo est resuscitatus.

X. In his ergo state et domini exemplar sequimini, ***firmi in fide et immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem,*** in veritate sociati, mansuetudine domini alterutri praestolantes, nullum despicientes. 2. Cum possitis benefacere, no-

8 Philipp. 2, 16 (Gal. 2, 2). — 10 II Tim. 4, 10. — 13 Col. 1, 23; I Cor. 15, 58. — 13 I Petr. 3, 8 (2, 17). — 14 Ioann. 13, 34; 15, 12. 17; Rom. 13, 8 etc.

F = Funk, H = Hilgenfeld, L = Lightfoot, Z = Zahn, vel editiones versionis ab eis paratae.

14 *mansuetudine* HL (cod. Regius solus, qui eo quidem suspicionem movet, quod vocem cum praecedente coniunxit, scribens: *sociati mansuetudine domini*, nihilominus autem rectam lectionem tradere videtur, cum ablativus etiam contextu poscatur vel verbum *praestolari* aegre sensu verbi *praestare* intellegi potest): *mansuetudinem* FZ | 15 *possitis* : *potestis* L

remittebantur, quia cives Romani erant. Revera de eorum patria nihil certi dici potest. — *τοῖς λοιποῖς ἀπ.*] i. e. ceteris apostolis vel viris apostolicis, qui praeter Paulum Philippos venerant.

2. *πεπεισμένους*] construendum est cum *παρακαλῶ κτλ.* — *οὐκ* — *ἔδραμον*] His verbis Polycarpus, quamquam nuntius nondum perlatus erat, sibi persuasum se habuisse indicat, Ignatium martyrium iam subiisse. Vox *μακάριος* in v. 1 de hac re nihil probat, quippe quae non solum ad mortuos, sed etiam ad vivos referatur. — *εἰς τὸν ὀφ. τόπον*] Cf. I Clem. 5, 4. 7. — *συνέπαθον*] Cf. Rom. 8, 17. — *τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κτλ.*] Similiter Ignatius Rom. 6, 1. Cf. II Cor. 5, 15; I Thess. 5, 10.

X—XII. XIV. Textum graecum horum capitum, quae latine tantum exstant, restituit Zahn. Pauca ego emendavi.

1. *ἑδραῖοι τ. π.*] Cf. Ign. Eph. 10, 2. — *φιλάδελφοι ἀλλ. ἀγαπῶντες*] Hanc particulam Lightfoot verbis Pauli Rom. 12, 10 reddidit: *φιλοστοργίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι.* — *τῇ ἐπιεικείᾳ τ. κ. ἀλλ. προηγούμενοι*]

νασθε εὖ ποιεῖν, μὴ ὑπερτίθεσθε, *διότι ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται. πάντες ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθε, τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἄμεμπτον ἔχοντες ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ὑμῶν* καὶ ὑμεῖς ἔπαινον ἀπολάβητε καὶ ὁ κύριος ἐν ὑμῖν μὴ βλασφημῆται. 3. *οὐαὶ δέ, δι' οὗ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου βλασφημεῖται.* σωφροσύνην οὖν διδάσκετε πάντας, ἐν ᾗ καὶ ὑμεῖς ἀναστρέφεσθε].

[XI. Λίαν ἐλυπήθην περὶ Οὐάλεντος, ὃς πρεσβύτερός ποτε ἐγένετο ἐν ὑμῖν, ὅτι οὕτως ἀγνοεῖ τὸν δοθέντα αὐτῷ τόπον. παρακαλῶ οὖν ἀπέχεσθαι τῆς φιλαργυρίας καὶ εἶναι ἁγνοὺς καὶ εἰλικρινεῖς· ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἀπέχεσθε. 2. ὁ δὲ ἐν τούτοις ἑαυτὸν μὴ δυνάμενος κυβερνᾶν, πῶς ἑτέρῳ ταῦτα παραγγέλλει; ἐάν τις μὴ ἀπέχηται τῆς φιλαργυρίας, ὑπὸ εἰδωλολατρείας μιανθήσεται καὶ ὡσπερεὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν λογισθήσεται, οἵτινες *ἀγνοοῦσιν κρίσιν κυρίου. ἢ οὐκ οἴδαμεν, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσιν;* καθὼς Παῦλος διδάσκει. 3. ἐγὼ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο ἐνόησα ἐν ὑμῖν οὐδὲ ἤκουσα, ἐν οἷς κεκοπίακεν ὁ μακάριος Παῦλος, οἵτινές ἐστε ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ. Περὶ ὑμῶν γὰρ ἐν

Sic Lightfoot respiciens Rom. 12, 10: *τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι* (Vulgata: honore invicem praevenientes) particulam restituit; Zahn legens mansuetudinem: *ἐπιείκειαν κυρίου ἀλλήλοις ἐπιχορηγοῦντες.* Cf. II Cor. 10, 1; Ign. Philad. 1, 2.

2. *ὡς δύνασθε εὖ π.*] Respiciens Prov. 3, 28 Lightfoot vertit: *δυνατοὶ ὄντες εὖ ποιεῖν.* — *ἀλλήλοις ὑποτ.*] Cf. Ign. Magn. 13, 2.

3. *οὐαὶ κτλ.*] Cf. Ign. Trall. 8, 2; II Clem. 13, 2.

XI, 1. *περί*] Interpres latinus *περὶ* vocabulo *pro* reddit 4, 3 (*περὶ πάντων*); 13, 1 (*περὶ ὑμῶν*). Lightfoot vertit *ὑπέρ.* — *τόπον*] Cf. I Clem. 40, 5; 44, 5. — *φιλαργυρίας*] Cf. 2, 2; 4, 1; 6, 1, ubi interpres *φιλαργ.* voce *avaritia* reddidit; 5, 2, ubi *ἀφιλάργυροι non avari* sunt. Itaque vix dubium est, quin Valens commiserit crimen avaritiae, non autem adulterii, ut Iacobson contendit Polycarpo vocem *πλεονεξία = adulterium* (cf. Clem. Strom. III, 12, 89 p. 552 *ὡς γὰρ ἡ πλεονεξία πορνεία λέγεται*) attribuens. — *ἀπὸ π. κακοῦ ἀπ.*] Cf. 5, 3; I Thess. 5, 22; Didache 3, 1.

2. *ὁ δὲ — παραγγέλλει*] Cf. I Tim. 3, 5. — *φιλαργυρίας — εἰδωλολ.*] Cf. Col. 3, 5; Eph. 5, 5. — *καθὼς Π. διδάσκει*] Polycarpus nomen scriptoris ab ipso citati nusquam profert, et interpres 2, 3 ex suo ingenio addidit: quod dictum est. Attamen illa verba non in dubium vocanda sunt.

3. *ἐγὼ δὲ κτλ.*] Cf. Ign. Magn. 11, 1; Trall. 8, 1 — *οἵτινές ἐστε ἐν ἀρχῇ τ. ἐπ.*] Locus obscurus atque ab aliis aliter intellectus vel emendatus. Nolte (*Wiener Zeitschr. f. d. ges. kath. Theol.* 1854 p. 236) respi-

lite differre, ***quia eleemosyna de morte liberat. Omnes vobis invicem subiecti estote, conversationem vestram irreprehensibilem habentes in gentibus, ut ex bonis operibus vestris*** et vos laudem accipiatis et dominus in vobis non blasphemetur. 3. ***Vae autem, per quem nomen domini blasphematur.*** Sobrietatem ergo docete omnes, in qua et vos conversamini.

XI. Nimis contristatus sum pro Valente, qui presbyter factus est aliquando apud vos, quod sic ignoret is locum, qui datus est ei. Moneo itaque, ut abstineatis vos ab avaritia et sitis casti et veraces. Abstinete vos ab omni malo. 2. Qui autem non potest se in his gubernare, quomodo alii pronuntiat hoc? Si quis non se abstinuerit ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur et tamquam inter gentes iudicabitur, qui ***ignorant iudicium domini. Aut nescimus, quia sancti mundum iudicabunt?*** sicut Paulus docet. 3. Ego autem nihil tale sensi in vobis vel audivi, in quibus laboravit beatus Paulus, qui estis in principio epistulae eius. De vobis etenim ***gloriatur in*** om-

1 Tob. 4, 10; 12, 9. — 2 I Petr. 5, 5; Eph. 5, 21. — 2 I Petr. 2, 12. — 5 Ies. 52, 5. — 14 Ier. 5, 4. — 15 I Cor. 6, 2. — 18 II Thess. 1, 4.

8 *ignoret is* : *ignoretis* codd | 9 *itaque* : + *vos* L | 11 *non potest* post *in his* Z | *se in his* L : *in his se* F | 12 *abstinuerit se* Z | 17 *epistulae* : *ecclesia* H (*ecclesiae* Regius)

ciens ad II Cor. 3, 2. 3, ubi Paulus Corinthios epistulam suam et Christi nominat, vocem *epistulae* non genitivum, sed nominativum esse et Polycarpum Philippenses litteras Pauli quasi commendaticias appellare putat; et Lightfoot ei assentiens particulam vertit: *τοῖς οὖσιν ἐν ἀρχῇ ἐπιστολαῖς αὐτοῦ.* Sin autem Polycarpus hoc dicere voluisset, haud dubie aeque ac Paulus scripsisset *ἐπιστολή*, non *ἐπιστολαί*, et interpretationi praeterea adversatur, quod *ἐν ἀρχῇ* aegre absolute intellegi potest. Zahn Polycarpum scripsisse coniecit primo (*Ignatius v. A.* p. 610): *ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῦ* (cf. Paul. Phil. 4, 5; I Clem. 47, 2), deinde (in editione epistulae) animum adtendens ad interpretationes vocis *ἀρχεῖον* Ign. Philad. 8, 2 et versionem epistulae Polycarpi liberiorem: *ἐν τῷ ἀρχείῳ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ,* coniecturas autem ipse reiecit eam comprobans (*Einleitung in das N. T.* ed. II 1900 I, 379), quam E. Nestle ipsi per litteras communicavit: *ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ* (cf. Gal. 2, 8). Neque vero haec emendatio satis placere potest. Locutio proposita durior est, et Polycarpus, si sententiam ea expressam in mente habuisset, aeque ac Clemens I Cor. 42, 4, quem ubique imitatur, Phi-

πάσαις ταῖς *ἐκκλησίαις καυχᾶται*, αἳ μόναι τότε θεὸν ἐπεγνώκεισαν· ἡμεῖς δὲ οὔπω ἐγνώκειμεν. 4. σφόδρα οὖν, ἀδελφοί, συλλυποῦμαι περὶ ἐκείνου καὶ περὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, οἷς *δῴη ὁ κύριος μετάνοιαν* ἀληθινήν. νήφετε οὖν καὶ ὑμεῖς ἐν τούτῳ, *καὶ μὴ ὡς ἐχθροὺς ἡγεῖσθε* τοὺς τοιούτους, ἀλλ' ὡς μέλη παθητὰ καὶ πεπλανημένα αὐτοὺς ἀνακαλεῖσθε, ἵνα ὅλον ὑμῶν τὸ σῶμα σῴζητε· τοῦτο γὰρ ποιοῦντες ἑαυτοὺς οἰκοδομεῖτε].

[XII. Πέποιθα γάρ, ὅτι καλῶς γεγυμνασμένοι ἐστὲ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς λανθάνει· ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐπιτέτραπται. μόνον, καθὼς ἐν ταῖς γραφαῖς εἴρηται, *ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, καὶ ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.* μακάριος ὁ μνημονεύων· ὃ ἐγὼ πιστεύω εἶναι ἐν ὑμῖν. 2. ὁ δὲ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτὸς ὁ αἰώνιος ἀρχιερεύς, θεὸς Ἰησοῦς Χριστός, οἰκοδομήσαι ὑμᾶς ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἐν πάσῃ πραότητι καὶ ἐν πάσῃ ἀοργησίᾳ καὶ ἐν ὑπομονῇ καὶ μακροθυμίᾳ καὶ προσκαρτερήσει καὶ ἁγνείᾳ, καὶ δῴη ὑμῖν κλῆρον καὶ μερίδα μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ καὶ ἡμῖν μεθ' ὑμῶν καὶ πᾶσιν τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανόν, οἵτινες μέλλουσιν πιστεύειν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὸν

lippenses potius *τὰς ἀπαρχὰς τῆς ἀποστολῆς* (*τοῦ κηρύγματος* vel *τοῦ λόγου*) Pauli appellasset. Etiam minus placet id, quod Volkmar (Epistula Polycarpi 1885 p. 11) coniecit, scilicet verbum *estis* versionis latinae per neglegentiam librariorum e vocabulis *est testis* (*μαρτυρεῖ*) exortum esse; nam verbum *μαρτυρεῖν* absolute hoc loco adhiberi non potuit. Smith post verbum *estis* vocem *laudati* excidisse coniecit; atque Harnack (*Texte und Untersuchungen. N. F.* V, 3 p. 92) opinatur, Polycarpum fortasse scripsisse: *οἵτινες αἰνεῖσθε*, et haec verba in *οἵτινές ἐστε* transformata esse. Revera particula suspicionem movet. Cum autem sensus in universum saltem non dubius sit neque accurate definiri possit, quae Polycarpus scripserit, si aliter scripsit, verba tradita non muto. — *ἐν πάσαις τ. ἐκκλ. κ.*] II Thess. 1, 3—4 Paulus scribit: *πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ.* Quem locum Polycarpum in mente habuisse vix dubium est, ac praeterea colligendum esse videtur, eum epistulas ad Thessalonicenses etiam ad Philippenses retulisse. Cf. Zahn, *Einleitung in das N. T.* 1900 I, 379. Sed etiam fieri potuit, ut laudem, quam Paulus Philipp. 1, 3 sqq. expressit, verbis illius epistulae redderet. Harnack (l. c. p. 89 sq.) e verbis Pauli II Thess. 1, 3—4 concludit, vocem *omnibus* cum *vobis* construendam ac verbo *gloriatur* adiungendam esse. Equidem locum mutare non audeo.

nibus *ecclesiis*, quae deum solae tunc cognoverant; nos autem nondum cognoveramus. 4. Valde ergo, fratres, contristor pro illo et pro coniuge eius, quibus ***det dominus paenitentiam*** veram. Sobrii ergo estote et vos in hoc; ***et non sicut inimicos tales existimetis***, sed sicut passibilia membra et errantia eos revocate, ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes vos ipsos aedificatis.

XII. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, et nihil vos latet; mihi autem non est concessum. Modo, ut his scripturis dictum est, ***irascimini et nolite peccare***, et ***sol non occidat super iracundiam vestram***. Beatus, qui meminerit; quod ego credo esse in vobis. 2. Deus autem et pater domini nostri Iesu Christi, et ipse sempiternus pontifex, dei filius Iesus Christus, aedificet vos in fide et veritate et in omni mansuetudine et sine iracundia et in patientia et in longanimitate et tolerantia et castitate; et det vobis sortem et partem inter sanctos suos et nobis vobiscum et omnibus, qui sunt sub caelo, qui credituri sunt in dominum nostrum Iesum Christum

3 II Tim. 2, 25. — 5 II Thess. 3, 15. — 10 Ps. 4, 5; Eph. 4, 26. — 19 Gal. 1, 1 (Col. 2, 12; I Petr. 5, 21).

1 *deum s. t.* : *solae tunc dominum* L | 2 *noveramus* FZ | 3 *pro* > H | 17 *nostrum* : + *et deum* L (Reg. Pal. Magd. Laur. vel Flor?)

— *ἡμεῖς κτλ.*] Smyrnaei ergo post Philippenses evangelium audierunt. Apoc. 2, 8—11 vero iam de ecclesia Smyrnae sermo est.

4. *νήφετε οὖν*] Cf. I Petr. 4, 7. — *μέλη π.*] Cf. I Cor. 12, 26. — *ὅλον κτλ.*] Cf. I Clem. 37, 5; 38, 1. — *οἰκοδομεῖτε*] Cf. I Cor. 14, 4. 26; II Cor. 12, 19.

XII, 1. *καλῶς γεγυμ. κτλ.*] Cf. I Clem. 53, 1. Qui ipsi scripturas norunt, quae praecipuam *aedificandi* (3, 2; 13, 2) materiam suppeditant, multa cohortatione non egent. Polycarpum iam redire ad ea, quae 3, 1 sui excusandi causa dixerat, neminem fugit; unde illud quoque explicandum est: *ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐπιτέτραπται* sc. *οἰκοδομεῖν ὑμᾶς ἢ νουθετεῖν* (cf. Herm. Vis. II, 4, 3: *ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται* sc. *πέμπειν γράμματα εἰς τὰς ἔξω πόλεις*). Smyrnaeorum episcopus, nolens esse *ἀλλοτριοεπίσκοπος* (I Petr. 4, 15), amplioribus cohortationibus supersedet summam rei tantum paucis comprehendens; cf. eundem vocabuli *μόνον* usum Ign. Eph. 11, 1; Rom. 3, 2; 5, 3; Smyrn. 4, 2; Paul. ad Phil. 1, 27 (Zahn). — *μνημονεύων*] sc. *τῶν γραφῶν*. Cf. 2, 3.

2. Timotheus Aelur. Curet. 212, 244 (— *πραότητι*). Severus Antioch. Curet. 214 sq., 246 (— *ἁγνείᾳ*). — *κλῆρον κ. μερ.*] Cf. Act. 8, 21; Col. 1, 12. — *τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανόν*] Cf. Act. 2, 5; Col. 1, 23. — *μ. πιστεύειν*] Cf. I Tim. 1, 16.

πατέρα αὐτοῦ τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. 3. *ὑπὲρ πάντων τῶν ἁγίων προσεύχεσθε. προσεύχεσθε καὶ ὑπὲρ βασιλέων* καὶ ἐξουσιῶν καὶ ἀρχόντων *καὶ ὑπὲρ τῶν διωκόντων καὶ μισούντων ὑμᾶς καὶ* ὑπὲρ *τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ, ἵνα ὁ καρπὸς ὑμῶν φανερὸς ᾖ ἐν πᾶσιν, ἵνα ἦτε τέλειοι* ἐν ἐκείνῳ].

XIII. Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα, ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον εἴτε ἐγώ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. 2. τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. περιέχουσι γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. [καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰγνατίου καὶ περὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὃ ἂν ἀσφαλέστερον γνῶτε, δηλώσατε].

XIV. [Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν διὰ Κρήσκεντος, ὃν εἰς τὸ παρὸν συνέστηκα ὑμῖν καὶ νῦν συνίστημι. ἀνεστράφη γὰρ μεθ' ἡμῶν ἀμέμπτως· πιστεύω δέ, ὅτι καὶ μεθ' ὑμῶν ὁμοίως. τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ ἕξετε συνεσταμένην, ὅταν ἔρχηται πρὸς ὑμᾶς. ἔρρωσθε ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ἐν χάριτι μετὰ πάντων τῶν ὑμετέρων. ἀμήν].

3. Fragm. syr. Zingerle, Monum. syr. I 1 (— *σταυροῦ*). — Versus fere totus ad verba S. Scripturae referri potest. — *βασιλέων*] Vox non solum de imperatoribus Romanis, sed de omnibus regibus intellegenda est.

XIII. Euseb. H. E. III, 36, 15. 16. Quamquam textus huius capitis graecus ab Eusebio traditus est, attamen a re haud alienum esse duxi, interpretationem latinam veterem dare.

1. *Ἰγνάτιος κτλ.*] Cum verba *τὰ παρ' ὑμῶν γράμματα* ad Ignatii epistulam ad Polycarpum (8, 1), quae nobis conservata est, accurate non possint referri, quaeritur, num hoc loco de ista sermo sit an de epistolio, quod martyr Smyrnaeorum episcopo Philippis scripserit. — *τὰ παρ' ὑμῶν κτλ.*] Philippenses rogaverant, ut Polycarpus litteras, quas ipsi Antiochenis scripserant, in Syriam mitteret. Adtende, quid dicat interpres latinus.

2. *πεμφθείσας ἡμῖν*] sc. episcopo et ecclesiae Smyrnaeorum. Vetus interpres de epistulis dicit Philippensibus datis. — *ἄλλας κτλ.*] Polycarpus ergo epistulas Ignatii collegit. Quaeritur autem, num omnes et praesertim etiam epistulam ad Romanos descripserit. Cf. Prolegomena c. 2. — *ἀσφαλέστερον*] Non de Ignatii morte (cf. c. 9), sed de mor-

et in ipsius ***patrem, qui resuscitavit eum a mortuis.*** 3. ***Pro omnibus sanctis orate. Orate*** etiam ***pro regibus*** et potestatibus et principibus atque ***pro persequentibus et odientibus vos*** et pro ***inimicis crucis, ut fructus vester manifestus sit in omnibus, ut sitis*** in illo ***perfecti.***

XIII. Scripsistis mihi et vos et Ignatius, ut si quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas fecero ad vos, si habuerimus tempus opportunum sive ego, sive legatus, quem misero pro vobis. 2. Epistulas sane Ignatii, quae transmissae sunt vobis ab eo, et alias, quantascunque apud nos habuimus, transmisimus vobis, secundum quod mandastis; quae sunt subiectae huic epistulae, ex quibus magnus vobis erit fructus. Continent enim fidem, patientiam et omnem aedificationem ad dominum nostrum pertinentem. Et de ipso Ignatio et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

XIV. Haec vobis scripsi per Crescentem, quem in praesenti commendavi vobis et nunc commendo. Conversatus est enim nobiscum inculpabiliter; credo quia et vobiscum similiter. Sororem autem eius habebitis commendatam, cum venerit ad vos. Incolumes estote in domino Iesu Christo in gratia cum omnibus vestris. Amen.

1 Eph. 6, 18. — 2 I Tim. 2, 1. 2. — 3 Matth. 5, 44; Luc. 6, 27. — 4 Philipp. 3, 18. — 4 Ioann. 15, 16; I Tim. 4, 15. — 5 Iac. 1, 4 cf. Col. 2, 10.

18 *credo* + *autem* L | 20 *in gratia* L : *gratia ipsius* FH (Regius solus), *et gr. ipsius* Z | 21 *vestris* : *vobis* H

tis circumstantiis Polycarpus ut certior fiat rogat.

XIV. *διὰ Κρέσκεντος*] Contextus Crescentem epistulam Philippensibus attulisse docet. Verba ipsa eum etiam Polycarpi amanuensem fuisse indicare possunt. Cf. Ign. Rom. 10, 1; Philad. 11, 2; Sm. 12, 1. — *εἰς τὸ παρόν*] Si Polycarpus ita scripsit, dicere voluit, se Crescentem iam quondam occasione data, in hunc peregrinationis ipsius diem prospicientem, Philippensibus commendasse. Lightfoot censet, interpretem latinum scripturam minus recte reddidisse et Polycarpum scripsisse *ἄρτι* = nuper. — *συνίστημι*] Cf. Rom. 16, 1; II Cor. 3, 1; 4, 2; 5, 12. — *ἀνεστράφη κτλ.*] Cf. I Clem. 63, 3. — *πιστεύω κτλ.*] Cf. II Tim. 1, 5. — *ἐν χάριτι*] Cf. Ign. Sm. 13, 2.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ.

Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις· *ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη* θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ *πληθυνθείη*.

I. Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας διὰ τῆς μαρτυρίας αὐτοῦ κατέπαυσεν τὸν διωγμόν. σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. 2. περιέμενεν γάρ, ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα, *μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας*. ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστίν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

II. Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γεγονότα. δεῖ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρ-

G = codices graeci consentientes, b = codex Baroccianus, h = Hierosolymitanus, m = Mosquensis, p = Parisinus, v = Vindobonensis, g = b h p v, L = versio latina vetus, E = Eusebius, qui H. E. IV, 15 capita I—VII summatim descripsit, capita VIII—XIX, 1 verbotenus se reddere dicit.

1 *Μαρτύριον — Πολυκάρπου* b h m : *μ. τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Π.* v, *ἄθλησις τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Π.* p | *ἐπισκόπου Σμ.* b (+ *τῆς ἀσίας πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν φευρουαρίων*) h (+ *γεναμένου ἐν σμύρνῃ τῆς ἀσίας τῇ πρὸ ἑπτᾶ καλάνδων*) v (+ *τῆς ἀσίας*) : *τοῦ ἐπισκόπου μαρτυρίσαντος ἐν σμύρνει πρὸ ζ καλανδῶν μαρτίων* m, *γενομένου σμύρνης νῆς* (sic) *τῆς κατὰ τὴν ἀσίαν κειμένης* p | 2/3 *τῇ ἐκκλησίᾳ τ. θ.* : ecclesiis dei L, > h v | 3 *Φιλομηλίῳ* : *φιλαδελφία* b p | 4 *καὶ* > v E | 5 *ἔλεος* : + *καὶ* m L | *ἀγάπη* m E L : + *ἀπὸ* g | *τοῦ* > h E | 7 *ἔγραψεν* h | *ἀδελφοὶ* + *ἀγαπητοὶ* m | *τὰ* > b m | 8 *ὥσπερ* : *ὡς* m | 8/9 *διὰ τῆς μαρτ.* m E : *τῇ μαρτυρία* g | 9 *ἅπαντα* m | 11 *τοῦ εὐαγγελίου* m | 12 *καὶ . κύριος* : ∾ m *καὶ* + *καὶ* h | 13 *τὸ* pr : *τὰ* m | *καὶ* > p | *τὸ* sec > h | *τοὺς πέλας* em Usher : *τοῦ π.* b m, *τοὺς παῖδας* h v, *τοὺς πλείονας* p | 16 *τὰ* pr > m 17 *δεῖ* m v : *εἰ* h, *καὶ* b p | *ὑμᾶς* m p

MARTYRIUM SANCTI POLYCARPI EPISCOPI SMYRNAE.

Ecclesia dei, quae Smyrnae peregrinatur, ecclesiae dei, quae Philomelii peregrinatur, et omnibus ubique terrarum sanctae et catholicae ecclesiae paroeciis: ***misericordia, pax et caritas*** dei patris et domini nostri Iesu Christi ***multiplicetur.***

I. Scripsimus vobis, fratres, de martyribus et de beato Polycarpo, qui martyrio suo velut signaculo quodam persecutioni finem imposuit. Fere enim cuncta, quae praecesserunt, ideo evenerunt, ut nobis dominus desuper ostenderet martyrium evangelio congruum. 2. Exspectavit enim tradi, sicut et dominus, ut et nos ipsius essemus imitatores, ***non solum nostra considerantes, sed et ea, quae ad proximos pertinent.*** Caritatis enim verae ac solidae est, non modo se ipsum velle servari, sed etiam omnes fratres.

II. Beata igitur et generosa fuerunt cuncta martyria, quae iuxta voluntatem dei evenerunt. Cum enim nos religiosiores

5 Iud. 2. — 12 Philipp. 2, 4.

Inscr. Auctor inscriptionem epistulae Clementis ad Corinthios imitatus est; eiusque inscriptionem auctor Martyrii s. Sabae verbotenus mutatis tantum nominibus repetiit (Halloix, Illustr. script. vit. I, 594). — *Φιλομήλιον*] erat oppidum Phrygiae haud procul a finibus Lycaoniae situm. Infra 20, 1 narratur, Philomelienses petiisse, ut de Polycarpi martyrio certiores fierent. — *καθολικῆς*] Cf. 8, 1; 16, 2; 19, 2; Ign. Smyrn. 8, 2. — *ἔλεος κτλ.*] Clemens inscr. de gratia et pace loquitur, cum verba litteris obliquis expressa Iud. 2 legantur.

I, 1. *ἐπισφραγίσας*] Eadem voce etiam alii ad finem persecutionis significandum usi sunt, e. g. Eusebius De mart. Palaest. c. 11, 30; 13, 5; Greg. Naz. Orat. XV, 7 (PG 35, 923). — *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον*] Similiter 19, 1.

2. *περιέμενεν*] sc. Polycarpus. — *ὡς καὶ ὁ κύριος κτλ.*] Similiter Petrus Alex. Ep. can. c. 9, qui scribens: *ἐζήτουν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτῶν συμφέρον, ἀλλὰ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν,* proxime ad hunc versum accedit.

II, 1. *γενναῖα*] Cf. I Clem. 5, 1 not. — *δεῖ κτλ.*] Smyrnaei rationem reddunt, cur martyria, quae in sua ecclesia evenerunt, laudaverint. Laus in Deum redundat, qui omnia operans etiam illa operatus est.

χοντας τῷ θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἀνατιθέναι. 2. τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν καὶ ὑπομονητικὸν καὶ φιλοδέσποτον τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν· οἵ μάστιξιν μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν, ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι· τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε γρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ γενναιότατοι μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, μᾶλλον δέ, ὅτι παρεστὼς ὁ κύριος ὡμίλει αὐτοῖς; 3. καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι. καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθά, ***ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη***, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ κυρίου, οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. 4. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες ὑπέμειναν δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι καὶ ἄλλαις ποικίλων βασάνων ἰδέαις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

III. Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος. ἀλλὰ χάρις τῷ θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπερρώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. βουλομένου γὰρ τοῦ

1 *ἀνατιθέναι* h p v : *ἀνατεθῆναι* b, *ἀνατεθηκέναι* m | 2 *αὐτῶν* b m : *αὐτοῦ* p, > h v | 4 *θεωρεῖσθαι* : *τηρεῖσθαι* m | 6 *καὶ* > m | *μήτε* : *μὴ δὲ* m | *γρύξαι* h m p v : *βρύξαι* b | 6/7 *μήτε στενάξαι* > m | 7 *αὐτῶν* h p v : *ἑαυτῶν* b, > m | *ὅτι* + *ἐν* v | 8 *γενναιότατοι* h m p : > b v | 9 *τοῦ* > h m | 11 *κόλασιν* : *ζωὴν* m | 12 *ἀπηνῶν* (*ἀπεινῶν* h p) g : *ἀπάνων* (= *ἀπανθρώπων*) m | 14 *σβεννύμενον* b h p : + *πῦρ* m v | *ἐνέβλεπον* m | 16 *εἶδεν* m : *ἴδεν* g | *ἀνθρώπου* + *οὐκ* h | 17 *δὲ* + *καὶ* h | *οἵπερ* b : *εἴπερ* h p v, *οἵτινες* m | *μηκέτι* b h v : *μὴ* p, *λοιπὸν οὐκέτι* m | 18 *καὶ* g : + *οἱ* m | *κατακριθέντες* m | 19 *κήρυκας* b m : *ξίφη* p v, *ξίφει* h | *μὲν* b p : *τε* h v, > m | *ὑπεστρωμένοι* m | 20 *ποικίλων βασ. ἰδέαις* m (E) : *ποικίλαις βασάνοις* g | *κολαφιζόμενοι* g : *κολαζομένοι* m | *εἰ* : *ἢ* h, *ἡ* b | 20/21 *ὁ τύραννος* g : > m | 23 *κατὰ π. γὰρ* b h v : *κ. π. μὲν* m, *ὅτι κ. π.* p | *οὐκ* G : *οὖν* Lightf., > L | 24 *ἐπερώννυεν* h | *ἐπερρώννυεν — δειλίαν* > m | 25 *ὑπομονῆς* : *γενναίας ὑπ.* m

simus, deo omnium rerum potestatem adscribamus oportet. 2. Quis enim generositatem eorum et patientiam et erga dominum caritatem non admiretur, qui flagellis adeo lacerati, ut ad intimas usque venas et arterias corporis structura cerneretur, tamen sustinuerunt, ita ut etiam adstantes miserarentur et plangerent, ipsi vero eo fortitudinis venirent, ut nemo illorum neque murmuraret neque ingemisceret, omnibus nobis ostendentes, quod generosissimi martyres Christi hora ista, qua torquebantur, extra carnem fuerint, aut potius, quod dominus assistens cum ipsis esset collocutus? 3. Atque ad Christi gratiam adtendentes mundana tormenta spernebant, unius horae spatio se ab aeterna poena redimentes. Frigidusque ipsis videbatur ignis crudelium carnificum. Prae oculis enim habebant fugam illius, qui aeternus est et nunquam exstinguetur, et oculis cordis respiciebant ad ea bona, quae reservantur sustinentibus, ***quae nec auris audivit nec oculus vidit, quae nec in cor hominis ascenderunt,*** quae vero iis a domino monstrata sunt, utpote qui non homines amplius, sed iam angeli essent. 4. Similiter et ad bestias condemnati graves cruciatus pertulerunt, super murices prostrati et aliis variorum tormentorum generibus excruciati, ut, si fieri potuisset, tyrannus eos assiduitate supplicii ad negationem Christi adduxisset.

III. Multa enim adversus illos diabolus machinatus est. Sed gratia sit Deo; nam neminem iste vincere potuit. Fortissimus enim Germanicus eorum timiditatem constantia sua corroboravit; quippe qui splendide cum bestiis pugnaverit. Nam

15 I Cor. 2, 9 (Ies. 64, 4; 65, 16).

2. Probatur nunc, quod initio capitis dictum est, martyria illa fuisse beata et generosa. — *μήτε γρύξαι — ὡμίλει αὐτοῖς*] Cf. Ep. Lugd. Euseb. H. E. V, 1, 51: *'Αλεξάνδρου μήτε στενάξαντος μήτε γρύξαντός τι ὅλως, ἀλλὰ κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ θεῷ.* Act. Perpet. et Fel. c. 4. Ascensio Iesaiae c. 5 ed. Dillmann 1877 p. 23. Acta Andreae c. 48 (Anal. Bolland. XIII, 347).

3. *διὰ μιᾶς — ἐξαγοραζόμενοι*] Cf. 11, 2; Ep. Lugd. Eus. V, 1, 26. — *ἃ οὔτε κτλ.*] Cf. I Clem. 34, 8 not.

4. *κήρυκας*] Haec vox fortasse aeque ac *murex* non solum concham, sed etiam instrumentum ferreis aculeis constructum designat. Eusebius H. E. IV, 15, 4 scribens: *τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας*, de conchis cogitat.

III, 1. *Γερμανικός*] Eius memoriam Latinorum celebrabant martyrologia

ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν καὶ λέγοντος, τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κα- οικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. 2. ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος, θαυμάσαν τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους· ζητείσθω Πολύκαρπος.

IV. Εἷς δέ, ὀνόματι Κόϊντος, Φρύξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καί τινας προσελθεῖν ἑκόντας. τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προδιδόντας ἑαυτούς, ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

V. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ διέτριβεν μετ' ὀλίγων, νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. 2. καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπτασίᾳ γέγονεν πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν, καὶ εἶδεν τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον· καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ· Δεῖ με ζῶντα καυθῆναι.

VI. Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες συνελάβοντο παιδάρια δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτόν, ἐπεὶ καὶ οἱ

1 *λέγοντος* p : *λέγειν* b h m v | 2 *τάχιον* b h v : *καὶ τ.* m p | 3 *αὐτῶν* b h E : *αὐτὸν* m v, > p | 5 *θεοφιλοῦς .. θεοσεβοῦς* : ∾ h | 7 *δὲ* b h p v : *οὖν* m, tunc L | *Κόϊντος* : *κυπτὸς* h, *κυστὸς* v | 10 *ἐκλιπ. ἔπεισεν* g : *ἐξελειπάρησεν* m | 11 *προδιδόντας* h v : *προσιόντας* b m p | *ἑαυτοὺς* h m : *ἑαυτοῖς* b p v, se ultro L | 15 *ὑπεξελθεῖν* g : *ὑπεξιέναι* m | *καὶ* (+ *πεισθεὶς* v) *ὑπεξῆλθεν* g : *ὑπ. οὖν* m | 16 *ἀπὸ* > m | *ἔτριβε* b v | *νύκταν* h | 17 *ἡμέρα* m | *οὐδὲν* b h p (E) : *μηδὲν* m v | 18 *κατὰ τὴν οἰκ.* : *τῆς οἰκουμένης* h | 19 *γέγονεν* > m | 20 *τὸ* > b | 21 *σὺν* m (E) : *συνόντας* g | *αὐτῷ* m L : + *προφητικῶς* g | 22 *κάηναι* m | 25 *ὧν — βασαν.* : *βασανιζομένων δὲ τῶν παιδαρίων* h | 26 *ὁμολόγησαν* h

die 19. Ianuarii. — *ἀνθυπάτου*] sc. L. Statii Quadrati, ut ex c. 21 patet. — *προσβιασάμενος*] Cf. Ign. Rom. 5, 2. — *τάχιον κτλ.*] Acta Carpi 36:

cum proconsul eum flectere vellet diceretque, ut suam ipse aetatem miseraretur, ille bestiam ultro ad se attraxit eique vim intulit, cupiens velocius ex iniusta et iniqua illorum hominum vita effugere. 2. Exinde autem universa multitudo, fortitudinem pii ac religiosi Christianorum generis admirata, exclamavit: Tolle impios; Polycarpus requiratur!

IV. Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore perculsus est. Hic autem erat, qui se ipsum et alios quosdam impulerat, ut ultro accederent. Huic proconsul multis obsecrationibus persuasit iurare ac sacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non laudamus eos, qui sponte sese offerunt, quandoquidem non ita docet evangelium.

V. Polycarpus autem, vir maxime admirabilis, primum re audita non turbatus est, sed in urbe permanere volebat; plerique tamen ei persuaserunt, ut secederet. Et secessit in villam non multum ab urbe dissitam, ubi cum paucis mansit, diu noctuque nil aliud agens, nisi quod oraret pro universis et pro omnibus per orbem ecclesiis; quod ipsi erat sollemne. 2. Et cum oraret, triduo antequam comprehenderetur, visio ei obtigit viditque cervical suum incendio conflagrans. Et conversus ad socios dixit: Oportet me vivum comburi.

VI. Instantibus autem iis, qui quaerebant eum, in aliam villam migravit, et statim aderant exploratores. Cumque illum non reperissent, duos servulos comprehenderunt, quorum alter tormentis subditus confessus est. Impossibile autem erat latere

12 Matth. 10, 23; Ioann. 7, 1; 8, 59; 10, 39.

ὅπως ταχέως ἀπαλλαγῶσιν τοῦ κόσμου (*Texte u. Unters.* III, 3—4 p. 449).

2. *θεοσεβοῦς γένους τ. Χρ.*] Item Melito Sard. apud Eus. H. E. IV, 26, 5; Mart. Ign. Colb. 2, 1. — *ἀθέους*] i. e. Christianos. Cf. 9, 2 (12, 2); Iust. Ap. I, 6. 13. Athenag. Leg. c. 4.

IV. *οὐκ ἐπαινοῦμεν κτλ.*] Cf. 1, 2; Clem. Al. Strom. IV, 4, 17 p. 571. A communi priscae ecclesiae sententia Tertullianus recessit, cum (in libro de fuga in persecutione) fugiendum in persecutione non esse demonstraret (Zahn).

V, 1. *νύκτα κτλ.*] Cf. Cypr. Acta procons. c. 1 ed. Hartel III p. CX. — *σύνηθες αὐτῷ*] Cf. Polyc. Phil. 12, 3.

2. *ἐν ὀπτασίᾳ*] Similis visio obtigit s. Cypriano. Cf. Vita Cypr. c. 12; Ruinart, Acta ed. Galura II, 34 sq. — *ζῶντα καυθῆναι*] Acta Carpi 36: *κελεύει αὐτοὺς ζῶντας καῆναι.*

προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. 2. καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ κεκληρωμένος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν, ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος, οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

VII. Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ περὶ δείπνου ὥραν ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων *ὡς ἐπὶ λῃστὴν τρέχοντες*. καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας συνεπελθόντες ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ἐν ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν δὲ ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἠβουλήθη εἰπών· *Τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γενέσθω*. 2. ἀκούσας οὖν αὐτοὺς παρόντας, καταβὰς διελέχθη αὐτοῖς, θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθές, καὶ ἡ τοσαύτη σπουδὴ ἦν τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα. εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται, ἐξῃτήσατο δὲ αὐτούς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεύξασθαι ἀδεῶς. 3. τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ οὕτως, ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

VIII. Ἐπεὶ δέ ποτε κατέπαυσεν τὴν προσευχήν, μνημονεύσας

1 *προδιδοῦντες* m | 1/5 *καὶ — τιμωρίαν* (= v. 2) > v | 2 *Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος* (*λεγόμενος* m) : *Ἡρώδῃ* Zahn | *ἔσπευδεν* b h p : *ἔσπευσεν* m | 3 *αὐτὸν* > h | 4 *τὴν αὐτοῦ* b h p : *τῆς αὐτῆς* m | 5 *ὑπόσχ. τιμωρίαν* b h p : *τύχωσιν τιμωρίας* m | 6 *περὶ* m : > g | 7 *ὥραν* b m : *ὥρα* h p v | 8 *τρέχοντες* g : *ἀπερχόμενοι* m | 8/9 *συνεπελθόντες* Usher : *συναπελθόντες* b h v, *ἀπελθ.* m, *ἐπελθόντας* E, *καταλαβόντες* p | 9 *ἐν* sec h v E : > b m p | 10 *δὲ* h m p v : > b | 10/11 *ἠβουλήθη* m p v : *ἐβ.* b h | 11 *θεοῦ* h p v L E : *κυρίου* b m | *οὖν* h (+ *οὖν*) m p L : *δὲ* b v | 12 *αὐτοὺς* (*τοὺς* b) *παρόντας* g : ∾ m | *καταβὰς* p E : *καὶ κ.* b h v, > m | *διελέγχθη* h | *θαυμαζόντων* h p v : *θ. δὲ* b, *καὶ θ.* m | 13 *καὶ* sec p E : *τινὲς ἔλεγον* b, > h m v | *ἦ* : *ἡ* b h v, *εἰ* m E, *ὅτι* p | 14 *σπουδῆ* m p | *ἦν* h v : *ἦ* b, *εἶ* m, *ἐχρήσαντο* p | *τοιοῦτον* + *θεοφιλεῖ* m | 15 *αὐτοῖς* b m v : *αὐτοὺς* h p | 16 *αὐτοὺς* b h m : *αὐτοῖς* p v | *δῶσιν* b h p : *δώσωσιν* m v | *αὐτὸν* m | 17 *πρὸς τὸ* > b | *προσεύξασθαι* b m v (E) : *εὔξασθαι* h p | 18 *σταθεὶς* + *πρὸς ἀνατολὴν* m | *ὥστε* g : *ὡς* m (E) | 19 *ἐπὶ δύο ὥρας* > h | *σιωπῆσαι* b h p : *σιγῆσαι* m v | *πλήττεσθαι* h | 20 *πολλοὺς* > v | *τε* : *δὲ* m, *καὶ* v | *ἐπὶ τῷ* E : *ἐπὶ τὸ* b h m v, *καὶ* p | 20/21 *θεοπρεπῆ* p E : *-πεῖ* b h v, *θεοφιλῆ* m | 22 *ἐπεὶ δέ ποτε* m E : *ὡς δὲ* g

ipsum, cum proditores domestici eius essent. 2. Irenarcha vero, qui idem nomen nactus erat, Herodes appellatus, in stadium eum ducere properabat, ut hic sortem suam impleret Christi consors factus, proditores autem easdem poenas subirent ac Iudas.

VII. Habentes ergo puerulum, feria sexta sub horam cenae egressi sunt persecutores et equites cum consuetis armis, *tamquam adversus latronem proficiscentes*. Et sub vespertinum tempus advenientes illum in superiori cubiculo parvae cuiusdam domus discumbentem invenerunt; unde in aliud praedium abire poterat, sed noluit dicens: ***Fiat voluntas dei***. 2. Cum ergo eos adstantes audisset, descendit et cum iis collocutus est, mirantibus illis, qui aderant, aetatem eius et constantiam et qua ratione tantum studium adhiberetur, ut eiusmodi vir senex comprehenderetur. Statim nunc illa hora iis cibum et potum apponi iussit, quantum vellent, petiit autem ab illis, ut ipsi darent horae spatium ad libere orandum. 3. Quod cum concessissent, stans orabat plenus gratia dei, adeo ut per duas horas tacere non posset ac obstupescerent auditores, multos quoque paeniteret, quod adversus senem deo tantopere gratum venissent.

VIII. Cum autem precationem tandem finiisset, in qua

8 Matth. 26, 55. — 11 Act. 21, 14 cf. Matth. 6, 10.

VI, 1. *οἰκεῖοι*] Respicit auctor Matth. 10, 36.

2. *ὁ εἰρήναρχος*] a praeside provinciae e decem viris per civitatem quamque designatis eligebatur. Cf. Marquardt, *Röm. Staatsverwaltung* I, 213 (ed. II 1881). Eius munus erat, maleficos apprehendere et de criminibus et sociis interrogatos magistratui tradere. L. 6 Dig. de custod. 48, 3. — *τὸ αὐτὸ ὄνομα*] i. e. idem nomen, quod tyrannus in Evangelio gerebat, ut e verbis sequentibus apparet.

VII, 1. *τῇ παρασκευῇ*] i. e. feria sexta vel sexto hebdomadis die. Cf. Matth. 27, 62; Marc. 15, 42; Luc. 23, 54; Ioann. 19, 31; Ioseph. Antiq. XVI, 6, 2; Iren. I, 14, 6; V, 23, 2; Clem. Al. Strom. VII, 12, 75 p. 877; Const. ap. V, 15. 20; VII, 23.

2. *εὐσταθές*] Cf. Ign. Polyc. 4, 1.

3. *σταθεὶς προσηύξατο*] Cf. Matth. 6, 5; Luc. 18, 11. 13.

VIII, 1. *σαββάτου μεγάλου*] Usher (not. 23) et plerique editores haec verba de sabbato magno seu de sabbato hebdomadis magnae, i. e. de vigilia Paschatis, interpretati sunt. At haec locutio ante medium saeculum quartum non invenitur. Chrysostomus (Opp. ed. Bened. III, 518; IV, 294; V, 525; XIII, 33) et auctor Constitutionum apostolorum primi sunt, quos eam usurpasse novimus, hic VIII, 33, et quidem in textu, de

ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε συμβεβληκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων καὶ πάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν ἤγαγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος σαββάτου μεγάλου. 2. καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης, οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν ἔπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ λέγοντες· Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν· Κύριος καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα καὶ διασώζεσθαι; ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτούς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· Οὐ μέλλω ποιεῖν, ὃ συμβουλεύετέ μοι. 3. οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν αὐτόν, ὡς κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσῦραι τὸ ἀντικνήμιον. καὶ μὴ ἐπιστραφείς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον, θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

IX. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον φωνὴ ἐξ οὐ-

1 *πάντων* m | *καὶ τῶν* : ∾ m | *ποτὲ* m | *συμβεβληκότων* E (plerique codd) : *συμβαλόντων* m, *συμβεβηκότων* g | 2 *πάσης* m p E : *ἁπάσης* b h v | 3 *ὄνῳ* h m v E : *ἐν ὄνω* b p | 4 *ἤγαγον* m E : *ἦγον* g | *μεγάλου* > p | 5 *ὑπήντα* b m E : *ὑπάντᾶ* h, *ὑπαντᾶ* v, *ὑπάντα* p | *αὐτῷ* m p E : *αὐτὸν* b h v | 6 *Νικήτης* m E L : + *ἐπὶ τὸ ὄχημα* g | *ἐπὶ τὴν* (*τὴν* > m) *καροῦχαν* G : *εἰς τὸ ὄχημα* E | 8 *θῦσαι* E | *καὶ* (> p) *τὰ τ. ἀκόλουθα* G (L) : > E | 9 *αὐτοὺς* h m : *αὐτοῖς* b p v | 10 *συμβουλεύεται* h p m | 11 *αὐτῷ* g : > m E | 12 *καθῄρουν* m : *καθῆιρον* p, *καθήρον* b, *καθῆρον* h v | *αὐτὸν* (> E) m E : + *ἀπὸ τοῦ ὀχήματος* g | *ὡς* m p E : + *καὶ* b h v | *κατιόντα* + *καὶ* p | *τῆς καρ.* G : *τοῦ ὀχήματος* E | 12/13 *ἀποσῦραι* m E (L) : *ἀποσυρῆναι* g | 13/14 *πρόθυμος* p E | 14 *μετὰ σπουδῆς* > m | 14/17 *θορύβου — στάδιον* > h | 15 *ἀκουτισθῆναι* m | 17 *τοῦ δὲ Πολυκάρπου εἰσιόντος* m

hebdomade magna loquens, cum V, 15. 19 locutio nonnisi in titulis capitum operi a posteriore adiectis exstet. Accedit, quod Asiani in celebrando Paschate diem hebdomadis saeculo secundo prorsus neglegentes sabbatum magnum tunc temporis vix agebant. Denique animadvertendum est, articulum deesse, quem auctor non omisisset, si diem insignem quotannis semel recurrentem indicare voluisset. Auctor Chronici paschalis (ed. Bonn. I, 481) martyrium ad sabbatum magnum referens scribit re vera *τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ*. Recte itaque Schürer (*Zeitschrift f. d. histor. Theol.* 1870 p. 204—206; idem ceterum l. c. addubitat, num verba *ὄντος σαββ. μ.* ab auctore Martyrii scripta sint) et Zahn ad h. l. statuisse videntur, sabbatum illud, quo Polycarpus mor-

descripsisse, postquam Polycarpus ei scripturam revelaverit, sicut in sequentibus, *ἐν τῷ καθεξῆς*, declaraturus sit, cumque Vita Polycarpi (in volumine huius operis secundo edita) incipiat: *Ἐπανελθὼν ἀνωτέρω . . . ποιήσομαι καθεξῆς τὸν λόγον*, Halloix, qui primus inter recentiores hanc scripturam legit, et Bollandus, qui eam latine versam publicavit, haec verba illa respicere censuerunt ac concluserunt, Pionio, qui hunc versum scripsit, etiam Vitam Polycarpi attribuendam esse. Scripturae quidem non illam rationem inter se habent. Exordium Vitae Polycarpi, ut contextus docet, non ad aliam scripturam vel ad clausulam Martyrii spectat. Vita Polycarpi insuper in codice unico eam tradente Martyrium non sequitur, sed praecedit. Attamen sententia illa recta esse videtur. Animadvertendum est, Vitam Polycarpi non integram, sed mutilam nobis traditam et Martyrium ab auctore, nisi omnia fallunt, neque post neque ante Vitam positam, sed potius

postquam illa perquisivissem et beatus Polycarpus ea per revelationem mihi manifestasset, ut in sequentibus declarabo. Collegi ea propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentia, ut me quoque cum electis suis in regnum suum caeleste colligat dominus Iesus Christus, cui sit gloria cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen!

EPILOGUS ALIUS

E CODICE MOSQUENSI DESCRIPTUS.

1. Atque haec e codice Irenaei descripsit Caius, qui et ipse conversatus est cum Irenaeo, discipulo sancti Polycarpi. 2. Etenim Irenaeus, qui tempore martyrii Polycarpi episcopi Romae erat, multos docuit, cuius et multae scripturae praestantissimae ac rectae fidei circumferuntur; in quibus meminit Polycarpi et ab eo se didicisse refert; probe quoque omnem haeresim redarguit et ecclesiasticam regulam ac catholicam, sicut a sancto accepit, ita etiam tradidit. 3. Refert autem et hoc: cum sancto

in hac insertam fuisse; clausulam Martyrii eundem auctorem prodere ac Vitam, et verba καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς ad particulam huius scripturae deperditam referenda esse. Pionius autem, qui Vitam composuit, non martyr Smyrnae anno 250 mortuus est, cuius Acta nobis tradita sunt, sed aliquis posterior, qui parte saeculi IV altera vixit et nomen Pionii sibi usurpasse videtur, ut martyr ille celeberrimus putaretur. Cf. quae Lightfoot II, 1005—13 de hac re exposuit.

Epilogus alius]. Haec particula versibus 1 et 5 eadem exhibet, quae supra 22, 2—3 leguntur, modo paucis verbis mutatis vel omissis. Altera ex parte de Polycarpo plura referuntur, quae illic non leguntur, versus 2—4, quos a posteriore insertos esse non est dubium.

2. οὗ] Vocabulum, cum sequatur αὐτοῦ, potest esse adverbium vel genetivus, voce αὐτοῦ pleonastice adiecta. Vix autem auctor dicere voluit, Romae vel in Occidente scripta Polycarpi vulgari. — ἐν οἷς κτλ.] Exstant etiam tres scripturae Irenaei vel particulae scripturarum, quibus Polycarpi mentio fit, scilicet Adversus haereses III, 3, 4; Ep. ad Florinum apud Eus. H. E. V, 20; Ep. ad Victorem apud Eus. H. E. V, 24.

Πολυκάρπῳ Μαρκίωνος, ἀφ' οὗ οἱ λεγόμενοι Μαρκιωνισταί, καὶ εἰπόντος· Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, Πολύκαρπε, εἶπεν αὐτὸς τῷ Μαρκίωνι· Ἐπιγινώσκω, ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ. 4. καὶ τοῦτο δὲ φέρεται ἐν τοῖς τοῦ Εἰρηναίου συγγράμμασιν, ὅτι ᾗ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐν Σμύρνῃ ἐμαρτύρησεν ὁ Πολύκαρπος, ἤκουσεν φωνὴν ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ὑπάρχων ὁ Εἰρηναῖος ὡς σάλπιγγος λεγούσης· Πολύκαρπος ἐμαρτύρησεν.

5. Ἐκ τούτων οὖν, ὡς προλέλεκται, τῶν τοῦ Εἰρηναίου συγγραμμάτων Γάϊος μετεγράψατο, ἐκ δὲ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων Ἰσοκράτης ἐν Κορίνθῳ. ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τῶν Ἰσοκράτους ἀντιγράφων ἔγραψα κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ζητήσας αὐτά, συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ βασιλείαν· ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

1 *Μαρκίωνος* : *μαρκίων* cod | 2 *εἶπεν* : *εἰπεῖν* cod | 8 *τούτων* : *τούτου* cod | *Εἰρηναίου* : *εἰρηναῖος* cod

3. Haec ex Iren. Adv. haer. III, 3, 4 desumpta sunt.

4. Quae hic de Irenaeo referuntur, in scriptis Irenaei nobis traditis non leguntur. Similia de aliis sanctis narrantur.

5. *Πολυκάρπου*] Post hanc vocem alter textus addit: *καθὼς δηλώσω*

Polycarpo aliquando occurreret Marcion, a quo sunt, qui Marcionitae vocantur, atque diceret: Cognosce nos, Polycarpe, ipse dixit Marcioni: Cognosco, cognosco primogenitum satanae. 4. Et hoc fertur in scripturis Irenaei, ea die et hora, qua Polycarpus Smyrnae martyrium subiit, Irenaeum in urbe Romanorum versantem vocem audivisse quasi tuba clamante: Polycarpus martyrium subiit.

5. Ex his igitur Irenaei scripturis, sicut ante dictum est, descripsit Caius, e Caii exemplari Isocrates Corinthi. Et rursus ego Pionius ex Isocratis exemplari descripsi, postquam revelante sancto Polycarpo scripturam perquisivi, colligens eam propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentem, ut me quoque cum electis suis in regnum suum caeleste colligat dominus Iesus Christus, cui sit gloria cum patri et filio et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

ἐν τῷ καθεξῆς. Verba consentanea erant, dum Martyrium scripturae ampliori vel Vitae Polycarpi insertum erat, in qua sequebantur, quae illis indicantur. Cum autem Martyrio ab illa scriptura separata sensu careant, auctori nostrae clausulae ratio ea supprimendi erat.

PAPIAE FRAGMENTA

CUM TESTIMONIIS VETERUM SCRIPTORUM.

I.

1. Quando et creatura renovata et liberata multitudinem fructificabit universae escae, ex rore caeli et ex fertilitate terrae: quemadmodum presbyteri meminerunt, qui Ioannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat dominus et dicebat:

2. „Venient dies, in quibus vineae nascentur, singulae decem millia palmitum habentes, et in uno palmite dena

I. Pars huius fragmenti maior, scilicet versus 1—3, legitur etiam armeniace. Textum armeniacum una cum versione latina primus edidit Pitra in Spicilegio Solesmensi I, 1 sq. (1852) e libro manuscripto, quem Mechitaristae saeculo XII adscripserunt, denuo Harvey in edit. S. Iren. libr. V adv. haer. (1857) II, 448 sq. Incipit fragmentum his verbis: Irenaei est sermo. Textus armeniacus cum versione Irenaei latina fere ad verbum consentit. Lectiones variae paucae non exscribendae esse videntur.

2. venient dies etc.] Mira sane sunt, quae Papias aliique seniores dixere, se a Ioanne apostolo accepisse servatoris nostri effata de inusitato frumenti vinique proventu olim futuro, cum scilicet ipse secunda vice de caelo in terram advenerit. Rem ipsam quod attinet, omnes quidem primaevi Christiani orthodoxi secundum dicta apostolorum et promissa prophetarum novum caelum et novam terram exspectarunt in secundo Messiae adventu isti restituendam felicitati, qua ante lapsum Adami florebat. Atque hanc felicitatem plurimi non in spiritualibus solum bonis, sed et temporalibus posuerunt, persuasi, tunc solum terrae a maledictione ob peccatum Adami ei inflicta liberum fore ac abundantiam omnis boni sine humano labore prolaturum. Quae et priscorum Iudaeorum fuit sententia, ut ex Rabbinorum dictis a Raymundo Martini in Pugione fidei Part. III Dist. III c. 15 et Galatino Lib. X cap. 4 adiunctis liquet. Quibus addo ver-

millia brachiorum, et in uno vero palmite dena millia flagellorum, et in unoquoque flagello dena millia botruum,

ba R. David Kimchi in Ose 14, 8: Sunt qui exponunt ista verba *vivent tritico*, quod futura sit mutatio naturae in tritico, quando venturus est redemptor (Messias). Accipit ipse hanc mutationem in eum sensum, quasi non necesse tunc futurum sit serere triticum, quodque sponte instar vitis sit nasciturum etc. (Grabe). Hilgenfeld (*Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1875 p. 262) contulit Henoch 10, 19: Omnes arbores deliciarum serentur in ea (sc. terra), et cuiusque seminis, quod in ea seminabitur, unus modus feret mille, et unus modus olivarum decem torcularia olei dabit; Apoc. Bar. c. 29: Etiam terra dabit fructus suos, unum in X milia, et in vite una erunt M palmites, et unus palmes faciet M botros, et botrus unus faciet M acinos, et unus acinus faciet corum vini. Fr. Delitzsch Adolfo Harnack haec communicavit: Eodem fere tempore, quo Papias monstrosa illa sibi tradita esse narrat, Gamaliel II, princeps academiae Iamnensis, publice similia docuit, uti in Talmudis Babylonici tr. Schabbath 30[b] refertur contradicente anonymo quodam discipulo, quem nonnulli Gamalielem illum pro primo non secundo habentes Paulum apostolum fuisse coniectaverunt. ‚R. Gamaliel (sic ibi narratur) consedit quondam atque exposuit, futurum esse, ut mulier pariat cotidie, quod probavit ex Ierem. 31, 8; tum irrisit eum iste discipulus dicens, nihil novi evenire sub sole; veni, inquit Gamaliel, et ostendam tibi rei simulacrum in mundo praesenti. Exierunt et demonstravit ei gallinam. Rursus consedit et exposuit, aliquando arbores fructus edituras esse cotidie, allato loco Ezech. 17, 23, et discipulo rursus cum irrisione idem illud opponente foras tanquam praesentem futurae rei similitudinem fruticem capparis demonstravit. Tertio consedit atque exposuit terram Israelis aliquando producturam esse placentas (גלוסקאית) et vestes Milesias (כלי מילת), adhibito loco Psalm. 71, 16, et discipulo rursus eadem regerenti tanquam futurorum similitudines demonstravit fungos atque spongias atque involucrum, quo nucleus dactyli opertus est.‘ Sunt vero Papianorum eorum etiam similiora, quae de terrae sanctae fertilitate compluribus locis utriusque Talmudis referuntur, quorum nonnisi ea adducere iuvat, quae de mira vitium fecunditate praedicantur. In Talmudis Hierosolymitani tr. Peah c. VII refertur: ‚R. Pereda a Rabbi rogatum esse, ut sibi ostenderet uvam vineae suae; qui cum uvam afferret, Rabbi e longinquo taurum conspicere sibi visus est.‘ De futura vitium feracitate in Talmudis Babylonici tr. Ketuboth 111[b] legimus: ‚Mundus futurus dissimilis est praesenti; namque in praesenti gravi cum molestia vindemiamus ac torculamur, in mundo futuro afferet quis uvam unam in plaustro vel navi eamque in angulo domus suae deponet et habebit inde, quod bibat tamquam dolii magni copiam et tantum ligni, ut quoslibet cibos coquere possit; neque enim ullam uvam fu-

et in unoquoque botro dena millia acinorum, et unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini. 3. Et cum eorum apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et unamquamque spicam habituram decem millia granorum, et unumquodque granum quinque bilibres similae clarae mundae: et reliqua autem poma et semina et herbam secundum congruentiam iis consequentem: et omnia animalia iis cibis utentia, quae a terra accipiuntur, pacifica et consentanea invicem fieri, subiecta hominibus cum omni subiectione."

4. Haec autem et Papias Ioannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per scripturam testimonium perhibet, in quarto librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti. Et adiecit dicens:

4. Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας ὁ Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνήρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἑαυτοῦ βιβλίων, ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα. [Eus. H. E. III, 39, 1].

5. „Haec autem credibilia sunt credentibus. Et Iuda, inquit, proditore non credente et interrogante: quomodo ergo tales geniturae a domino perficientur? dixisse dominum: Videbunt, qui venient in illa".

[Iren. Adv. haer. V, 33, 3—4.]

turam esse, quae non contineat triginta amphoras (גרבי) vini.' Quod comprobatur ex Deut. 32, 14, ubi pro חמר (חֶמֶר) legendum esse חומר (חֹמֶר) dicitur; etenim Chomer sive Cor decem Epha triginta Sata complectitur; Papias exhibet viginti quinque metretas ex uno acino expressas, quod multo monstrosius est. Haec quidem Delitzsch. Monendum est autem, orationem valde poeticam non ad verbum sumendam esse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI (1900), 152 sq.

3. pacifica etc.] Cf. Ies. 11, 6 sqq.; 65, 25.

4. haec autem et Papias etc.] Sic dicens Irenaeus annuit, verba praecedentia se non e Papiae opere descripsisse, sed potius ab aliis, presbyteris v. 1 memoratis, audivisse, Papiam autem eadem et quidem scripta exhibere, neque vero illa solum tradere, sed etiam alia adicere, scilicet v. 5. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 89. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 336 not. verba *καὶ* et *ἐπιμαρτυρεῖ* urgenda esse negat et versus 2—3 ad Papiam ipsum refert. Fortasse verba sic intellegi possent, si non alius

II.

1. Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται, ἃ καὶ ἐπιγέγραπται λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως. τούτων καὶ Εἰρη-

1. Papiae autem quinque numero feruntur libri, qui et inscripti sunt oraculorum dominicorum interpretationis. Horum

locus (v. 5) sequeretur, cuius auctor Papias est. Quae cum ita sint, sane mirum esset, si Irenaeus primo presbyteros tanquam testes proferret, secundo diceret, verba, quae tanquam ab illis audita allegavit, e Papiae opere descripta esse, tertio locum Papiae laudaret, hunc vero non illis verbis adiunctum, sed ab eis separatum exhiberet. Si Irenaeus versus 2—3 a Papia deprompsit, his omnino statim versus 5 adiungendus ac deinde demum Papias tanquam testis commemorandus erat.

5. haec — credentibus] Haec sunt verba Papiae, non Domini. — et Iuda etc.] Similiter refert Hippolytus In Dan. IV, 60 ed. Bonwetsch 1897 p. 338, 1—4: *Τοῦ οὖν κυρίου διηγουμένου τοῖς μαθηταῖς περὶ τῆς μελλούσης τῶν ἁγίων βασιλείας ὡς εἴη ἔνδοξος καὶ θαυμαστή, καταπλαγεὶς ὁ Ἰούδας ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἔφη· Καὶ τίς ἄρα ὄψεται ταῦτα; ὁ δὲ κύριος ἔφη· Ταῦτα ὄψονται οἱ ἄξιοι γενόμενοι.* Hippolytus locum haud dubie e Papiae opere hausit, cumque et interrogationem Iudae et responsionem Domini oratione directa exhibeat, Irenaeus autem hanc oratione indirecta (dixisse Dominum) proferat, fontem accuratius reddere putari potest quam hic.

II. Textum repeto, quem Heinichen in editione Eusebii H. E. 1868 constituit, nisi quod v. 3 s. f. non *παραγινομένοις*, sed *παραγινομένας* scribo. De lectionibus variis lectorem ad illam editionem remitto. Id solum monendum est, versione Eusebii H. E. syriaca, quam Wright et Mc Lean a. 1898 publicaverunt, textum nostrum graecum fere ubique confirmari.

Disputaverunt de hoc fragmento permulti, et alii aliter iudicaverunt. Libros peculiares de eo scripserunt Giul. Weiffenbach, *Das Papiasfragment bei* Eusebius H. E. III, 39, 3—4, 1874 (cui libro accedit tractatus in *Jahrbücher für protest. Theol.* 1877 p. 323—379; 406—468); *Die Papiasfragmente über Marcus und Matthaeus* 1878; C. J. Leimbach, *Das Papiasfragment* (*Kritik der gleichnamigen Schrift von Weiffenbach*) 1875; Martens, *Papias als Exeget von Logia* 1875. Eodem tempore vel postea de eo egerunt Hilgenfeld in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1875 p. 242—258; 1879 p. 1—18; Lightfoot in *Contemporary Review* XXVI (1875), 377—403; 828—839; Lüdemann in *Jahrbücher für protest. Theologie* V (1879), 365—384; 537—576; A. Harnack in *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 657—700; Th. Zahn in *Geschichte des neutestamentl. Kanons* I (1888/89), 849—903; *Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons und der altkirchl. Litteratur* VI (1900), 109—157.

1. *λογίων κυρ. ἐξηγήσεως*] Ita cum omnibus fere codicibus legendum est,

ναῖος ὡς μόνον αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων· ταῦτα δὲ καὶ κτλ. (cf. Iren. V, 33, 4). 2. καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα. αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐμφαίνει, παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει δι' ὧν φησι λέξεων·

3. „Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξα ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. ο γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν, οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰ μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ κυρίου τῇ πίστει δεδομένας καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. 4. ε δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι,

non *ἐξηγήσεις*, ac supplendum *συγγράμματα* vel *βιβλία πέντε*. Hieronymus Catal. c. 18 vertit: Explanatio sermonum Domini. Titulus clare indicat, opus interpretationem effatorum Domini continuisse, non collectionem, ut nonnulli putaverunt. Papias id insuper indicat infra v. 3 voci *ἐξήγησις* vocem *ἑρμηνεῖαι* substituens. Cum autem addat, se ea quoque, quae a senioribus didicerit, interpretationibus inserere, etiam prodit, effata illa seu *τὰ λόγια* se non e traditione orali, sed potius e traditione scripta seu ex Evangeliis hausisse. Insuper infra v. 16 dicit, Matthaeum *τὰ λόγια* conscripsisse, et similiter dicit v. 15 de Evangelio S. Marci (*τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα .. οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων*). Porro Anastasius Sinaita (cf. Fragm. VI) Papiam inter *τοὺς ἐξηγητάς*, i. e. interpretes S. Scripturae, enumerat. Denique S. Scriptura ab aliis quoque saepius *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* vel simili nomine vocatur. Cf. Rom. 3, 2; Ioseph. Bell. Iud. VI, 5, 4; I Clem. 19, 1; 53, 1; 62; Polyc. Philipp. 7, 1; Iust. Dial. c. 18; Iren. I, 8, 1; Clem. Alex. Protrept. c. 10, 107 p. 84 ed. Potter; Strom. I, 21, 124 p. 392; Orig. De princ. IV, 11 (ed. De la Rue I, 168); In Matth. t. X c. 6 (III, 447); Basil. M. Hom. XI, 5; XII, 1 (ed. Garnier II, 96. 97); Ephraem Syr. ap. Phot. Bibl. cod. 228 p. 248 ed. Bekker; Ps.-Ign. Sm. 3, 5. Falso Weiffenbach I (i. e. *Das Papiasfragment*), 22 sqq.; II (i. e. *Jahrbücher f. prot. Theol.*), 336 sqq. Papiam *τὰ λόγια* e traditione orali desumpsisse statuit. Quo ex fonte effata Domini hausta fuerint, e titulo operis quidem non apparet, Papias autem alias satis clare prodit. Cum vv. 15—16 Evangeliorum Marci et Matthaei mentionem faciat, teste Fragmento XVIII etiam Evangelium Ioannis cognitum habuerit, iure colligimus, eum Evangeliis nobis tra-

tantum etiam Irenaeus meminit velut ab eo scriptorum, fere sic dicens: Haec autem et Papias etc. 2. Et haec quidem Irenaeus. At vero Papias ipse in prooemio sermonum suorum se sanctorum apostolorum spectatorem atque auditorem fuisse nequaquam dicit, sed ab eorum familiaribus normam fidei se accepisse testatur his verbis:

3. „Nec haesitabo ea, quae quondam a senioribus bene didici et bene memoriae mandavi, interpretationibus inserere, affirmans de illis veritatem. Non enim, ut plerique solent, eos sectabar, qui verbis affluerent, sed eos, qui verum docerent, neque eos, qui aliena praecepta, sed eos, qui mandata per dominum fidei tradita et ab ipsa veritate profecta memorarent. 4. Quodsi quis advenit interdum, qui cum senioribus versatus fuisset, dicta seniorum exquirebam:

ditis seu canonicis usum fuisse et maximam saltem effatorum Domini partem ex his deprompsisse, cum e vv. 3—4 eluceat, eum alia quoque ab apostolis vel discipulis Domini accipere potuisse et haud dubie accepisse. A. Resch censuit, Papiam voce *λόγια*, vel, ut falso scribit, *τὰ λόγια*, Evangelium Evangeliis synopticis prius eorumque fontem et hebraico sermone conscriptum designare, et hoc Evangelium in libro: *Die Logia Iesu* 1898, hebraice ac graece restituere conatus est.

2. *ἀκροατὴν κτλ.*] Eusebius e verbis Papiae nimium colligit. Cf. v. 4.

3. *καὶ ὅσα κτλ.*] Cum Papias hic de traditione o r a l i loquatur, particula *καὶ* sine dubio indicat, in sermone antecedente eum de traditione s c r i p t a vel de effatis Domini in S. Scriptura relatis dixisse. Weiffenbach erravit I, 20—25, II, 336—345 statuens, vocabulo *καὶ* respondere *καὶ* post *εἰ δέ που* infra v. 4, ita ut sensus esset: Papiam cum ea, quae ipse a senioribus didicisset, tum ea, quae alii ab illis audivissent ipsique communicassent, exponere velle. — *παρὰ τ. πρεσβυτέρων*] i. e. ab apostolis vel discipulis Domini, ut Papias infra v. 4 clare indicat et in nota exponetur. Hoc loco ergo se discipulos Domini audivisse et ex eorum ore didicisse annuit; v. 4 addit, se etiam ex aliis, qui cum senioribus vel discipulis Domini versati fuerint, horum dicta exquisivisse, et non solum ordine sententiarum, sed etiam verbis adhibitis: *καὶ ὅσα κτλ.* — *εἰ δέ που κτλ.*, prodit, illud maioris sibi momenti fuisse. — *συγκατατάξαι τ. ἑρμ.*] His verbis Papias, ut Zahn recte vidit, se ea, quae a presbyteris didicit, interpretationi effatorum Domini, *ταῖς ἑρμηνείαις*, non tam inserere quam illa una cum his litteris mandare dicere videtur. — *τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν . . οὐδὲ τοῖς τ. ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημ.*] Agnoscis hic haereticos, praesertim gnosticos. — *ἀπ' αὐτῆς π. τῆς ἀληθείας*] Cf. Ioann. 18, 37; I Ioann. 3, 19.

τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν ἢ τί Φίλιππος ἢ τί Θωμᾶς ἢ Ἰάκωβος ἢ τί Ἰωάννης ἢ Ματθαῖος ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ κυρίου μαθητῶν, ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ κυρίου

4. *τοὺς τ. πρ. ἀνέκρ. λόγους*] Locum opinione non praeiudicata considerantem haud te fugiet, verbis *τί Ἀνδρέας κτλ.* verba *τοὺς τ. πρεσβυτέρων λόγους* accuratius explicari, ita ut voce *πρεσβύτεροι* apostoli significentur, neque vero apostoli tantum, sed omnes discipuli Domini, velut Aristion, tanquam veterrimi religionis christianae testes. Itaque vox *πρεσβύτερος* hic non officium vel dignitatem, sed aetatem denotat. Similiter Irenaeus IV, 32, 1; V, 5, 1; 33, 3; 36, 1. 2 voce utitur, nisi quod, cum sit generatione posterior quam Papias, non tam apostolos, quam apostolorum discipulos vel generationem Christianorum alteram *πρεσβυτέρους* seu seniores appellat. Cf. etiam Philosoph. VI, 42. 55 (*ὁ μακάριος πρεσβύτερος Εἰρηναῖος*); Eus. H. E. III, 3, 1; V, 8, 1; VI, 13, 6; 14. Aliter locum primus Lützelberger (*Die kirchl. Tradition über den Apostel Johannes etc.* 1840) interpretatus esse videtur, quem recentissimo tempore plures secuti sunt. Weiffenbach I, 27 sqq. 65 sqq.; II, 345 sqq. inprimis *τοὺς πρεσβυτέρους* interpretatus est *presbyteros* seu praesides ecclesiarum et *τοὺς τῶν πρεσβυτέρων λόγους dicta presbyterorum de iis,* quae docuerunt apostoli. At si Papias haec dicere voluit, ei scribendum erat: *τοὺς πρεσβυτέρους ἀνέκρινον· τί Ἀνδρέας κτλ.* Scribens: *τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν,* clare indicat, dicta presbyterorum eadem esse, quae Andreas et Petrus dixerunt. Locum ita intellegendum esse etiam Eusebius probat, infra v. 7 distincte dicens, Papiam *apostolorum* dicta ab iis, qui cum apostolis versati fuerint, se accepisse profiteri, et Rufinus, versu ineunte (l. 14) vocem *πρεσβυτέροις* voce *apostolos* reddens. Praeterea patroni illius interpretationis dicant, cur Papias, cum ipse fuerit presbyter vel episcopus, tantam operam dederit, ut cognoscat ea, quae d i s c i p u l i presbyterorum de apostolis compererant? — *Ἀνδρέας κτλ.*] De ordine, quem singuli apostoli hic obtinent, alii aliter iudicaverunt. Cum quattuor priores eodem ordine in Evangelio Ioannis appareant, 1, 40—45 = Andreas, Petrus, Philippus; 11, 16 = Thomas, Papiam, si certum consilium secutus est, illam scripturam respexisse conicere licet. — *εἶπεν . . . λέγουσιν*] Animadverte differentiam temporum. Distinguit Papias duas discipulorum Domini classes. Alii, cum eorum dicta exquireret, iam mortui, alii adhuc inter vivos erant. Rufinus quidem *λέγουσιν* vertit: dicebant, Hieronymus (cf. Fragm. XV): loquebantur. At minus recte, ut videtur. — *Ἰάκωβος*] Hoc nomine haud dubie non Iacobus maior vel filius Zebedaei ac frater Ioannis, iam anno 43 vel 44 mortuus, designatur, neque Iacobus minor, de quo praeter nomen nihil compertum habemus, si alius est ac Iacobus „frater Domini“ et episcopus Hierosolymorum,

quid Andreas vel quid Petrus dixerit vel quid Philippus vel quid Thomas vel Iacobus vel quid Ioannes vel Matthaeus vel alius quis ex discipulis domini, quaeve Aristion vel senior Ioannes, discipuli domini, praedicent. Neque

sed potius hic, qui mihi autem idem cum illo esse videtur. — ἢ τί Ἰωάννης] Renan, *L'Antichrist* 1873 p. 562, opinatus est et Haussleiter, *Theolog. Literaturblatt* 1896 p. 466 sq. demonstrare conatus est, haec verba interpolata esse. Censens apostolum Ioannem paulo post verbis ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης commemorari, hic dixit, unum eundemque virum non simul inter mortuos et vivos enumerari posse, ac praeterea obiecit, particula illa parallelismum tolli, cum antea bis bini apostoli proferantur. Argumenta autem vix satis idonea sunt. Inde, quod Papias binos apostolos bis inter se coniunxit, non sequitur, ei tertio idem faciendum fuisse. Unum eundemque virum simul fere inter mortuos et vivos nominari haud dubie mirum est. Non cum aliis quaero, num Papias utroque loco de eodem Ioanne loquatur; dicendum est autem: si apostolum profecto iterum profert, id inde explicari potest, quod Ioannes ceteros apostolos aetate longe superavit et multo plures discipulos habuit, quos Papias consulere potuit. Particula sane aliquam suspicionem moverit; cum autem ab omnibus testibus tradatur, aegre in dubium vocanda est. Krenkel, *Der Apostel Johannes* 1871 p. 171 sqq., Ioannem hoc vel priore loco nominatum de Ioanne Marco (Act. 12, 12. 25) interpretatur, qui autem vix nomine Ioannis solo commemorandus erat. — ἅ τε κτλ.] Hoc membrum aeque ac praecedens τί Ἀνδρέας κτλ. ita ad verba τοὺς τῶν πρεσβυτέρων λόγους referendum est, ut utrumque membrum haec verba explicet. — Ἀριστίων] Perpauca sunt, quae de hoc viro comperta habemus. Cum a Papia discipulus Domini appelletur neque apostolus fuerit, eum discipulis Domini septuaginta adnumerare licet. Eusebius infra v. 7 Papiam auditorem Aristionis nominat et v. 14 Papiam enarrationes sermonum Domini ab Aristione comperisse et opere suo tradidisse refert. Papias hoc loco (v. 4) quidem id solum dicit, ab iis, qui cum senioribus versati sunt, se exquisivisse, quae Aristion et presbyter Ioannes dicunt. Non est autem, cur Eusebio totum Papiae opus in manu habenti in hac re diffidamus, eo minus, cum Papias v. 3 ipse se seniores audivisse profiteatur. Constitutiones apost. VII, 46 primum et tertium Smyrnae episcopum Aristonem nominantes et haud dubie illum vel hunc cum Aristione nostro eundem habentes fide non sunt dignae. In codice armeniaco Evangelia continente, anno 989 scripto et in claustro Etschmiadsin asservato, clausula Evangelii Marci (16, 9—20) inscripta est: Aristonis presbyteri. Unus e codicibus Historiam eccles. Rufini tradentibus in margine glossam exhibet narrationem de Iusto Barsaba (cf. infra v. 9) Aristioni attribuentem. Et Zahn fere certum esse censet, particulam Marc. 16, 14—16 ex

μαθηταί, λέγουσιν. οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης."

5. Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου ὄνομα, ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ματθαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγελιστήν, τὸν δ' ἕτερον Ἰωάννην διαστείλας τὸν λόγον ἑτέροις παρὰ τὸν τῶν ἀποστόλων ἀριθμὸν κατατάσσει, προτάξας αὐτοῦ τὸν Ἀριστίωνα, 6. σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει, ὡς καὶ διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίᾳ κεχρῆσθαι εἰρηκότων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι. οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν· εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι. 7. καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας

opere Papiae et traditione huic per Aristionem communicata fluxisse. Sententia inde maxime dependet, num particula Marc. 16, 9—20 Marci evangelistae sit, de qua re iudicent, penes quos iudicium est. Zahn praeterea Papiam etiam narrationem de femina peccatrice vel adultera (cf. infra v. 16) ab Aristione accepisse opinatur, sed et addit, de hac re nihil certi dici posse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 217—220. — *ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης*] Eusebius (cf. v. 5—7) hic alium Ioannem atque apostolum commemorari censuit, et plerique eum secuti sunt, olim etiam ego. Fragmentum denuo tractans ad sententiam eorum accedo, qui Papiam iterum de apostolo Ioanne loqui iudicant. Hoc quidem loco Papias Ioannem, ut Eusebius (v. 6) dicit, diserte *πρεσβύτερον* vocat; sed etiam, quod Eusebius non consideravit, priore loco Ioannem clarissime illo nomine ornat, medium eum inter apostolos enumerans, quos bis nomine *πρεσβύτεροι* designat. Itaque Papias Ioannem *πρεσβύτερον* bis profert, cumque spatio exiguo interiecto non duos viros plane eisdem verbis denotare potuerit, sicut priore ita etiam secundo loco de apostolo Ioanne loqui censendus est. Scribens autem distincte: *καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης*, indicat, apostolum Ioannem *κατ' ἐξοχὴν* a suis *πρεσβύτερον* appellatum fuisse, et locus accurate interpretandus est: et senior, scilicet (vel: qui vocatur) Ioannes. Argumenta, quibus Eusebius sententiam suam probat, non sunt idonea, atque de cetero in hac re non est fide dignus, cum manifesto id ageret, ut apostolum Ioannem neque magistrum Papiae neque auctorem Apocalypsis esse demonstraret. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 114—151. — *τοῦ κυρίου*] Renan, *L'Antichrist* 1873 p. 345 n. 2, vocabulum *μαθητῶν* addendum esse censuit, Bacon in *Journal of the Soc. for Bibl. lit.* 1898 p. 176—183 *TOY KY* e *TOYTΩN* exortum esse opinatus

enim, quae libri exhibent, tantam mihi utilitatem afferre existimabam, quantam ea, quae viva voce et manente discimus."

5. Hic id quoque observandum est, eum nomen Ioannis bis ponere. Et priorem quidem una cum Petro et Iacobo et Matthaeo et reliquis apostolis recenset, satis evangelistam indicans; alterum autem Ioannem, adhibita sermonis distinctione, cum ceteris collocat, qui extra numerum sunt apostolorum, praeponens ei Aristionem; 6. et diserte eum presbyterum vocat, ita ut ex his quoque vera esse videatur narratio illorum, qui duos eodem nomine appellatos in Asia vixisse dixerunt et Ephesi esse duo sepulcra et utrumque Ioannis hactenus nominari. Atque hoc animadvertere necessarium puto: verisimile est enim, alterum, nisi quis velit priorem, Apocalypsin Ioannis nomine inscriptam vidisse. 7. Et Papias quidem, de quo nunc sermo-

est, ita ut Papias hoc loco de apostolorum discipulis ageret. Cum autem testes plane consentiant, lectio tradita non est deserenda. Coniecturae nonnisi in interpretatione scripturae arbitraria nituntur. — οὐ γ. τὰ ἐκ τῶν βιβλίων κτλ.] Non omnes libros Papias ante oculos habet, sed eos, qui de sermonibus Domini, quos ipse illustrare vult, agunt, eos autem false interpretantur. Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* I, 862—868. — ζώσης φ. κ. μενούσης] Respiciens dictum: *scripta* littera manet, et quae Irenaeus Adv. haer. III, 2, 1 de Gnosticis viva voce abutentibus refert, Zahn l. c. p. 866 n. 1 censet, verbis καὶ μενούσης vocem vivam vocem hominis adhuc viventis et in terra versantis (cf. I Cor. 15, 6; Philipp. 1, 25; Ioann. 21, 22) definiri. Equidem dubitaverim, num particula adeo urgenda sit.

5. δίς] Hoc Eusebius recte dicit, neque vero consideravit, Ioannem duas vel tres aetates repraesentantem revera bis enumerari potuisse. — προτάξας] Hoc argumentum nihil valet. Quod maius est, non solum primo, sed etiam postremo loco poni potest. Cf. Rom. 9, 3—5; I Cor. 9, 5.

6. πρεσβύτερον] Mirum est, quod Eusebius hoc urget, cum protinus v. 7 eosdem viros, quos Papias seniores vocat, apostolos appellet et Demonstr. evang. III, 5, 88 pronuntiet, Ioannem apostolum in epistulis (II—III) nonnisi πρεσβύτερον se nominare. — τὴν ἱστορίαν κτλ.] Respicit haud dubie Dionysium Alexandrinum, cuius verba H. E. VII, 25 profert, qui autem non traditionem exhibet, sed suam tantum sententiam pronuntiat, duo Ioannis sepulcra quidem commemorat, nec vero dicit, illa sepulcra ab Ephesiis ad duos viros relata fuisse, ita ut nobis quaerere liceat, num Ioannis apostoli sepulcrum non duobus locis monstratum fuerit. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 119 sq.

τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι, Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι. ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν καὶ παραδόσεις. καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν οὐκ εἰς τὸ ἄχρηστον εἰρήσθω.

8. Ἄξιον δὲ ταῖς ἀποδοθείσαις τοῦ Παπία φωναῖς προσάψαι λέξεις ἑτέρας αὐτοῦ, δι' ὧν παράδοξά τινα ἱστορεῖ καὶ ἄλλα, ὡσὰν ἐκ παραδόσεως εἰς αὐτὸν ἐλθόντα. 9. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεράπολιν Φίλιππον τὸν ἀπόστολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατρῖψαι, διὰ τῶν πρόσθεν δεδήλωται, ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ, καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαββᾶν γεγονός, ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ κυρίου χάριν ὑπομείναντος. 10. τοῦτον δὲ τὸν Ἰοῦστον μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους μετὰ Ματθία στῆσαί τε καὶ ἐπεύξασθαι ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἀναπληρώσεως τοῦ αὐτῶν ἀριθμοῦ, ἡ τῶν Πράξεων ὧδέ πως ἱστορεῖ γραφή· *Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν· καὶ προσευξάμενοι εἶπαν.* 11. καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς ὡσὰν ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τοῦ σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. 12. ἐν οἷς καὶ χιλιάδα τινά φησιν ἐτῶν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, σωματικῶς τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἐπὶ ταυτησὶ τῆς γῆς ὑποστησομένης. ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις ὑπολαβεῖν, τὰ ἐν ὑποδείγμασι πρὸς αὐτῶν μυστικῶς εἰρημένα μὴ συνεωρακότα. 13. σφόδρα γάρ τοι σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ὡσὰν ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων τεκμηράμενον εἰπεῖν, φαίνεται· πλὴν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν πλείστοις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς ὁμοίας αὐτῷ δόξης παραίτιος γέγονε, τὴν ἀρχαιότητα τἀνδρὸς προβεβλη-

9. *Φίλιππον τὸν ἀπόστολον*] Philippum Hierapoli versatum ac mortuum Eusebius etiam H. E. III, 31, 2. 3; V, 24, 2, vel potius Polycrates Ephesius, cuius verba his locis referuntur, apostolum vocat. Cum autem ille Philippus, nisi omnia fallunt, unus ex septem (Act. 6, 5) fuerit, idem, ad quem Paulus anno 58 devertit quique tum temporis quattuor

nem habemus, apostolorum dicta ab iis, qui cum apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur, Aristionis autem et Ioannis presbyteri auditorem se dicit fuisse. Nominatim certe eorum saepe mentionem faciens in commentariis suis et illorum traditiones refert. Atque haec quidem non superflue a nobis dicta sint.

8. Porro operae pretium fuerit Papiae allegatis alia eiusdem testimonia adiungere, in quibus miracula quaedam et alia refert, quasi ex traditione ad eum pervenerint. 9. Philippum quidem apostolum una cum filiabus Hierapoli degisse superius docuimus; nunc vero exponamus, quemadmodum Papias, qui iisdem temporibus vixit, narrationem mirabilem a Philippi filiabus se accepisse memorat. Refert enim mortui resurrectionem sua aetate factam esse et alterum iterum miraculum Iusto evenisse, qui cognominatur Barsabas, quippe qui, cum letale poculum ebibisset, per domini gratiam nihil inde incommodi passus est. 10. Hunc autem Iustum post domini ascensum sanctos apostolos in medium produxisse cum Matthia et precatos fuisse, ut alter eorum sorte duceretur, qui in locum proditoris Iudae substitutus numerum ipsorum expleret, Actuum liber commemorat his verbis: ***Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, et Matthiam; et orantes dixerunt.*** 11. Et alia idem scriptor tanquam ex traditione non scripta ad eum pervenisse proponit, novas quasdam scilicet salvatoris parabolas ac doctrinas aliaque fabulis propiora. 12. Inter quae et mille annorum spatium post corporum resurrectionem futurum esse dicit, quo regnum Christi corporaliter stet in hac terra. Quae quidem ita opinatus esse videtur ex male intellectis apostolorum narrationibus, cum ea, quae in exemplis arcano quodam sensu ab illis dicta erant, non perspexisset. 13. Fuit enim mediocri admodum ingenio praeditus, ut ex eius scriptis conicere licet; plerisque tamen post ipsum scriptoribus ecclesiasticis similis opinionis auctor fuit, hominis vetustatem

20 Act. 15, 23. 24.

filias prophetantes habuit (Act. 21, 8—9), quaeritur, num Papias eum apostolum vel apostolum sensu strictiore appellaverit. Interpres syriacus hoc loco voces *τὸν ἀπόστολον* non habet. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 158—167. — *'Ιοῦστον κτλ.*] Cf. Fragmentum XI, 2.

μένοις, ὥσπερ οὖν Εἰρηναίῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος τὰ ὅμοια φρονῶν ἀναπέφηνεν. 14. καὶ ἄλλας δὲ τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ παραδίδωσιν Ἀριστίωνος τοῦ πρόσθεν δεδηλωμένου τῶν τοῦ κυρίου λόγων διηγήσεις καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου παραδόσεις, ἐφ' ἃς τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψαντες, ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣ περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων·

15. „Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει, τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ κυρίου οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δέ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων, ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν· ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς."

Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. 16. περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται·

„Ματθαῖος μὲν οὖν ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτά, ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος."

13. *Εἰρηναίῳ*] Cf. Adv. haer. V, 31—36.

14. *ἀναγκαίως*] Cf. quae Eusebius H. E. I, 1 et V, 8, 1 de instituto sui operis dicit.

15. Similia refert Clemens Alex. in libro Hypotyposeon sexto ap. Eus. H. E. II, 15, et Eusebius narrationi haec addit: *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ* (sc. Clementi) *καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας*. Eusebium exscripsit Hieronymus Catal. c. 8. Schleiermacher in *Theol. Studien und Kritiken* 1832 p. 758 sqq. Papiae verba non de nostro S. Marci Evangelio intellegenda esse putavit, sed de scriptura quadam deperdita, in qua nonnulla ex iis conscripta fuissent, quae Iesus dixisset vel fecisset, certe autem erravit. — *ὁ πρεσβύτερος*] i. e. haud dubie Ioannes apostolus. Cf. adnot. ad v. 4. — *ἑρμηνευτὴς Πέτρου γ.*] i. e. Marcus praedicationem Petri iis tradidit, qui apostolum ipsum non audierant, vel Evangelium secundum sermones Petri composuit; neque vero Papias dicere vult, Marcum sermones Petri in aliam linguam transtulisse. Cf. Zahn, *Einleitung in das N. T.* ed. II 1900 II, 209 sq. — *οὐ μέντοι τάξει*] Ut contextus docet et praesertim verba *οὔτε γὰρ ἤκουσε κτλ.*, Papias vel senior loquens in Evangelio Marci ordinem desiderabat, quem testis Domini ocularis et auricularis instituere poterat, nec vero ordinem scripturae tanquam ab alio Evangelio divergentem reprehendit. Cf. Zahn l. c. p. 207—209.

respicientibus, puta Irenaeo et si quis alius similia sentiens apparuit. 14. Et alias Aristionis supradicti enarrationes sermonum domini et Ioannis presbyteri traditiones in suis libris refert, ad quas discendi studiosos remittentes nunc superioribus eius verbis necessario traditionem subnectemus, quam de Marco evangelista sic exponit:

> 15. „Et hoc presbyter dicebat: Marcus Petri interpres, quaecunque memoriae mandaverat, diligenter conscripsit, non tamen ordine, quae a Christo aut dicta aut gesta fuerant; neque enim audiverat dominum neque eum sectatus fuerat, sed, ut dixi, postea Petrum, qui pro audientium utilitate evangelium praedicabat, non autem velut sermonum domini historiam contexens, ita ut Marcus nihil peccaret, nonnulla ita scribens, prout memoria repetebat; id quippe unum studebat, ut ne quid eorum, quae audierat, praetermitteret neve quid falsi iis affingeret."

Haec igitur a Papia de Marco narrantur. 16. De Matthaeo vero haec dicta sunt:

> „Matthaeus quidem hebraico sermone divina scripsit oracula; interpretatus est autem ea unusquisque, prout potuit."

16. *Ματθαῖος — ἕκαστος*] Cf. ad hanc particulam Zahn, *Einleitung* II, 254—270. — *ἑβραΐδι διαλέκτῳ*] Idem tradunt Irenaeus III, 1, 1; Origenes ap. Eus. H. E. VI, 25, 4; Eusebius H. E. III, 24, 6; V, 10; Quaest. II ad Mar. ed. Mai I, 64; Cyrillus Hieros. Catech. IV, 15; Epiphanius H. 30 c. 3; Hieronymus Catal. c. 3. Hebraica dialectus autem, de qua Papias et patres sequentes loquuntur, non lingua bibliorum V. T. erat, sed lingua aramaica, qua populus Palaestinae tunc temporis utebatur. Cum tot ac tam veteres testes linguae sint, qua Matthaeus Evangelium suum scripsit, de ea dubium non esse potest. Nihilominus Erasmus traditionem veram esse negavit, eumque secuti sunt pauci Catholici, e. g. Caietanus Cardinalis, et plures Protestantes. — *τὰ λόγια*] Hac voce Papias non, ut Schleiermacher pluribus assentientibus statuit, collectionem quandam eloquiorum Domini designavit, e qua Evangelium Matthaei confectum esset, sed, ut omnes veteres eam intellexerunt, hoc ipsum. Vox non est urgenda. Maximi momenti in hoc versu Papiae l i n g u a operis Matthaei est, non summa, atque ob illam rationem Eusebius versum laudavit. — *ἡρμήνευσε*] i. e. *interpretatus est* seu *vertit*, sc. de sermone hebraico in linguam graecam idque oraliter, nec vero *explicuit*, ut putavit Schleiermacher. Praeterea conicere licet, Papiam de S. Scriptura in conventibus ecclesiae praelegendis loqui.

Κέχρηται δ' αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρου ὁμοίως. ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ κυρίου, ἣν τὸ κατ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει. καὶ ταῦτα ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω.

[Eus. H. E. III, 39 ed. Heinichen; cf. Rufin H. E. III, 39 ed. Beatus Rhenanus 1544 p. 70; Niceph. H. E. III, 20.]

III.

1. Ἀπολιναρίου· Οὐκ ἀπέθανε τῇ ἀγχόνῃ Ἰούδας, ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις, ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς λέγων οὕτως ἐν τῷ δ' τῆς ἐξηγήσεως τῶν κυριακῶν λόγων.

2. „Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὁπόθεν ἅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ. τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ φασὶ τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν, τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὑπὸ ἰατροῦ [διὰ] διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας·

Aoristus indicat, eo tempore, quo scripsit Papias, interpretationem illam iam desiisse atque versionem Evangelii scriptam exstitisse. — *r.* *Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς*] Papias igitur teste Eusebio primam Ioannis epistulam cognitam habuit. Animadverto, hanc epistulam cum quarto Evangelio omnibus fere consentientibus adeo arte connexam esse, ut testis illius etiam huius testis putandus sit. — *περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις*] Rufinus haec verba vertit: de muliere adultera; et historia, quae hic commemoratur, haud dubie eadem est, quae Ioann. 8, 3—11 vel potius 7, 53—8, 11 legitur. Quae pericope cum desit et in omnibus bibliis graecis manuscriptis saeculo VI anterioribus et in veterrimis S. Scripturae versionibus, latina, syriaca, aegyptiaca, gothica, atque contextum interrumpere videatur, plures viri docti eam non a Ioanne scriptam, sed potius a Papia tanquam *λόγιον κυριακὸν* per seniores oraliter traditum ad explicandum effatum Domini Ioann. 8, 15 libro *Ἐξηγήσεως*, tempore posteriore autem a librariis quarto Evangelio insertam et quidem primum in margine, deinde in textu

Usus est idem testimoniis ex epistula Ioannis priore et ex priore itidem Petri desumptis. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quae multorum criminum coram domino accusata est, quam Evangelium secundum Hebraeos continet. Atque haec ad ea, quae supra exposuimus, non sine causa a nobis adiecta sint.

III.

1. Apollinarii: Non in laqueo mortuus est Iudas, sed supervixit demtus, antequam suffocaretur. Et hoc ostendunt Actus apostolorum, quod suspensus crepuit medius et diffusa sunt viscera eius. Hoc autem apertius tradit Papias Ioannis discipulus in quarto Expositionis verborum dominicorum sic dicens:

> 2. „Magnum impietatis exemplum in hoc mundo Iudas versatus est carne adeo intumente, ut, ubi plaustrum facile traducitur, ille non posset transire, neque vero ipsa capitis illius moles sola esset. Nam palpebras oculorum eius in tantum intumuisse ferunt, ut ipse quidem lucem prorsus non videret, oculi autem eius ne a medico quidem per dioptram cerni possent: tanta altitudine ab externa superficie abscesserant. Pudenda illius quavis re deformi puti-

positam fuisse censent, cum alii contradicant. Non est meum de hac re iudicare. Id autem moneo, pericopen Ioann. 7, 53—8, 11, etiamsi fortasse Papiae sit, inter huius fragmenta mihi non esse recipienda, cum N. T. eam exhibens unicuique praesto sit.

III. Textum constituit Hilgenfeld in *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1875 p. 262—265). Modo v. 2 pro *εἶχον* scripsit *εἶχεν*, per lapsum calami, ut videtur. Cf. ad fragmentum Zahn, *Forschungen* VI, 153—157.

1. *'Απολιναρίου*] Duo huius nominis viri veteres nobis cogniti sunt: Apollinaris Hierapolitanus, cf. Eus. H. E. IV, 21. 26. 27; V, 16. 19; Chron. Olymp. 237; Chron. pasch. ed. Dindorf p. 13 sq.; Hieron. Catal. c. 26; Apollinaris Laodicenus, qui teste Hieronymo (Catal. c. 104) in S. Scripturas innumerabilia scripsit volumina et cuius sunt plura fragmenta, quae ad nos pervenerunt; et huic fragmentum debere videmur. — *οὐκ ἀπέθανε*] De hoc S. Scriptura nihil dicit. E contrario Matthaeus 27, 8 et Lucas Act. 1, 18 produnt, Iudam laqueo vitam finiisse.

2. *φασί*] Hoc verbo, v. 3 repetito, Papias annuere videtur, non a discipulis Domini celebribus, ad quos alias provocat, a seniore Ioanne vel Aristione, se haec comperisse, sed ab aliis, qui erant minoris auctoritatis, et quae hi ei referebant, ea nihil nisi famam de exitu Iudae

τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι, φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ ἐκ παντὸς τοῦ σώματος συρρέοντας ἰχῶράς τε καὶ σκώληκας εἰς ὕβριν δι' αὐτῶν μόνων τῶν ἀναγκαίων. 3. μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας ἐν ἰδίῳ, φασί, χωρίῳ τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς ὀδμῆς ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαί τινα ἐκεῖνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ. τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἔκρυσις ἐχώρησεν."

[Textus constitutus est ex Anecdot. ed. Wolf III, 93; Catena ad Act. SS. Apost. ed. Cramer Oxon. 1838 p. 12 sq.; Theophylact. in Act. 1, 18 sq., Catena ad Evang. S. Matth. et S. Marc. ed. Cramer Oxon. 1840 p. 231; Oecumen. in Act. 2, Cod. Parisino graeco 1630 (Anecdota graeca ed. Boissonade 1830 II, 464 sq.); Schol. in Act. 1, 18 ap. Ch. F. Matthaei (*Apostelgesch.* 1782 p. 304); Theophyl. in Matth. 27, Opp. ed. Venet. 1754 I, 154; Euthym. Zigab. in IV Evang. I, 1085 ed. Matthaei.]

IV.

Παπίας δὲ οὕτως ἐπὶ λέξεως· Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν, καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. καὶ ἑξῆς φησίν· Εἰς οὐδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

[Andreas Caesar. in Apoc. c. 34 serm. 12 p. 52 ed. Sylburg 1696; PG 106, 326.]

V.

Περὶ μέντοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου (τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου scil.) περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγούμεθα, τῶν μακαρίων Γρηγορίου φημὶ τοῦ θεολόγου καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων Παππίου, Εἰρηναίου, Μεθοδίου καὶ Ἱππολύτου ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον.

[Andreas Caesar. in praef. in Apoc. p. 2, PG 106, 217.]

Hierosolymis exortam esse conicere licet.

3. Similia praeter alia narrat Catena armeniaca, quam in linguam germanicam versam Zahn l. c. p. 15 exhibet.

diora et maiora apparuisse atque per ea saniem et vermes ex toto corpore confluentes in contumeliam cum excrementis ipsis elapsos esse. 3. Post multa autem tormenta ac cruciatus cum in suo, ut aiunt, praedio mortuus esset, praedium odoris causa usque ad hoc tempus desertum et ab incolis vacuum esse, neque quemquam usque ad hodiernum diem per illum locum transire posse, nisi nares manibus obturaret. Tantus per carnem eius etiam in terram fluxus elatus est."

IV.

Papias autem sic verbotenus: Nonnullis ex ipsis, scilicet angelis quondam divinis, administrationi terrae praeesse mandavit, et bene eos praeesse iussit. Et deinceps dicit: Accidit autem, ut ordo eorum ad nihilum recideret.

V.

De inspiratione quidem illius libri (sc. Apocalypsis) prolixe disserere superfluum arbitramur, cum beati viri, Gregorius inquam theologus et Cyrillus, adhuc autem etiam vetustiores, Papias, Irenaeus, Methodius et Hippolytus eum fide dignum esse attestentur.

IV. Andreae verba Oecumenius et Arethas in Comment. in Apocal. ed. Cramer 1840 p. 360 ita transscripserunt: *Τοῦτο καὶ πατέρων παράδοσις καὶ Παπίου διαδόχου τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, οὗ καὶ ἡ προκειμένη Ἀποκάλυψις διαβεβαιοῖ. Παπίας δὲ καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως οὕτως φησὶ περὶ τοῦ πολέμου* (Apoc. 12, 7), *ὅτι εἰς οὐδὲν συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.* Lightfoot (*Contemp. Rev.* XXVI, 845) etiam ea Papiae adscribit, quae sequuntur, scilicet verba Apocalypsis 12, 9. — *ἐνίοις δὲ κτλ.*] Cf. Iust. Apol. II, 5. — *εἰς οὐδὲν δὲ κτλ.*] Cum codex Augustanus exhibeat: *εἰς οὐ δέον*, Lücke (*Einleitung in die Offenbarung des Johannes* ed. II 1852 p. 524 sq.) coniecit: *εἰς οὐδὲν δέον*, et Harnack et Lightfoot-Harmer haec verba receperunt. Mihi textus vulgatus retinendus esse videtur.

V. Arethas in Comment. in Apoc. ed. Cramer 1840 p. 176 Andreae verba ita exscribit: *Περὶ δὲ τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου ἐν ἁγίοις Βασίλειος καὶ Γρηγόριος ὁ θεῖος τὸν λόγον καὶ Κύριλλος καὶ Παπίας καὶ Εἰρηναῖος καὶ Μεθόδιος καὶ Ἱππόλυτος, οἱ ἐκκλησιαστικοὶ πατέρες, ἐχέγγυοι πιστώσασθαι.*

VI.

Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ Παπίου τοῦ πάνυ, τοῦ Ἱεραπολίτου, τοῦ τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσαντος, καὶ Κλήμεντος καὶ Πανταίνου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου τοῦ σοφωτάτου, τῶν ἀρχαίων καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐξηγητῶν, εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων.

[Anastas. Sinait. Contempl. anagog. in Hexaëm. lib. I. PG 89, 860.]

VII.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαιότεροι τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηγητῶν, λέγω δὴ Φίλων ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμόχρονος, καὶ Παπίας ὁ πολύς, ὁ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ φοιτητής, ὁ Ἱεραπολίτης . . . . . καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς πνευματικῶς τὰ περὶ παραδείσου ἐθεώρησαν εἰς τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἀναφερόμενοι.

[Anastas. Sin. l. c. lib. VII. PG 89, 962.]

VIII.

Τοὺς κατὰ θεὸν ἀκακίαν ἀσκοῦντας παῖδας ἐκάλουν, ὡς καὶ Παπίας δηλοῖ βιβλίῳ πρώτῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ Παιδαγωγῷ.

[Maximus Confess. Schol. in Dionys. Areop. De caelesti hierarch. c. 2 p. 32 ed. Corder. p. 12 ed. Venet. 1755, PG IV, 48.]

IX.

Ταῦτά φησιν αἰνιττόμενος οἶμαι Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως τῆς κατ' Ἀσίαν τότε γενόμενον ἐπίσκοπον καὶ συνακμάσαντα τῷ θείῳ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ. οὗτος γὰρ ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαύσεις. . . καὶ Εἰρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ αὐτό φησι καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων τὸν λεχθέντα Παπίαν.

[Maximus Conf. l. c. De eccles. hierarchia c. 7 p. 422 ed. Corder. p. 86 sq. ed. Venet., PG IV, 176.]

VI. Textum huius fragmenti graecum primus vulgavit Halloix, Illustr. eccl. Orient. script. II, 851. Emendatiorem eum edidit Pitra, Analecta sacra II (1884), 160. — *λαβόντες τ. ἀφ.*] Anastasius, exegeta allegoricus, Papiam etc. tanquam antecessores et magistros commemorat. — *Πανταίνου*] Cf. Eus. H. E. V, 10; VI, 19. — *Ἀμμωνίου*) Cf. Eus. H. E. VI, 19, ubi legimus, Ammonium cum plures libros scripsisse tum unum, qui in-

VI.

Capta occasione e Papia viro clarissimo Hierapolitano, discipulo apostoli, qui supra pectus domini recubuit, et Clemente et Pantaeno sacerdote Alexandrino et Ammonio sapientissimo, vetustis et synodis anterioribus interpretibus, qui totum opus sex dierum de Christo et ecclesia intellexerunt.

VII.

Vetustiores ergo ecclesiarum interpretes, Philo inquam philosophus et apostolorum aequalis, et Papias celeberrimus, Ioannis evangelistae discipulus, Hierapolitanus .... et eorum asseclae spiritualiter intellexerunt, quae de paradiso scripta sunt, ad ecclesiam Christi ea referentes.

VIII.

Eos, qui secundum deum innocentiam sectabantur, pueros vocabant, sicut et Papias declarat libro primo Expositionum dominicarum et Clemens Alexandrinus in Paedagogo.

IX.

Haec ait obscure significans, ut puto, Papias, qui Hierapolis Asiae tunc fuit episcopus et divini Ioannis evangelistae temporibus floruit. Hic enim Papias libro quarto Expositionum dominicarum dixit, in resurrectione voluptates futuras esse, quae percipiuntur ex cibis. . . Et Irenaeus Lugdunensis episcopus in libro adversus haereses quinto idem dicit producitque testem eorum, quae ab ipso dicta sunt, Papiam, quem diximus.

scriptus est: De consensu Mosis ac Iesu. — *πρὸ τῶν συνόδων*] Sic scribit Pitra, et lectionem codici Palatino 372 debere videtur, cum tres alii codices *πρώτων* pro *πρὸ τῶν* habeant, editores priores *πρώτων συνώδων*, de interpretibus sibi invicem consentaneis dicentes. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 126 n. 3.

VII. Graece hoc fragmentum primus edidit Nolte in *Theol. Quartalschrift* 1867 p. 56. — *ἐθεώρησαν*] Cf. quae de significatione huius vocis disputavit Kihn in *Theol. Quartalschrift* 1880 p. 531—582.

VIII. *ἐκάλουν*] sc. primi Christiani. Cf. Luc. 18, 16 sq.; Clem. Al. Paedag. I, 6, 32 sq. p. 117 sq.

IX. Repetiit Maximi verba Gregorius Pachymeres in sua paraphrasi librorum Areopagitae l. c. p. 428 ed. Cord. p. 274 ed. Ven., PG III, 572. — *Εἰρηναῖος κτλ.*] Cf. Adv. haer. V, 33 et supra Fragm. I.

X.

. . . . οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, οὐδὲ Εἰρηναῖον τὸν ὅσιον ἐπίσκοπον Λουγδούνων (scil. ἀποδέχεται Στέφανος), ἐν οἷς λέγουσιν αἰσθητῶν τινῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν εἶναι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

[Stephan. Gob. ap. Phot. Biblioth. cod. 232 ed. Bekker p. 291.]

XI.

1. Παπίας Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος ἀκουστὴς τοῦ θεολόγου Ἰωάννου γενόμενος, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος, πέντε λόγους κυριακῶν λογίων ἔγραψεν. ἐν οἷς ἀπαρίθμησιν ἀποστόλων ποιούμενος μετὰ Πέτρον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Θωμᾶν καὶ Ματθαῖον εἰς μαθητὰς τοῦ κυρίου ἀνέγραψεν Ἀριστίωνα καὶ Ἰωάννην ἕτερον, ὃν καὶ πρεσβύτερον ἐκάλεσεν. ὥς τινας οἴεσθαι, ὅτι τούτου τοῦ Ἰωάννου εἰσὶν αἱ δύο ἐπιστολαὶ αἱ μικραὶ καὶ καθολικαί, αἱ ἐξ ὀνόματος Ἰωάννου φερόμεναι, διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους τὴν πρώτην μόνην ἐγκρίνειν. τινὲς δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν τούτου πλανηθέντες ἐνόμισαν. καὶ Παπίας δὲ περὶ τὴν χιλιονταετηρίδα σφάλλεται, ἐξ οὗ καὶ ὁ Εἰρηναῖος. 2. Παπίας ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ λέγει, ὅτι Ἰωάννης ὁ θεολόγος καὶ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθησαν. Παπίας ὁ εἰρημένος ἱστόρησεν ὡς παραλαβὼν ἀπὸ τῶν θυγατέρων Φιλίππου, ὅτι Βαρσαβᾶς ὁ καὶ Ἰοῦστος δοκιμαζόμενος ὑπὸ τῶν ἀπίστων ἰὸν ἐχίδνης πιὼν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ ἀπαθὴς διεφυλάχθη. ἱστορεῖ δὲ καὶ ἄλλα θαύματα καὶ μάλιστα τὸ κατὰ τὴν μητέρα Μαναΐμου τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσαν.

XI. Textum editoris principis accurate repetii, nisi quod v. 1 ante *τοῦ Ἰωάννου* inserui *τούτου*. Epitome, cui hoc fragmentum et plura aliorum auctorum debemus, inter annos 600 et 800 conscripta est. C. de Boor in *Texte und Untersuchungen* V, 2 p. 171—174 demonstrasse sibi visus est, epitomatorem ex Historia ecclesiastica Philippi Sidetis (saec. V in.) hausisse. Fortasse recte; cum omni certitudine autem fons vix definiri potest.

1. Hunc versum epitomator ex Eusebio sumpsit, partem priorem ex H. E. III, 39, alteram ex H. E. III, 25.

2. *Ἰωάννης κτλ.*] Theologum Papias Ioannem certe non vocavit, cum apostolus hoc nomine ante saeculum IV exiens ornatus vix reperiatur et multo ante vix ornari potuerit. Haud dubie Ioannem, de quo dixit, neque alia appellatione accuratius designavit, sed nomen solum adhibuit. Sin autem res ita se habet, quaeritur, quis sit ille

X.

. . . . revera neque Papiam episcopum Hierapolis et martyrem neque Irenaeum sanctum Lugduni episcopum (sc. admittit Stephanus), quippe qui fructum ciborum quorundam sensibilium esse dicant regnum caelorum.

XI.

1. Papias episcopus Hierapolis, qui auditor Ioannis theologi fuit, Polycarpi autem amicus, quinque libros sermonum domini scripsit, in quibus enumerationem apostolorum instituens post Petrum et Ioannem, Philippum et Thomam et Matthaeum inter discipulos domini commemoravit Aristionem atque Ioannem alterum, quem etiam presbyterum vocavit, ita ut quidam putent, huius Ioannis esse duas epistulas parvas et catholicas, quae sub nomine Ioannis circumferuntur, quoniam veteres primam solam admittunt. Nonnulli autem etiam Apocalypsin huius esse errantes putaverunt. Papias vero de millenio fallitur, eumque sequens etiam Irenaeus. 2. Papias in secundo libro dicit, Ioannem theologum et Iacobum eius fratrem a Iudaeis interfectos esse. Papias commemoratus narravit, quasi accepisset a filiabus Philippi, Barsabam, qui et Iustus vocatur, ab infidelibus probatum veneno viperae hausto nomine Christi integrum servatum esse. Refert etiam alia miracula et praesertim, matrem

Ioannes. Si Papias Iacobum, quem ei adiunxit, huius fratrem nominasset, sane de Ioanne apostolo dixisset. Verba autem *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ* haud dubie eidem manui attribuenda sunt, cuius *ὁ θεολόγος* est. Pro certo haberi potest, Papiam id solum scripsisse: *Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθησαν,* et qui hi viri a Iudaeis interfecti sint, vix dubium est. Alter est Ioannes baptista, ab Herode Antipa decollatus, alter Iacobus apostolus, filius Zebedaei, ab Herode Agrippa I interemptus. Papias se de illo loqui etiam eo prodit, quod eum Iacobo anteponit, cum Ioannes apostolus, qui etiam in concilio apostolorum a. 52 aderat, post fratrem a. 43 vel 44 mortuum commemorandus fuisset. Cf. Fragmentum XII; Zahn, *Forschungen* VI, 147—151. — *ὡς παραλαβὼν κτλ.*] Haec miracula etiam in Fragmento II, 9 commemorantur. Eusebius vero non refert, qua occasione data (*δοκιμαζόμενος ὑ. τ. ἀ.*) Barsabas miraculum fecerit, neque hominem a mortuis resuscitatum nominat. Act. 13, 1 *Μαναὴν Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου σύντροφος* commemoratur, et quaerere licet, num hic idem fuerit cum Manaimo, de quo Papias dicit. —

περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντων, ὅτι ἕως Ἀδριανοῦ ἔζων.

[Philipp. Sidet. Hist. eccles.? Ed. C. de Boor e cod. Barocciano 142 in *Texte und Untersuchungen* 1888 V, 2 p. 170.]

XII.

1. Μετὰ δὲ Δομετιανὸν ἐβασίλευσε Νερούας ἔτος ἕν, ὃς ἀνακαλεσάμενος Ἰωάννην ἐκ τῆς νήσου ἀπέλυσεν οἰκεῖν ἐν Ἐφέσῳ. μόνος τότε περιὼν τῷ βίῳ ἐκ τῶν ιβʹ μαθητῶν καὶ συγγραψάμενος τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον μαρτυρίου κατηξίωται. 2. Παπίας γὰρ ὁ Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος, αὐτόπτης τούτου γενόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῶν κυριακῶν λογίων φάσκει, ὅτι ὑπὸ Ἰουδαίων

περὶ τῶν κτλ.] Quadratus apud Eusebium H. E. IV, 3, 2 dicit, nonnullos eorum, qui per Dominum a mortuis resuscitati essent, ad sua usque tempora pervenisse, et quamquam Apologiam suam Hadriano obtulit, ex eius verbis non sequitur, illos Hadriano regnante adhuc vixisse, sed id solum, eos Quadrato iam vivo adhuc superstites fuisse. Conicere licet, Papiam quoque similiter scripsisse, et epitomatorem, quem eius verba non tam reddidisse quam interpretatum esse iam cognovimus, hoc loco Hadriani mentionem fecisse, cum ex aliis locis appareret, opus patris illo imperatore regnante confectum esse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 110 n. 2.

XII. Huius documenti primus E. de Muralto in editione Chronici Georgii Hamart. 1859 p. XVII sq. notitiam attulit ac summam exscripsit; fragmentum totum edidit Nolte loco supra laudato. Cum quae in eo v. 2 de morte Ioannis apostoli leguntur, iis contraria sint, quae alias comperta habemus, Lightfoot in *Contemp. Review* XXVI, 852 sq. coniecit, Georgium scripsisse: *Παπίας γὰρ . . . φάσκει, ὅτι Ἰωάννης [μὲν ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως κατεδικάσθη μαρτυρῶν εἰς Πάτμον, Ἰάκωβος δὲ] ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθη*, verba uncinis inclusa autem excidisse, et Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, 1 (1897), 666, ei assentitur, nisi quod verba illa iam in exemplari a Georgio adhibito defuisse censet. Res autem, ut Zahn, *Forschungen* VI, 147—149, animadvertit, omnino aliter se habet. Verba *μαρτυρίου κατηξίωται* (v. 1 fin.) — *καὶ μὴν δή* (v. 3 med.) codex Coislinianus solus tradit; codices vero viginti sex Chronici Georgii reliqui, quos Muralt descripsit, pro eis exhibent: *ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο, περὶ οὗ*, apostolum ergo in pace obdormiisse, non interfectum esse dicunt; et minime dubium est, Georgium haec scripsisse, non illa; namque non solum verisimillimum est, tot codices consentientes plus auctoritatis habere quam Coislinianum, etiamsi hic illis aetate praestat, sed etiam contextus verba illa interpolata esse docet, cum Georgius frag

Manaimi e mortuis resuscitatam fuisse; eos, qui a Christo e mortuis resuscitati erant, usque ad Hadriani tempus vixisse.

XII.

1. Post Domitianum regnavit unum annum Nerva, qui Ioannem advocavit ex insula dimisitque, permittens eum Ephesi habitare. Solus tunc vita supererat ex XII discipulis et conscripto Evangelio, quod est secundum ipsum, martyrio dignus factus est. 2. Papias enim Hierapolis episcopus, qui id vidit, secundo dominicorum oraculorum libro dicit eum a Iudaeis inter-

mento exeunte Eusebium proferat testantem, Ioannem Ephesi defunctum esse, quae verba certe non de martyrio, ne dicam de supplicio a Iudaeis in Palaestina perlato, intellegenda sunt. Fragmenti pars ad Papiam pertinens igitur non ad Georgium, sed potius ad virum ignotum et posteriorem, qui in eius Chronico verba codice Coisliniano solo tradita inseruit, referenda est. Cum interpolator narrationem Papiae de morte Ioannis aeque atque epitomator vel auctor Fragmenti XI ad apostolum Ioannem referat, quaeritur, an ab hoc dependeat, quo posterior est, cum Georgius, cuius Chronico manum intulit, Michaele III regnante (842—867) scripserit. Cf. Krumbacher, *Geschichte der byzant. Litteratur* ed. II 1897 p. 352. Papiam interpolator quidem αὐτόπτην Ioannis appellat, cum epitomator eum ἀκουστὴν vocet, et nomine θεολόγος, quod hic bis adhibuit, non utitur. Altera ex parte similiter atque hic Papiae opus simpliciter κυριακὰ λόγια et secundum librum δεύτερον λόγον nominat. Et haec maioris momenti esse videntur quam illa. Cum interpolator Eusebium cognitum haberet, vocem ἀκουστὴς facile voce αὐτόπτης ab hoc adhibita (cf. Fragm. II, 2) mutare potuit, et nomen θεολόγος ei omittendum erat, cum Ioannes iam a Georgio distincte apostolus declaratus esset. Quod autem de morte Iacobi non aeque atque epitomator dicit vel Papiam eius testem profert et Papiae de Ioannis morte testimonio testimonium Origenis addit, quod in epitome deest, nullius ponderis est. Cum Georgius de Ioanne solo ageret, etiam interpolatori de hoc tantum nonnulla addenda erant. Accedit, quod narratio de morte Iacobi narrationi de morte Ioannis non solum in epitome, sed etiam in opere Papiae proxime adiuncta fuit, ita ut interpolator, uter eius fons fuit, hunc deseruisse iudicandus sit. Sin autem dictum Origenis adiecit, considerandum est, eum et alia plura addidisse, quae in epitome non leguntur, non solum sermonem Domini ad Zebedaeos (v. 2), sed etiam Eusebii testimonium de Ioanne (v. 3). Itaque non, ut Zahn l. c. p. 148 censuit, dubium, sed omnino verisimile est, interpolatorem non e Papiae opere, sed ex epitome vel alia simili scriptura hausisse. Nihilominus particula non praetereunda esse videtur.

1. Cf. Eus. H. E. III, 20, 10—11.

ἀνῃρέθη· πληρώσας δηλαδὴ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτῶν πρόρρησιν καὶ τὴν ἑαυτῶν ὁμολογίαν περὶ τούτου καὶ συγκατάθεσιν. εἰπὼν γὰρ ὁ κύριος πρὸς αὐτούς· *Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω;* καὶ κατανευσάντων προθύμως καὶ συνθεμένων· *Τὸ ποτήριόν μου*, φησίν, *πίεσθε καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε.* καὶ εἰκότως· ἀδύνατον γὰρ θεὸν ψεύσασθαι. 3. οὕτω δὲ καὶ ὁ πολυμαθὴς Ὠριγένης ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ διαβεβαιοῦται, ὡς ὅτι μεμαρτύρηκεν Ἰωάννης, ἐκ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων ὑποσημαινάμενος τοῦτο μεμαθηκέναι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ πολυΐστωρ Εὐσέβειος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ (III, 1) φησί· Θωμᾶς μὲν τὴν Παρθίαν εἴληχεν, Ἰωάννης δὲ τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐτελεύτησεν ἐν Ἐφέσῳ.

[E codice Coisliniano 305 Georgii Hamart. Chronicum tradente ed. Nolte in *Theol. Quartalschrift* 1862 p. 466 sq.]

XIII.

Διέπρεπέ γε μὴν κατὰ τούτους ἐπὶ τῆς Ἀσίας τῶν ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ κυρίου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. καθ' ὃν ἐγνωρίζετο Παπίας τῆς ἐν Ἱεραπόλει παροικίας καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος.

[Eus. H. E. III, 36, 1. 2.]

XIV.

Ἰωάννην [τὸν θεολόγον καὶ] ἀπόστολον Εἰρηναῖος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ· μεθ' ὃν Παπίας Ἱεραπολίτης καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο.

[Eus. Chronic. post Traian. ann. 1 ed. Schoene II, 162.]

2. *πληρώσας κτλ.*] Vix dubium est, haec verba non ad Papiam referenda, sed interpretamentum verborum eius ab auctore Fragmenti adiectum esse.

3. *οὕτω κτλ.*] Revera scribit Origenes in Matthaeum t. XVI c. 6 ed. De la Rue III, 719 sq.: *Πεπώκασι δὲ ποτήριον καὶ τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθησαν οἱ τοῦ Ζεβεδαίου υἱοί, ἐπείπερ Ἡρώδης μὲν ἀπέκτεινεν Ἰάκωβον τὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ· ὁ δὲ Ῥωμαίων βασιλεύς, ὡς ἡ παράδοσις διδάσκει, κατεδίκασε τὸν Ἰωάννην μαρτυροῦντα διὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς Πάτμον τὴν νῆσον.* Alexandrinus, ut facile vides, voce *μαρτυρεῖν* nec

fectum esse, ita ut profecto cum fratre praedictionem a Christo de ipsis factam compleret ac confessionem assensionemque, quam ipsi de hac re exhibebant. Cum enim dominus ad eos dixisset: ***Potestis bibere calicem, quem ego bibo?*** ipsique prompto animo annuerent et assentirent: ***Calicem meum,*** inquit, ***bibetis et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.*** Et iure quidem; nam fieri non potest, ut deus mentiatur. 3. Sic etiam Origenes doctissimus in expositione Evangelii secundum Matthaeum contendit, scilicet Ioannem martyrium subiisse, a successoribus apostolorum hoc se didicisse significans. Atque Eusebius quoque eruditissimus in Historia ecclesiastica dicit: Thomas quidem Parthiam sortitus est, Ioannes vero Asiam, ubi et commoratus defunctus est Ephesi.

XIII.

Florebat iisdem temporibus in Asia Polycarpus apostolorum discipulus, qui a familiaribus ac ministris domini episcopatum ecclesiae Smyrnensis acceperat. Cuius aetate celebris fuit Papias parochiae Hierapolitanae et ipse episcopus.

XIV.

Ioannem [theologum et] apostolum usque ad Traiani tempora in vita permansisse Irenaeus et alii referunt, post quem Papias Hierapolitanus et Polycarpus Smyrnae episcopus eius auditores insignes fuerunt.

3 Marc. 10, 38. 39 cf. Matth. 20, 22. 23.

mortem designat nec mortem a Iudaeis apostolo illatam esse dicit. Itaque auctor vocem *μαρτυρεῖν* false intellexit.

XIII. *ἐπίσκοπος*] sic plerique codices, versio syriaca et Rufinus; quattuor tantum codices addunt: *ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων*, Nicephorus H. E. III, 2: *ἀνὴρ λόγῳ κεκοσμημένος καὶ τῆς γραφῆς ὡς μάλιστα ἔμπειρος.* Sed non est dubium, illa verba ab imperito aliquo scholiaste adiecta esse, cum in plerisque codicibus desint et Eusebius paulo post (III, 39, 13. cf. Fragm. II, 13) iudicium contrarium de Papia ferat.

XIV. Textum graecum servavit Syncellus ed. Bonn. I, 656, haud dubie autem verba inclusa, quae et apud Hieronymum et in versione armeniaca desiderantur et ab Eusebii aetate aliena sunt, de suo ingenio addidit.

XV.

Papias, Iohannis auditor, Hierapolitanus in Asia episcopus, quinque tantum scripsit volumina, quae praenotavit: Explanatio sermonum domini. In quibus cum se in praefatione adserat non varias opiniones sequi, sed apostolos habere auctores, ait: „Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Iohannes, quid Matthaeus vel alius quilibet discipulorum domini; quid etiam Aristion et senior Iohannes, discipuli domini, loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox usque hodie in suis auctoribus personans". 2. Ex quo apparet, ex ipso catalogo, nominum alium esse Iohannem, qui inter apostolos ponitur, et alium seniorem Iohannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, qua a plerisque rettulimus traditum, duas posteriores epistulas Iohannis non apostoli esse, sed presbyteri. 3. Hic dicitur mille annorum iudaicam edidisse δευτέρωσιν. Quem secuti sunt Irenaeus et Apollinarius et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium et Victorinus Petavionensis et Lactantius hac opinione ducuntur.

[Hieron. De viris illustr. c. 18 ed. Richardson 1896 in *Texte und Untersuchungen* XIV, 1.]

XVI.

Porro Iosephi libros et sanctorum Papiae et Polycarpi

XV. Hieronymus hoc caput hausit ex Eus. H. E. III, 39 (Cf. Fragm. II).

2. superiorem opinionem] Cf. Hieron. De vir. ill. seu Catal. c. 9.

3. dicitur] Hac voce Hieronymus ipse prodit, eo tempore, quo Catalogum scripsit, se Papiam non legisse; sed etiam postea eius librum non vidisse videtur, cum nusquam notitiam eius accuratiorem prodat. — mille etc.] In epistula ad Anatolium Commentario Victorini episc. et mart. in Apocal. praemissa Hieronymus similiter scribit: Nam et anterior Papias Hierapolites et Nepos ... de mille annorum regno ita ut Victorinus senserunt. — *δευτέρωσιν*] i. e. traditionem. Cf. Epiph. H. 33 c. 9: *αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται.* Hieron. Comm. in Ezech. c. 36 t. V p. 422 ed. Vallarsi. — secuti sunt] Notandum esse videtur, Papianistarum mentionem fieri in L. 5 Cod. Iustin. de haeret. I, 5, et Praedest. c. 32 inter Elcesaitas Papiam presbyterum Achaiae commemorari.

volumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata: quia nec otii mei nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.

[Hieron. Ep. 71 ad Lucin. c. 5, PL 22, 671.]

XVII.

Refert Irenaeus . . . . . Papiae auditoris evangelistae Ioannis discipulus . . . . .

[Hieron. Ep. 75 ad Theodoram c. 3, PL 22, 687.]

XVIII.

Incipit argumentum secundum Iohannem.

Evangelium Iohannis manifestatum et datum est ecclesiis ab Iohanne adhuc in corpore constituto, sicut Papias nomine Hierapolitanus, discipulus Iohannis carus, in exotericis id est in extremis quinque libris retulit. 2. [Descripsit vero Evangelium

XVIII. Fragmentum postquam diu in oblivione iacuit, in lucem produxit Aberle in *Theol. Quartalschrift* 1864 p. 1—31, et confestim magna controversia exorta est, quae adhuc durat, cum e. g. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 664 sq., testimonium reiciat, Zahn, *Forschungen* VI, 127 comprobet. Fragmentum etiam in alio in Evangelium Ioannis prologo insertum est, quem edidit Wordsworth, Novum Testamentum latine secundum Hieronymum I, 490.

1. adhuc in corpore constituto] = *ἔτι ἐν τῷ σώματι καθεστῶτος*. Particula ostendit, fragmentum graece scriptum fuisse. Harnack l. c. illam locutionem omni sensu carere dicit, cum Ioannes mortuus Evangelium edidisse a nemine dici potuerit. At Matth. 27, 63 similiter scriptum est: *ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν*. Zahn l. c. locutionem ex Ioann. 21, 24 explicat: cum ex hoc versu concludi potuisset, Evangelium IV auctore mortuo ab eius amicis editum esse, Papiam dixisse, scripturam non ab amicis Ioannis eoque mortuo, sed eo vivo et ab eo ipso editam fuisse. Rectius Lightfoot, *Contemp. Review.* XXVI, 851—854, coniecisse videtur, Papiam cum dicta S. Ioannis plura innisus auctoritate seniorum allegasset, sic circiter orationem prosecutum esse: Et haec consentiunt cum iis, quae in ipsius Evangelio invenimus, quod dabat ecclesiis, cum adhuc inter vivos esset. Hoc modo historiam post eius mortem repetitam Evangelio a labiis superstitis accepto opponentes facile intellegimus verba *adhuc in corpore constituto.* Et si Evangelii Ioannis sic obiter tantum mentio facta est, Eusebio verba Papiae non erant repetenda, nisi a via deflectere voluit. — exotericis id est in extremis]

dictante Iohanne recte. Verum Martion haereticus, cum ab eo fuisset improbatus, eo quod contraria sentiebat, abiectus est a Iohanne. Is vero scripta vel epistolas ad eum pertulerat a fratribus, qui in Ponto fuerunt].

[Cod. Vatic. Alex. 14 saec. IX ed. J. M. Thomasius Card. Opp. I, 344 Romae 1747; Pitra, Analecta sacra II, 160.]

XIX.

Ὕστατος γὰρ τούτων Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς μετακληθείς, πάνυ γηραλέου αὐτοῦ γενομένου, ὡς παρέδοσαν ἡμῖν ὅ τε Εἰρηναῖος καὶ Εὐσέβιος καὶ ἄλλοι πιστοὶ κατὰ διαδοχὴν γεγονότες

Postremus enim inter illos Ioannes est, tonitrui filius appellatus, qui, cum valde senex esset, uti nobis Irenaeus et Eusebius aliique post eos fide digni historici tradiderunt, gravibus

Omnes fere locum corruptum esse consentiunt. Auctor haud dubie pro *exotericis* scripsit *exegeticis*, et postquam librarius posuit *exotericis*, alius hanc vocem explicans addidit: id est in extremis.

2. descripsit etc.] Num haec fide digna sint, in medio relinquo. Id tantum animadverto, a librario ipso ea nequaquam ad Papiam referri et haud dubie ad hunc patrem non esse referenda, cum ea, quae proxime sequuntur, tempus serius prodant. Itaque verba uncis inclusi. Lightfoot l. c. coniecit: Papiam Evangelium citasse tanquam datum per Ioannem ecclesiis, quod *describebant* ab ipsius labiis (*ὃ ἀπέγραφον ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ*), librarium autem vocem ambiguam *ἀπέγραφον* male intellegentem interpretatum esse *describebam,* ita ut Papias apostoli amanuensis fieret. Ceteroquin considerans, Ioannem Evangelium natu praegrandem composuisse, vix negaveris verisimile esse, eum librum non ipsum scripsisse, sed alicui dictasse. Cf. Fragm. XIX. — *Martion etc.*] Aberle l. c. coniecit legendum esse: Merinthus vel Cerinthus. Cum de fratribus in P o n t o sermo sit, lectio *Martion* haud dubie retinenda est. Sin autem ita legimus, narrationem falsam existimemus oportet. Scripsit quidem etiam Philastrius H. 45, Marcionem a beato Ioanne evangelista devictum atque fugatum esse. Tacent autem Irenaeus et Eusebius aliique patres saeculorum priorum. Praeterea constat, haereticum illum apostolo non fuisse aequalem. Scriptor mihi Polycarpum I o a n n i s d i s c i p u l u m cum I o a n n e confudisse videtur. Harnack fabulam ex Iren. III, 3, 4 fictam esse putat, ubi Ioannes et Cerinthus atque Polycarpus et Marcion simul commemorantur.

XIX. Catena hanc particulam exhibens tradita est codice nunc deperdito, qui olim in bibliotheca Cardinalis Cusani asservabatur, et conscripta est non ante saeculum IX, cum Photius locum in ea obtineat.

ἱστορικοί, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ αἱρέσεων ἀναφυεισῶν δεινῶν ὑπηγόρευσε τὸ εὐαγγέλιον τῷ ἑαυτοῦ μαθητῇ Παπίᾳ εὐβιότῳ τῷ Ἱεραπολίτῃ, πρὸς ἀναπλήρωσιν τῶν πρὸ αὐτοῦ κηρυξάντων τὸν λόγον τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν.

isto tempore haeresibus gliscentibus evangelium discipulo suo Papiae honesto Hierapolitae dictavit, ut iis, qui ante ipsum gentibus per universum orbem praedicaverant, supplemento exsisteret.

[Ex Catena Patrum graec. in S. Ioannem ex antiquissimo graeco codice ms. in lucem edita a B. Corderio. Antverpiae 1630.]

XX.

Et cum fores clausae essent, apparuit undecim (discipulis) et aliis, qui cum eis erant. Aloe vero, quam ferebant, mixta erat, ut dicitur, dimidia parte ex oleo, dimidia ex melle. Certum est autem, aloen speciem turis esse, sicut refertur a geographo et Papia, quod (vel: namque) sunt quindecim species aloes in India, et quattuor earum sunt species pretiosae: Nikre, Andrataratz, Ierravor, Dzakotken; unde erat id, quod Iosephus et Nicodemus ad sepulturam dabant; etenim divites erant.

[Ex Solutionibus in IV Evang. Vardani Vardapeti Armenii saec. XII ed. Conybeare in *Guardian* 1894 die 18. Iulii.]

Fragmentum legitur in prooemio, in quo Cyrillum (Alexandrinum) et Theodorum Mopsvestenum testis anepigraphus sequitur, qui, postquam dixit, singulos evangelistas supplevisse, quae a praecedentibus praetermissa essent, illa verba addit ac deinde exponit, quae Ioannes Evangeliis prioribus adiecit. — *εὐβιότῳ*] Codex habuisse videtur *εὐβιώτῳ*, et Corderius *Εὐβιώτῳ* edidit, vocem nomen appellativum habens. Fortasse legendum est, ut Lightfoot coniecit, *συμβιότῳ* vel *συμβιωτῇ*.

XX. Scriptura Vardani laudata traditur codice 51 fol. 3 claustri S. Lazari apud Venetias siti. Zahn in *Einleitung in das N. T.* ed. II 1900 II, 460 particulam in linguam germanicam transtulit, ego secundum eius versionem in sermonem latinum. Geographus commemoratus est Moses Chorenensis, qui in Geographia c. 41 de quattuor speciebus aloes loquitur. Ad Papiam nihil referendum esse videtur nisi dictum, aloen speciem turis esse. Cf. Zahn l. c.

QUADRATI FRAGMENTUM.

Τραϊανοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν μησὶν ἓξ δέουσι κρατήσαντος, Αἴλιος 'Αδριανὸς διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. τούτῳ Κοδράτος λόγον προςφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν συντάξας ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας, ὅτι δὴ πονηροί τινες ἄνδρες τοὺς ἡμετέρους ἐνοχλεῖν ἐπειρῶντο. εἰςέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα, ἐξ οὗ κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας. 2. ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς·

„Τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν, ἀληθῆ γὰρ ἦν, οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες, οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν, ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο".

[Euseb. H. E. IV, 3 ed. Heinichen.]

1. *ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν κτλ.*] i. e. a 27. die mensis Januarii a. 98, quo Nerva mortuus est, usque ad 7. vel 8. diem Augusti a. 117, quo Traianus defunctus est. — *ἀναδίδωσιν*] Eusebius hoc haud dubie ex apologia perspexit, e qua autem id solum accurate colligendum erat, Quadratum scripturam ad imperatorem direxisse eique porrigere voluisse, neque vero, scripturam profecto ei oblatam fuisse. Cum Quadratus in Asia vixisse iu-

QUADRATI FRAGMENTUM.

Cum Trajanus per viginti annos demtis sex mensibus principatum tenuisset, Aelius Hadrianus suscepit imperium. Huic Quadratus obtulit orationem, quam pro defensione religionis nostrae idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines vexare nostros atque incessere conabantur. Extat hodieque apud plerosque ex fratribus haec oratio, quam nos etiam habemus, ex qua et ingenium eius viri, et rectam Apostolicae fidei doctrinam perspicue licet cognoscere. 2. Porro idem scriptor suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis:

„Servatoris autem, inquit, nostri opera semper conspicua erant, quippe quae vera essent: iis scilicet, qui morbis liberati aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum, dum sanabantur aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore; nec solum quamdiu in terris moratus est servator noster, verum etiam post eius discessum diu superstites fuerunt, adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint".

dicandus sit, sequitur, eum librum composuisse eo tempore, quo Hadrianus hanc provinciam visitavit, anno 125 (126) vel 129.

2. *εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους*] i. e. non ad tempus, quo apologiam scripsit, sed ad tempus vitae suae, ergo, si scripturam annos circiter LX natus confecit, ad annos 60—80 circiter, ad quos filiam Jairi (Matth. 9, 18—26; Marc. 5, 22—43; Luc. 8, 41—56) et iuvenem in oppido Naim resuscitatum (Luc. 7, 11—17) facile pervenire potuisse neminem latet.

PRESBYTERORUM
RELIQUIAE AB IRENAEO SERVATAE.

I.

1. Quemadmodum audivi a quodam presbytero, qui audierat ab his, qui apostolos viderant, et ab his, qui didicerant: sufficere veteribus de his, quae sine consilio

I. Hoc fragmentum et tria sequentia inter se connexa sunt. Redarguunt vituperationes contra pios veteres et V. T. prolatas, et ostendunt, eandem esse in vindicando iustitiam Dei in V. et N. T. (I, 20) et duo Testamenta ab uno et eodem Deo esse (IV). Leguntur Adv. haer. IV, 27—32, modo expositionibus Irenaei distenta, et ab uno eodemque teste profecta sunt, quem Irenaeus hoc loco quendam presbyterum, postea (Fragm. IV) discipulum apostolorum vocat, accuratius vero non designat. Polycarpus illa locutione haud dubie excluditur. Quis autem ille presbyter fuerit, plane latet.

1. et ab his, qui didicerant] Dodwell Dissert. I in Iren. § 6 p. 11 haec verba de discipulis Domini interpretatus est, qui non fuerint apostoli, quales fuissent Papiae Ioannes presbyter et Aristion; et nuperrime Leimbach (*Das Papiasfragment* 1875 p. 12 sq.) eandem sententiam defendit. Tertullianus quidem De bapt. c. 9. 11; De pat. c. 3; De praescript. c. 3. 44; Adv. Marc. IV, 22 discipulos Domini discentes nominat; De carne Chr. c. 6; De praescript. c. 30 de discentibus Pontici vel Marcionis loquitur. Irenaeus ipse III, 12, 13; 15, 3 discipulos apostolorum appellat discentes eorum. Hoc autem loco verbum *discere* absolute stat, neque e contextu colligi potest, supplendum esse: a Domino; minime enim verisimile est, Irenaeum testem, quem discipulum Domini habet, etiam tanquam discipulum apostolorum proferre. Locus textu tradito sensu caret. Iure eum non fideliter traditum aut a Latino minus recte translatum esse censemus, cumque verbum *discere* verbo *videre* non tan oppositum sit quam hoc explicet vix erramus voces *ab his* cum verb *didicerant* coniungentes. Irenae scripsisse iudicandus est: *παρὰ τῶ*

spiritus egerunt, eam quae ex scripturis esset correptionem. Cum enim ***non sit personarum acceptor deus***, quae sunt non secundum eius placitum facta, his inferebat congruam correptionem. 2. Quemadmodum sub David, quando persecutionem quidem patiebatur a Saul propter iustitiam, et regem Saul fugiebat et inimicum non ulciscebatur, et Christi adventum psallebat et sapientia instruebat gentes, et omnia secundum consilium faciebat spiritus et placebat deo. 3. Quando autem propter concupiscentiam ipse sibi accepit Betsabee Uriae, dixit scriptura de eo: ***Nequam autem visus est sermo, quem fecit David, in oculis domini. Et mittitur ad eum Nathan propheta,*** ostendens ei peccatum eius, ut ipse dans sententiam de semetipso et semetipsum adiudicans misericordiam consequeretur et remissionem a Christo; et dixit ei: ***Duo viri fuerunt ..... Tu es vir, qui fecisti hoc;*** et deinceps reliqua exsequitur, exprobrans eum et enumerans in eum dei beneficia, et quoniam exacerbavit dominum, cum fecisset hoc. Non enim placere deo

2 Act. 10, 34. — 4 I Reg. 18 sqq. — 10 II Reg. 11, 27. — 11 II Reg. 12, 1. — 14 II Reg. 12, 1—7.

τοὺς ἀποστόλους ἑωρακότων καὶ παρ' αὐτῶν (vel ἐκείνων) μαθόντων (vel μεμαθηκότων). Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 65 sq. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 339 not. particulam alteram vertit: *καὶ παρὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν μαθητευθέντων*. Irenaeus vero vix duas classes protulit, quarum altera apostolorum discipulos vidisset, altera ab eis didicisset, cum testi, quo ipsi opus erat, non solum videndum, sed etiam discendum fuisset, et verbum discere respondet verbo *μανθάνειν*, non verbo *μαθητεύεσθαι*, quod III, 3, 4 voce *edoceri* redditur. Cui interpretationi non obstat, quod Irenaeus eundem presbyterum postea (Fragm. IV) seniorem apostolorum discipulum appellat. Namque hoc loco presbyterum non auditorem discipulorum apostolorum vocat vel eum discipulos apostolorum tantum audivisse dicit, sed potius refert, sibi a presbytero dictum aliquod communicatum esse, quod hic a discipulis apostolorum acceperat, et hoc etiam de discipulo apostolorum dici potuit. Papias quoque, quamquam discipulus apostolorum erat, non solum ab apostolis, sed etiam ab eorum discipulis eloquia Domini comperire studuit. — sufficere etc.] Oratione indirecta, qua saepius utitur (cf. I, 20; II—IV etc.), Irenaeus ostendit, non verbotenus se reddere, quae audierat.

3. fuerunt .. Tu es vir qui f. hoc] Irenaeus totum S. Scripturae locum exscripsit. Mihi sufficere videbatur, initium et finem indicare. Similiter infra. — et deinceps reliqua] sc. II Reg. 12, 7 sqq. — psalmum ex-

huiusmodi operationes, sed iram magnam imminere domui eius. Compunctus est autem David ad haec et ait: *Peccavi domino;* et psalmum exhomologeseos psallebat, adventum domini sustinens, qui abluit et emundat eum hominem, qui peccato fuerat obstrictus.

4. Similiter autem et de Salomone, cum perseveraret iudicare recte et sapientiam (dei) enarrare, et typum veritatis templum aedificabat et glorias exponebat dei et adventuram pacem gentibus annuntiabat, et Christi regnum praefigurabat, et *loquebatur tria millia parabolarum* in adventum domini, et *quinque millia canticorum,* hymnum dicens deo, et eam quae est in conditione sapientiam dei exponebat physiologice ex omni *ligno* et de omni herba et *volatilibus* omnibus et de *quadrupedibus* et de *piscibus,* 5. et dicebat: *Si vere deus, quem caeli non capiunt, super terram habitabit cum hominibus?* Et placebat deo, et omnes eum admirabantur, et *omnes reges terrae* quaerebant faciem eius, ut *audirent sapientiam eius,* quam dederat illi deus, et *regina Austri a finibus terrae veniebat* ad eum, *sapientiam* quae in eo erat *scitura;* quam et dominus ait *in iudicio resurrecturam cum eorum natione,* qui audiunt sermones eius et non credunt in eum, et *adiudicaturum eos:* quoniam illa quidem subiecta est annuntiatae sapientiae per servum dei, hi vero eam quae a filio dei dabatur contemserunt sapientiam. 6. Salomon enim servus erat, Christus vero filius dei et dominus Salomonis. Cum igitur sine offensa serviret deo et ministraret dispositionibus eius, tunc glorificabatur: cum autem uxores accipiebat ab universis gentibus et permittebat eis erigere idola in Israel, dixit scriptura de eo: *Et rex Salomon erat . . . patris eius.* Sufficienter increpavit eum scriptura, sicut dixit presbyter, *ut non glorietur universa caro in conspectu domini.*

2 II Reg. 12, 13. — 6 III Reg. 3, 16 sqq. — 8 III Reg. 5 sqq.; Ps. 71. — 10 III Reg. 4, 32. 33. — 14 III Reg. 8, 27. — 16 III Reg. 4, 34. — 18 Matth. 12, 42 cf. III Reg. 10, 1 sqq.; Paral. 9, 1 sqq. — 28 III Reg. 11, 1—3. — 30 I Cor. 1, 29.

homologeseos] i. e. Ps. 50.
4. typum veritatis] Christi Domini typum templum Salomonis fuisse liquet ex Ioann. 2, 19.
5. adiudicaturum] = κατακρινεῖ Matth. 12, 42.

7. Et propter hoc dominum in ea quae sunt sub terra descendisse, evangelisantem et illis adventum suum, remissione peccatorum exsistente his, qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes, qui sperabant in eum, id est qui adventum eius praenuntiaverunt et dispositionibus eius servierunt, iusti et prophetae et patriarchae: quibus similiter ut nobis remisit peccata, quae non oportet nos imputare his, si quominus contemnimus gratiam dei. 8. Quemadmodum enim illi non imputabant nobis incontinentias nostras, quas operati sumus, priusquam Christus in nobis manifestaretur, sic et nos non est iustum imputare ante adventum Christi his, qui peccaverunt. ***Omnes enim*** homines ***egent gloria dei,*** iustificantur autem non a semetipsis, sed a domini adventu, qui intendunt lumen eius. 9. In nostram autem correptionem conscriptos esse actus eorum, ut sciremus primum quidem, quoniam unus est deus noster et illorum, cui non placeant peccata, etiamsi a claris fiant; deinde, ut abstineamus a malis. Si enim hi qui praecesserunt nos in charismatibus veteres, propter quos nondum filius dei passus erat, delinquentes in aliquo et concupiscentiae carnis servientes, tali affecti sunt ignominia: quid passuri sunt, qui nunc sunt, qui contemserunt adventum domini et deservierunt voluptatibus suis? 10. Et illis quidem curatio et remissio peccatorum mors domini fuit; propter eos vero, qui nunc peccant, ***Christus non iam morietur,*** iam enim ***mors non dominabitur eius;*** sed ***veniet filius in gloria patris,*** exquirens ab actoribus et dispensatoribus suis pecuniam, quam eis credidit, cum usuris: et ***quibus plurimum dedit, plurimum ab eis exiget.*** 11. Non debemus ergo, inquit ille senior, superbi esse neque reprehendere veteres; sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi agentes

11 Rom. 3, 23. — 23 Rom. 6, 9. — 24 Matth. 16, 27 cf. Marc. 8, 38. — 25 Matth. 25, 19 sqq. Luc. 19, 15 sqq. — 26 Luc. 12, 48. — 29 Hebr. 10, 26.

7. in ea quae s. s. t. descendisse] Cf. Cels. apud Orig. C. Cels. II, 43; Clem. Al. Strom. VI, 6, 45—48 p. 763–765; Hippol. De Christo et Antichr. c. 26. 45; Orig. In Ioann. t. VI c. 18; t. XXXII c. 19; Evang. Petri 41; F. Kattenbusch, *Verbreitung und Bedeutung des Taufsymbols* 1900 p. 895—915.

aliquid, quod non placeat deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamur a regno eius. 12. Et ideo Paulum dixisse: ***Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte (nec) tibi parcat, qui, cum esses oleaster, insertus es in pinguedinem olivae, et socius factus es pinguedinis eius;*** similiter et plebis praevaricationes videns descriptas esse non propter illos, qui tunc transgrediebantur, sed in correptionem nostram et ut sciremus unum et eundem deum, in quem illi delinquebant et in quem nunc delinquunt quidam ex his, qui credidisse se dicunt. 13. Et hoc autem apostolum in epistola, quae est ad Corinthios, manifestissime ostendisse, dicentem: ***Nolo enim vos ignorare . . . videat ne cadat.***

14. Sine dubitatione igitur et sine contradictione ostendente apostolo, unum et eundem esse deum, qui et illa iudicavit et ea, quae nunc sunt, exquirit, et causam descriptionis eorum demonstrante, indocti et audaces, adhuc etiam imprudentes inveniuntur omnes, qui propter transgressionem eorum, qui olim fuerunt, et propter plurimorum indicto audientiam, alterum quidem aiunt illorum fuisse deum et hunc esse mundi fabricatorem et esse in diminutione; alterum vero a Christo traditum patrem, et hunc esse, qui sit ab unoquoque eorum mente conceptus: 15. non intellegentes, quoniam, quemadmodum ibi in plurimis eorum, qui peccaverunt, non bene sensit deus, sic et hic ***vocati multi, pauci vero electi;*** quemadmodum ibi iniusti et idololatrae et fornicatores vitam perdiderunt, sic et hic, et domino quidem praedicante, ***in ignem aeternum*** mitti tales, et apostolo dicente: ***An ignoratis, quoniam iniusti regnum dei non haereditabunt? Nolite seduci: neque fornicatores neque idololatrae neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt.*** 16. Et quoniam non ad eos,

3 Rom. 11, 21. 17. — 11 I Cor. 10, 1—13. — 23 Matth. 20, 16. — 26 Matth. 25, 41. — 27 I Cor. 6, 9. 10.

14—19. Redolent quidem hi versus (Iren. IV, 27, 4) stilum Irenaei. Cum autem mediis in verbis presbyteri legantur, eos omittere nolui.

14. indicto audientiam] i. e. inoboedientiam. Cf. Iren. IV, 2, 6: indicto audientes.

qui extra sunt, hoc dicit, sed ad nos, ne proiciamur extra regnum dei, tale aliquid operantes, intulit: *Et haec quidem fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri.* 17. Et quemadmodum illic condemnabantur et proiciebantur hi, qui male operabantur et reliquos exterminabant; similiter et hic *oculus* quoque *effoditur scandalisans et pes et manus,* ne reliquum corpus pariter pereat. Et habemus praeceptum: *Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idololatra aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Et iterum ait apostolus: *Nemo vos seducat inanibus verbis; propter haec enim venit ira dei in filios diffidentiae. Nolite ergo fieri participes eorum.* 18. Et quemadmodum ibi peccantium damnatio participabat et reliquos, quoniam placebant eis et una cum eis conversabantur; sic et hic *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et quemadmodum ibi adversus iniustos ira descendebat dei, et hic similiter apostolus ait: *Revelabitur enim ira dei de caelo super omnem impietatem èt iniustitiam eorum hominum, qui veritatem in iniustitia detinent.* 19. Et quemadmodum ibi in Aegyptios, qui iniuste puniebant Israel, vindicta a deo fiebat; sic et hic, domino quidem dicente: *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, quicunque clamant ad eum die et nocte? Etiam dico vobis, faciet vindictam eorum cito;* et apostolo in ea quae est ad Thessalonicenses epistola ista praedicante: *Siquidem iustum est apud deum retribuere . . . omnibus, qui crediderunt* in eum.

20. Cum ergo hic et illic eadem sit in vindicando deo iustitia dei, et illic quidem typice et temporaliter et mediocrius, hic vero vere et semper et austerius; ignis enim aeternus et quae a caelo revelabitur ira dei a facie domini nostri, quemadmodum et David ait: *Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum,* maiorem poenam

2 I Cor. 6, 11. — 6 Matth. 18, 8. 9 cf. 5, 30. — 8 I Cor. 5, 11. — 11 Eph. 5, 6. 7. — 15 I Cor. 5, 6. — 17 Rom. 1, 18. — 21 Luc. 18, 7. 8. — 25 I Thess. 1, 6—10. — 31 Ps. 33, 17.

18. participabat] Interpres pro | κατεῖχε legisse videtur μετεῖχε.

praestat iis, qui incidunt in eam; valde insensatos ostendebant presbyteri eos, qui ex his, quae acciderunt his, qui olim deo non obtemperabant, tentant alterum patrem introducere, 21. e contrario opponentes, quanta dominus ad salvandos eos qui receperunt eum veniens fecisset, miserans eorum; tacentes autem de iudicio eius, et quaecunque provenient his, qui audierunt sermones eius et non fecerunt, et quoniam expediebat eis, si non essent nati, et quoniam tolerabilius Sodomae et Gomorrae erit in iudicio quam civitati illi, quae non recepit sermonem discipulorum eius.

[Iren. Adv. haer. IV, 27—28, 1 ed. Harvey II, 238—245.]

II.

Qui vero exprobrant et imputant, quod profecturus populus iussu dei vascula omnis generis et vestimenta acceperit ab Aegyptiis et sic abierit, ex quibus et tabernaculum factum est in eremo, ignorantes iustificationes dei et dispositiones eius, semetipsos arguunt, sicut et presbyter dicebat.

[Iren. IV, 30, 1 ed. Harvey II, 248.]

III.

. . Talia quaedam enarrans de antiquis presbyter, re-

4 Ioan. 1, 11. 12. — 8 Matth. 10, 15; Luc. 10, 12.

20. ostendebant presbyteri] Cum supra (v. 1. 6. 11) et infra (Fragm. II—IV) de uno presbytero sermo sit, Erasmus coniecit legendum esse: ostendebat presbyter, idemque censuit Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 338 not. Cum v. 21 pluralis (opponentes .. tacentes) sequatur, librarius locum male intellegens textum emendare potuit. Altera ex parte Irenaeus saepius (Fragm. V—IX) ad presbyteros plures provocat, et argumenta, quae hucusque prolata sunt, eum non etiam hoc loco id facere potuisse non probant, eo minus, cum Irenaeus in sectione, cuius hoc fragmentum pars est, se non semel, sed saepius presbyterum audivisse annuens (cf. Fragm. II not.) facile plures presbyteros appellare potuerit, cum alii similia docuisse censendi sint.

II. qui vero exprobrant etc.] Notandum est, Marcionitas praecipue fraudem illam creatori obiecisse. — dicebat] Imperfecto, quo etiam Fragm. III—IV et I, 20 utitur, Irenaeus ostendit, se presbyterum non semel tantum, ut e Fragm. I, 1. 6. 11 quis concluserit, sed saepe audivisse. Itaque valde dolendum est, quod nomen presbyteri non tradidit. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 68 sq.

III. talia qu. enarrans .. reficiebat nos etc.] Sic dicens Irenaeus

ficiebat nos et dicebat: De his quidem delictis, de quibus ipsae scripturae increpant patriarchas et prophetas, nos non oportere exprobrare eis, neque fieri similes Cham, qui irrisit turpitudinem patris sui et in maledictionem decidit, sed gratias agere pro illis deo, quoniam in adventu domini nostri remissa sunt eis peccata: et enim illos dicebat gratias agere et gloriari in nostra salute. De quibus autem scripturae non increpant, sed simpliciter sunt positae, nos non debere fieri accusatores; non enim sumus diligentiores deo, neque super magistrum possumus esse, sed typum quaerere. Nihil enim otiosum est eorum, quaecunque inaccusabilia posita sunt in scripturis.

[Iren. IV, 30, 4 ed. Harvey II, 251.]

IV.

Huiusmodi quoque de duobus testamentis senior apostolorum discipulus disputabat, ab uno quidem et eodem deo utraque ostendens. Nec enim esse alterum deum praeter eum, qui fecit et plasmavit nos, nec firmitatem habere sermonem eorum, qui dicunt, aut per angelos aut per aliam quamlibet virtutem aut ab alio deo factum esse hunc mundum, qui est secundum nos.

[Iren. IV, 32, 1 ed. Harvey II, 254.]

V.

Quia autem XXX annorum aetas prima indolis est iuvenis et extenditur usque ad XL annum, omnis quilibet confitebitur;

3 Gen. 9, 22. — 9 Matth. 10, 24.

clarissime manifestat, se non librum exscribere, sed sermones orales reddere. — de antiquis] i. e. περὶ ἀρχαίων, sc. de viris V. T.

IV. senior apostolorum discipulus] Cf. Fragm. I, 1 not. Animadvertendum est, veterem interpretem hoc loco et Fragm. I, 11 testem seniorem, alias (I, 1. 6. 20; II; III) presbyterum appellare. Si Irenaeus ipse vocabulum varium adhibuit, locis illis duobus haud dubie scripsit: ὁ πρεσβύτης (cf. Adv. haer. I, 15, 6), ut significaret, presbyterum eo tempore, quo eum audiebat, senem fuisse.

V. Irenaeus Adv. haer. II, 22, 4 discernit aetates infantium, parvulorum, iuvenum, seniorum, et Dominum dicit in omnem aetatem venisse, ergo usque ad aetatem seniorum, quam etiam aetatem magistri

a XL autem et L anno declinat iam in aetatem seniorem, quam habens dominus noster docebat, sicut evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Iohannem discipulum domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis Iohannem. Permansit autem cum eis usque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non solum Iohannem, sed et alios apostolos viderunt, et haec eadem ab ipsis audierunt, et testantur de huiusmodi relatione.

καὶ πάντες δὲ οἱ πρεσβύτεροι μαρτυροῦσιν, οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες, παραδεδωκέναι τὸν Ἰωάννην. παρέμεινε γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.

[Iren. II, 22, 5 ed. Harvey I, 331; Eus. H. E. III, 23, 3.]

VI.

Ubi ergo primus positus est homo? Scilicet in paradiso, quemadmodum scriptura dicit: ***Et plantavit deus paradisum in Eden contra orientem, et posuit ibi hominem, quem plasmavit.*** Et inde proiectus est in hunc mundum, non oboediens. Qua-

Ποῦ οὖν ἐτέθη ὁ πρῶτος ἄνθρωπος; ἐν παραδείσῳ δηλονότι, καθὼς γέγραπται. καὶ ἐκεῖθεν ἐξεβλήθη εἰς τόνδε τὸν κόσμον παρακούσας. διὸ καὶ

16 Gen. 2, 8.

perfectam appellat, ut omnem aetatem sua sanctificaret. Hoc quoque loco Domino docenti attribuit aetatem seniorem, praeter seniores provocans ad Evangelium, sc. Ioann. 8, 57, ubi Iudaei Domino dicunt: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Praeterea exponit, aetatem a XL et L anno in seniorem declinare. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 335, aetatem seniorem *senectutem* interpretatus est, certe autem erravit. Aetas senior cum aetati iuvenis opposita sit, nihil nisi aetas hanc superans est, aetas perfecta, ut Irenaeus II, 22, 4 dicit. Accedit, quod Irenaeo id tantum propositum erat, ut Valentinianos refutaret ex Evangelio Lucae concludentes, Iesum unum solum annum docuisse (Luc. 4, 19) et annos XXX natum (3, 23) mortuum esse. Quare II, 22, 6 Ioann. 8, 57 de eo interpretatur, qui iam XL annos excessit, quinquagesimum autem annum nondum attigit, non tamen multum ab eo abfuit. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 60—63.

VI. *τοὺς μετατεθέντας*] sc. Henoch (Gen. 5, 24; Sirach 44, 16; Hebr. 11, 5) et Elias (IV Reg. 2, 9—11). — *εἰς τόνδε τὸν κόσμον*] Tatianus Orat. ad Graec. c. 20 (p. 159 A): *ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι* ....

propter dicunt presbyteri, qui sunt apostolorum discipuli, eos, qui translati sunt, illuc translatos esse (iustis enim hominibus et spiritum habentibus praeparatus est paradisus, in quem et Paulus apostolus asportatus audivit sermones inenarrabiles, quantum ad nos pervenit), et ibi manere eos, qui translati sunt, usque ad consummationem, coauspicantes incorruptelam.

λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι, τῶν ἀποστόλων μαθηταί, τοὺς μετατεθέντας ἐκεῖσε μετατεθῆναι (δικαίοις γὰρ ἀνθρώποις καὶ πνευματοφόροις ἡτοιμάσθη ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος εἰσκομισθεὶς ἤκουσε ῥήματα ἄρρητα, ὡς πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι), κἀκεῖ μένειν τοὺς μετατεθέντας ἕως συντελείας, προοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν.

[Iren. V, 5, 1 ed. Harvey II, 331; Ioann. Dam. S. P. Holl, *Fragmente* p. 72.]

VII.

His autem sic se habentibus et in omnibus antiquis et probatissimis et veteribus scripturis numero hoc posito, et testimonium perhibentibus his, qui facie ad faciem Iohannem viderunt, et ratione docente nos, quoniam numerus nominis bestiae secundum Graecorum computationem per literas, quae in eo sunt, sexcentos habebit et sexaginta et sex; hoc est, decadas aequales hecatontasin et hecatontadas aequales monasin; numerus enim qui digitus sex, similiter custoditus, recapitulationes ostendit universae apostasiae eius quae initio

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ἐν πᾶσι τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου, καὶ μαρτυρούντων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων καὶ τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς, ὅτι ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ψῆφον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων ἐμφαίνεται.

[Eus. H. E. V, 8, 5.]

7 II Cor. 12, 4. — 21 Apoc. 13, 18.

ἀπὸ γῆς μέν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. Veteres igitur paradisum non in hac terra fuisse putaverunt.

et quae in mediis temporibus et quae in fine erit; ignoro, quomodo erraverunt quidam sequentes idiotismum et medium frustrantes numerum nominis, quinquaginta numeros deducentes pro sex decadis unam decadem volentis esse.

[Iren. V, 30, 1 ed. Harvey II, 406.]

οὐκ οἶδα, πῶς ἐσφάλησάν τινες ἐπακολουθήσαντες ἰδιωτισμῷ καὶ τὸν μέσον ἠθέτησαν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος, ν̄ ψήφους ὑφελόντες καὶ ἀντὶ τῶν ἓξ δεκάδων μίαν δεκάδα βουλόμενοι εἶναι

[Ioann. Dam. S. P. Holl, *Fragmente* p. 80.]

VIII.

. . quemadmodum presbyteri meminerunt, qui Iohannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo quemadmodum de temporibus illis docebat dominus et dicebat: Venient dies etc. cf. Papiae Fragm. I.

[Iren. V, 33, 3 ed. Harvey II, 417.]

IX.

1. Et quemadmodum presbyteri dicunt, tunc, qui digni fuerint caelorum conversatione, illuc transibunt, id est in caelos; alii tute paradisi deliciis utentur; alii autem speciositatem civitatis possidebunt: ubique autem deus videbitur, et quemadmodum digni erunt videntes eum. 2. Esse autem distantiam hanc habitationis eorum, *qui centum fructificare-*

1. Ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι, τότε καὶ οἱ μὲν καταξιωθέντες τῆς ἐν οὐρανῷ διατριβῆς ἐκεῖσε χωρήσουσιν, οἱ δὲ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν, οἱ δὲ [τὴν ἁγίαν γῆν καὶ] τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσιν [σὺν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὴν ἀγαθοῖς ἐπιχορηγουμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ]· πανταχοῦ γὰρ ὁ σωτὴρ ὁραθήσεται, καθὼς ἄξιοι ἔσονται οἱ ὁρῶντες αὐτόν. 2. εἶναι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην τῆς οἰκήσεως *τῶν τὰ ἑκατὸν καρπο-*

26 Matth. 13, 23 (13, 8; Marc. 4, 8).

IX, 1. *τῆς τοῦ παραδείσου*] Interpres praemittit *tute*. Harvey et Harnack hanc vocem e dittographia vocis *utentur* explicant: vix recte. — *τὴν ἁγίαν κτλ.*] Quae uncis inclusa sunt, desunt in interpretatione vetere. — *σωτὴρ ὁραθήσεται καθὼς* vel (Interpres) *καὶ καθώς*] Similia dictitare de Christo Origenem in Commentariis super Evangelia aliis-

runt, et eorum, qui sexaginta, et eorum, qui triginta: quorum quidam in caelum assumentur, alii in paradiso conversabuntur, alii in civitate inhabitabunt, et propter hoc dixisse dominum, *multas esse apud patrem mansiones.* Omnia enim dei sunt, qui omnibus aptam habitationem praestat. Quemadmodum verbum eius ait, omnibus divisum esse a patre, secundum quod quis est dignus aut erit. Et hoc est triclinium, in quo recumbent ii, qui epulantur vocati ad nuptias. 3. Hanc esse adordinationem et dispositionem eorum, qui salvantur, dicunt presbyteri apostolorum discipuli; et per huiusmodi gradus proficere, et per spiritum quidem ad filium, per filium autem ascendere ad patrem, filio deinceps cedente patri opus suum, quemadmodum et ab apostolo dictum est: *Quoniam oportet regnare eum, quoadusque ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Novissima inimica destruetur mors.* In temporibus enim regni iustus homo super terram exsistens, obliviscetur mori iam. *Quando autem dixerit,* inquit, *omnia* etc.

φορούντων καὶ τῶν τὰ ἑξήκοντα καὶ τῶν τὰ τριάκοντα· ὧν οἱ μὲν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθήσονται, οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ διατρίψωσιν, οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικήσουσιν. καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν κύριον, *ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου μονὰς εἶναι πολλάς.* τὰ πάντα γὰρ τοῦ θεοῦ, ὃς τοῖς πᾶσι τὴν ἁρμόζουσαν οἴκησιν παρέχει.

[Iren. V, 36, 1 ed. Harvey II, 427 sq. Graece in append. ad Qu. 74 in S. Scr. Anastasii, collat. a Massueto cum MSS. Bibl. R. 2910 et Colb. 1450.

7 Ioann. 14, 2. — 11 Matth. 20, 23. — 19 I Cor. 15, 25. 26. — 22 I Cor. 15, 26—28.

que operibus suis bene memini, tanquam si alius atque diversus a fidelibus conspectus Dominus fuerit pro meritis eorum atque profectu (Routh).

2. omnibus divisum etc.] Haec Massueto ad parabolas vel quinque talentorum vel decem minarum respicere videntur; sin minus, ad aliquod Christi dictum, quod ex presbyterorum, quos mox citat, traditione acceperit. Rectius alii Matth. 20, 23 allegare videntur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΔΙΟΓΝΗΤΟΝ.

I. Ἐπειδὴ ὁρῶ, κράτιστε Διόγνητε, ὑπερεσπουδακότα σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς πυνθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε θεῷ πεποιθότες καὶ πῶς θρησκεύοντες αὐτὸν τόν τε κόσμον ὑπερορῶσι πάντες καὶ θανάτου καταφρονοῦσι καὶ οὔτε τοὺς νομιζομένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς λογίζονται οὔτε τὴν Ἰουδαίων δεισιδαιμονίαν φυλάσσουσι, καὶ τίνα τὴν φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν καὶ οὐ πρότερον· ἀποδέχομαί γε τῆς προθυμίας σε ταύτης καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ ἀκούειν ἡμῖν χορηγοῦντος, αἰτοῦμαι δοθῆναι ἐμοὶ μὲν εἰπεῖν οὕτως, ὡς μάλιστα ἂν ἀκούσαντά σε βελτίω γενέσθαι, σοί τε οὕτως ἀκοῦσαι, ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

II. Ἄγε δή, καθάρας σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν προκατε-

A = codex Argentoratensis deperditus, b = apographum Beurerianum, h = apographum Hausianum seu Tubingense, L = Lachmann, St = Stephanus.

1 *Επιστολη* : *τοῦ αὐτοῦ* (i. e. *Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος*, ut ex praecedentibus apparet) A h | 2 *Διόγνητε* : + ὡς b h ita legentes signum crucis ornatae, in scida, quae codicis A specimen continet, editioni Ottonianae a. 1879 adiecta, depictum | 5 *τὸν* > A h | 7 *τὴν* + *τῶν* h | 12 *ἀκούσαντα* : *ἀκοῦσαι* A h

I. *κράτιστε*] Cf. Luc. 1, 3; 23, 26; 24, 3; 26, 25. — *αὐτόν*] rectius cum *θρησκεύοντες* quam cum *τὸν κόσμον* coniungitur. — *τίνι τε θεῷ κτλ.*] Cf. Passio Pauli c. 9 ed. Lipsius, Acta apost. apocr. I (1891), 32. — *θανάτου καταφρ.*] Cf. Iust. Apol. I, 11. 39. 57; Apol. II, 10. — *οὔτε τοὺς νομ. — φυλάσσουσι*] Cf. Eus. Demonstr. evang. 1, 6, 61—63. — *δεισιδαιμονίαν*] Vox nonnunquam aeque ac vocabulum *superstitio* sensu bono adhibetur, significans religionem vel pietatem. Cf. Act. 17, 22; Ios. Flav.

EPISTULA AD DIOGNETVM.

I. Cum te, amplissime Diognete, valde studiosum videam divinum Christianorum cultum cognoscendi et admodum accurate diligenterque de iis percontantem, cui deo confidentes et quomodo eum colentes mundum aspernentur omnes mortemque contemnant et neque eos, qui a gentilibus dii putantur, pro diis habeant neque Iudaeorum superstitionem observent, et quo amore mutuo inter se affecti sint, et cur tandem novum hoc genus aut institutum nunc demum apparuerit ac non prius: laudo te propter hoc studium atque a deo, qui et loquendi et audiendi nobis facultatem suppeditat, peto, ut detur mihi quidem ita verba facere, ut is, qui audivit, utique melior fiat, et tibi ita audire, ut tristitia non afficiatur is, qui verba fecit.

II. Age igitur, postquam teipsum a cunctis cogitationibus

Antiqu. X, 3, 2; Xenoph. Cyrop. III, 3. 58. Auctor eam hoc loco haud dubie aeque ac 4, 1 sensu malo usurpat. Cf. Act. 25, 19. — *καινόν*] Cf. Arist. Apol. 16, 4 (ed. R. Seeberg 1894); Tat. Orat. c. 31 sqq.; Theoph. Ad Autol. III, 1; Tert. Ad nat. I, 8; Praedic. Petri ed. Hilgenfeld Nov. Test. extra can. IV, 59, 6—7 (= Clem. Al. Strom. VI, 5, 41 p. 761); Arnob. Adv. nat. II, 69; Eus. Dem. ev. I, 1, 4. — *τοῦτο γ.*] i. e. post Hellenas et Iudaeos tertium genus. Clem. Al. Strom. VI, 5, 41 p. 761: *ὑμεῖς δὲ οἱ καινῶς αὐτὸν τρίτῳ γένει σεβόμενοι Χριστιανοί.* Similiter textus graecus Apologiae Aristidis 2, 2 tria genera discernit, versiones syriaca et armeniaca quattuor, sc. barbaros, Graecos, Iudaeos et Christianos. — *νῦν καὶ οὐ πρότερον*] Cf. Arnob. II, 75. — *τὸν ἀκούσαντα κτλ.*] Similiter Hippol. De Christo et Antichr. c. 2 ed. Achelis p. 5, 16—18; Ps.-Iust. Cohort. c. 1. — *σοί τε*] Saepenumero apud classicos quoque scriptores *μέν* particulam excipit *τε* coniunctiva (Otto).

II. Cf. ad hoc capitulum Iust. Apol. I, 9.

1. *καθάρας κτλ.*] Cf. Eph. 4, 21 sqq.

χόντων σου τὴν διάνοιαν λογισμῶν καὶ τὴν ἀπατῶσάν σε συν θειαν ἀποσκευασάμενος καὶ γενόμενος ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς καιν ἄνθρωπος, ὡς ἂν καὶ λόγου καινοῦ, καθάπερ καὶ αὐτὸς ὡμολ γησας, ἀκροατὴς ἐσόμενος· ἴδε μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ κ τῇ φρονήσει, τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἴδους τυγχάνουσιν, οὓ ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς. 2. οὐχ ὁ μέν τις λίθος ἐστίν, ὅμοιο τῷ πατουμένῳ, ὁ δ᾽ ἐστὶ χαλκός, οὐ κρείσσων τῶν εἰς τὴν χρῆ σιν ἡμῖν κεχαλκευμένων σκευῶν, ὁ δὲ ξύλον, ἤδη καὶ σεσηπός ὁ δὲ ἄργυρος, χρῄζων ἀνθρώπου τοῦ φυλάξαντος, ἵνα μὴ κλαπῇ ὁ δὲ σίδηρος, ὑπὸ ἰοῦ διεφθαρμένος, ὁ δὲ ὄστρακον, οὐδὲν τοῦ κατεσκευασμένου πρὸς τὴν ἀτιμοτάτην ὑπηρεσίαν εὐπρεπέστερον 3. οὐ φθαρτῆς ὕλης ταῦτα πάντα; οὐχ ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸ κεχαλκευμένα; οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν λιθοξόος, ὁ δὲ χαλκεύς, ὁ δὲ ἀργυροκόπος, ὁ δὲ κεραμεὺς ἔπλασεν; οὐ πρὶν ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἣν ἕκαστον αὐτῶν ἑκάστῳ, ἔτι καὶ νῦν, μεταμεμορφωμένον; οὐ τὰ νῦν ἐκ τῆς αὐτῆ ὕλης ὄντα σκεύη γένοιτ᾽ ἄν, εἰ τύχοι τῶν αὐτῶν τεχνιτῶν, ὅμοια τοιούτοις; 4. οὐ ταῦτα πάλιν, τὰ νῦν ὑφ᾽ ὑμῶν προσκυνούμενα δύναιτ᾽ ἂν ὑπὸ ἀνθρώπων σκεύη ὅμοια γενέσθαι τοῖς λοιποῖς; οὐ κωφὰ πάντα; οὐ τυφλά; οὐκ ἄψυχα; οὐκ ἀναίσθητα; οὐκ ἀκίνητα; οὐ πάντα σηπόμενα; οὐ πάντα φθειρόμενα; 5. ταῦτα θεοὺ καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε, τέλεον δ᾽ αὐτοῖ ἐξομοιοῦσθε. 6. διὰ τοῦτο μισεῖτε Χριστιανούς, ὅτι τούτους οὐχ ἡγοῦνται θεούς. 7. ὑμεῖς γὰρ αἰνεῖν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι, οὐ πολὺ πλέον αὐτῶν καταφρονεῖτε; οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε, τοὺς μὲν λιθίνους καὶ ὀστρακίνους σέβοντε ἀφυλάκτους, τοὺς δὲ ἀργυρέους καὶ χρυσοῦς ἐγκλείοντες ταῖς νυξ

15 *ἕκαστον* : *ἕκαστος* A h | 16 *ἔτι καὶ νῦν* A h : *εἰκάζειν* con L | 18 *ὑμῶν* *ἡμῶν* A h | 19 *ὑπό* : *ὑπ᾽* h | 24 *αἰνεῖν* em L : *οἱ νῦν* A h | *οἰόμενοι* A h *σεβόμενοι* con L | 27 *ἀφυλάκτους* : *ἀφυλάκτως* A h

— *αὐτὸς ὡμολόγησας*] Cf. c. 1: *καινὸν τοῦτο γένος*. — *ἴδε*] Ita, non *ἰδέ*, Hellenistae scribere solebant. Cf. Barn. 15, 7. Winer § 6, 1 a. — *ἐρεῖτε*] Recentiores hac forma praesentis instar utuntur. Cf. Stephanus, Thesaur. s. h. v.

2. *ὁ μέν τις . . . ὁ δέ*] Cf. 8, 2. — *λίθος κτλ.*] Cf. Praedic. Petri e Hilgenfeld p. 58, 20—31. — *ἵνα μὴ κλαπῇ*] Similiter Aristides 3, 2.

3. Cf. Aristides 3, 2.

mentem tuam praeoccupantibus purgaveris et consuetudinem te decipientem abieceris et factus fueris velut ab initio novus homo, quippe etiam doctrinae novae, sicut ipse quoque confessus es, auditor futurus: non solum oculis, sed et mente conspicias, cuius substantiae aut cuius formae sint, quos vocatis et existimatis deos. 2. Nonne alius lapis est, ei similis, qui calcatur; alius est aes, non melius quam quae in usum nostrum fabricata sunt vasa; alius lignum, iam etiam putridum; alius argentum, cui opus est homine custodiente, ne furto auferatur; alius ferrum, rubigine corruptum; alius testa, nihilo praestantior ea, quae ad abiectissimum ministerium facta est? 3. Nonne ex materia corruptibili sunt haec omnia? Nonne ferri et ignis ope fabricata? Nonne eorum aliud sculptor lapidum, aliud faber aerarius, aliud argentarius faber, aliud figulus finxit? Nonne, priusquam artibus horum in formas istorum effecta sunt, unumquodque eorum ab unoquoque, idque etiam nunc, transformabatur? Nonne quae nunc ex eadem materia sunt vasa, si eosdem artifices nanciscerentur, similia talibus reddi possent? 4. Nonne haec rursus, quae nunc a vobis adorantur, possent ab hominibus vasa fieri reliquis similia? Nonne surda sunt omnia? Nonne caeca? Nonne inanima? Nonne sensus expertia? Nonne immobilia? Nonne omnia putrescunt? Nonne omnia corrumpuntur? 5. Haec deos vocatis, his servitis, haec adoratis; omnino autem similes iis reddimini. 6. Idcirco odistis Christianos, quia hos esse deos non arbitrantur. 7. Vos autem, qui honorare putatis et existimatis, nonne multo magis eos contemnitis? Nonne multo magis eos irridetis et iniuria afficitis, dum lapideos quidem et testaceos veneramini sine custodibus, argenteos autem et aureos

4. *ἄψυχα*] Cf. Iust. Apol. I, 9; Melit. philos. Oratio, *Theol. Quartalschrift* 1862 p. 404.

5. *ἐξομοιοῦσθε*] Auctor Ps. 113, 16: *ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ κτλ.* respicere videtur. Clement. Recogn. V, 15: Velim autem dicerent mihi hi, qui idola colunt, si optant similes fieri his, quos colunt: vultne aliquis vestrum sic videre, quomodo illi vident etc.

7. *νομ. κ. οἰόμενοι*] Qui cum codice legunt *οἱ νῦν*, supplent *τούτους θεούς*, sc. hos esse deos. — *αὐτῶν*] potius cum *καταφρονεῖτε* quam cum *πλέον* coniungendum ideoque ad deos, non ad Christianos referendum esse videtur. — *τοὺς μὲν λιθίνοις κτλ.*] Si-

καὶ ταῖς ἡμέραις φύλακας παρακαθιστάντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν; 8. αἷς δὲ δοκεῖτε τιμαῖς προσφέρειν, εἰ μὲν αἰσθάνονται, κολάζετε μᾶλλον αὐτούς· εἰ δὲ ἀναισθητοῦσιν, ἐλέγχοντες αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε. 9. ταῦθ' ὑμῶν τις ὑπομεινάτω, ταῦτα ἀνασχέσθω τις ἑαυτῷ γενέσθαι. ἀλλὰ ἄνθρωπος μὲν οὐδὲ εἷς ταύτης τῆς κολάσεως ἑκὼν ἀνέξεται, αἴσθησιν γὰρ ἔχει καὶ λογισμόν· ὁ δὲ λίθος ἀνέχεται, ἀναισθητεῖ γάρ. οὐκ οὖν τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ ἐλέγχετε. 10. περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δεδουλῶσθαι Χριστιανοὺς τοιούτοις θεοῖς πολλὰ μὲν ἂν καὶ ἄλλα εἰπεῖν ἔχοιμι· εἰ δέ τινι μὴ δοκοίη κἂν ταῦτα ἱκανά, περισσὸν ἡγοῦμαι καὶ τὸ πλείω λέγειν.

III. Ἑξῆς δὲ περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἰουδαίοις θεοσεβεῖν αὐτοὺς οἶμαί σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι. 2. Ἰουδαῖοι τοίνυν, εἰ μὲν ἀπέχονται ταύτης τῆς προειρημένης λατρείας, καλῶς θεὸν ἕνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι φρονεῖν· εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῷ ταύτην, διαμαρτάνουσιν. 3. ἃ γὰρ τοῖς ἀναισθήτοις καὶ κωφοῖς προσφέροντες οἱ Ἕλληνες ἀφροσύνης δεῖγμα παρέχουσι, ταῦθ' οὗτοι καθάπερ προσδεομένῳ τῷ θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν μωρίαν εἰκὸς μᾶλλον ἡγοῖντ' ἄν, οὐ θεοσέβειαν. 4. ὁ γὰρ *ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς* καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν, ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός. 5. οἱ δέ γε θυσίας αὐτῷ δι' αἵματος καὶ κνίσης καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἰόμενοι καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν, οὐδέν μοι δοκοῦσι διαφέρειν τῶν εἰς τὰ κωφὰ τὴν αὐτὴν ἐνδεικνυμένων φιλοτιμίαν· τῶν μὲν μὴ δυναμένοις τῆς τιμῆς μεταλαμβάνειν, τῶν δὲ δοκούντων παρέχειν τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ.

IV. Ἀλλὰ μὴν τό γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδεὲς καὶ τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν καὶ τὴν τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν καὶ τὴν τῆς νηστείας καὶ νουμηνίας εἰρωνείαν, καταγέλαστα

1 *παρακαθιστάντες* : *-καθίσαντες* A h | 2 *αἷς* . . *τιμαῖς* : *ὡς* . . *τιμὰς* h | 3 *κνίσσαις* h | 9 *μὲν ἂν* em L : *μὲν* A h | 10 *δοκείη* h | *τό* : *τὰ* h | 13 *καλῶς* em Hilgenfeld (*Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1873 p. 275): *καὶ εἰς* A h | 23 *κνίσσης* h | 25 *τῶν* pr > h | *ἐνδεικνυμένων* em : *-νύμενοι* A h | 25/26 *τῶν μὲν μὴ δυναμένοις* em Gebhardt : *τῶν μὴ δυναμένων* A h | 26 *τῶν δὲ δοκ.* em L : *τὸ δὲ δοκεῖν τινα* A h | 30 *καὶ* sec > h

militer Clem. Recogn. V, 15. — *φύλ.* | *παρακαθιστάντες*] Cf. Iust. Apol. I, 9;

nocte includitis atque interdiu custodes apponitis, ne furto auferantur? 8. Honoribus vero, quos opinamini offerre, potius supplicio eos afficitis, siquidem sensu praediti sunt; sin expertes sunt sensus, dedecorantes sanguine et nidoribus eos colitis. 9. Haec vestrum aliquis sufferto, haec patitor aliquis sibi fieri! Sed ne unus quidem hominum hoc supplicium nisi invitus patietur, sensu enim praeditus est et ratione; at lapis patitur, sensu enim caret. Non sane sensum eius evincitis. 10. Ac de eo, quod Christiani diis huiusmodi in servitutem addicti non sint, multa quidem et alia haberem dicere; si cui tamen haec ipsa sufficere non videantur, supervacaneum arbitror et plura dicere.

III. Deinceps autem de eo, quod non idem cultus divinus iis est atque Iudaeis, te maxime cupidum esse audiendi puto. 2. Iudaei igitur, si quidem abstinent cultu supra memorato, bene deum unum omnium venerari dominumque existimare volunt: si simili tamen modo, quo supra dicti, hoc cultu eum prosequuntur, in errore versantur. 3. Nam quae gentiles, sensus expertibus et surdis offerentes, dementiae dant argumentum, haec illi, deo tanquam indigenti praebere putantes, stultitiam forte potius existiment, non cultum divinum. 4. Qui enim ***caelum et terram atque omnia, quae in iis sunt, condidit*** atque nobis omnibus ea suppeditat, quibus indigemus, ipse nullo eorum indiget, quae ipse iis largitur, qui ei se dare putant. 5. At ii, qui per sanguinem et nidorem et holocausta se facere ei sacrificia putant hisque honoribus eum ornare putant, nihil ab iis differre mihi videntur, qui eandem munificentiam praestant sensu carentibus; hi enim iis, quae honorem non possunt percipere, illi ei aliquid praebere sibi videntur, qui nulla re indiget.

IV. At vero eorum quoad cibos timiditatem et circa sabbata superstitionem et circa circumcisionem iactantiam et circa ieiunium et novilunium simulationem, quae ridicula sunt et nulla

19 Exod. 20, 11; Ps. 145, 6; Act. 14, 15.

Melit. philos. l. c. p. 405.

III, 4. *πᾶσιν ἡ. χορηγῶν κτλ.*] Cf. Act. 17, 24. 25; Iust. Apol. 1, 10; Aristides 1, 6; 13, 4.

5. *οὐδέν μοι κτλ.*] Cf. Barn. 16, 2.

IV, 1. *περὶ τὰς βρώσεις κτλ.*] Cf. Aristides 14, 4; Tert. Apol. c. 21.

καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου, οὐ νομίζω σε χρῄζειν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. 2. τό τε γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κτισθέντων εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων ἃ μὲν ὡς καλῶς κτισθέντα παραδέχεσθαι, ἃ δ' ὡς ἄχρηστα καὶ περισσὰ παραιτεῖσθαι, πῶς οὐκ ἀθέμιστον; 3. τὸ δὲ καταψεύδεσθαι θεοῦ ὡς κωλύοντος ἐν τῇ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν, πῶς οὐκ ἀσεβές; 4. τὸ δὲ καὶ τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς μαρτύριον ἐκλογῆς ἀλαζονεύεσθαι ὡς διὰ τοῦτο ἐξαιρέτως ἠγαπημένους ὑπὸ θεοῦ, πῶς οὐ χλεύης ἄξιον; 5. τὸ δὲ παρεδρεύοντας αὐτοὺς ἄστροις καὶ σελήνῃ τὴν παρατήρησιν τῶν μηνῶν καὶ τῶν ἡμερῶν ποιεῖσθαι καὶ τὰς οἰκονομίας θεοῦ καὶ τὰς τῶν καιρῶν ἀλλαγὰς καταδιαιρεῖν πρὸς τὰς αὐτῶν ὁρμάς, ἃς μὲν εἰς ἑορτάς, ἃς δὲ εἰς πένθη· τίς ἂν θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλέον ἡγήσαιτο δεῖγμα; 6. τῆς μὲν οὖν κοινῆς εἰκαιότητος καὶ ἀπάτης καὶ τῆς Ἰουδαίων πολυπραγμοσύνης καὶ ἀλαζονείας ὡς ὀρθῶς ἀπέχονται Χριστιανοί, ἀρκούντως σε νομίζω μεμαθηκέναι· τὸ δὲ τῆς ἰδίας αὐτῶν θεοσεβείας μυστήριον μὴ προσδοκήσῃς δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν.

V. Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῇ οὔτε φωνῇ οὔτε ἔθεσι διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων. 2. οὔτε γάρ που πόλεις ἰδίας κατοικοῦσιν οὔτε διαλέκτῳ τινὶ παρηλλαγμένῃ χρῶνται οὔτε βίον

1 *οὐ* St : > A h | 4 *οὐκ ἀθέμιστον* em Gebhardt : *οὐ θέμις ἐστὶ* A h | 6 *μαρτυρίων* h | 10/11 *καταδιαιρεῖν* : *καταδ . . . εῖν* A h | 12 *ἡγήσαιτο* h : *ἡγήσεται* (*-σηται* St) *τὸ* A | 14 *ὡς* Bunsen : > A h | 15 *σε* h : *τε* A (sec m corr.) b

5. *ἄστροις*] Hoc eo refertur, quod Iudaei, a nocturno tempore diem latiore sensu sic dictum (*νυχθήμερον*) inchoantes, initium diei adeoque etiam sabbati et dierum festorum in ortu stellarum statuunt, hoc modo, ut, cum tres stellae mediocris magnitudinis comparuerint, noctem esse dicant: cum duae, tempus esse, quod vocant *inter soles*: cum una, diem proprie sic dictum nondum exiisse contendant. Quapropter haec lex apud Iudaeos obtinuit: quicunque die Veneris exeunte, circa initium sabbati, stellis tribus mediocribus conspectis operatus fuerit, eum peccasse adeoque teneri sacrificio piaculari offerendo: qui visis duabus, cum dubitetur, utrum dies sit an nox, teneri eum victimae pro delicto dubio immolandae: qui conspicata una, hunc liberum esse a sacrificio (Böhl). — *σελήνῃ*] sc. novilunia celebrandi causa. — *παρατήρησιν κτλ.*] Cf. Gal. 4, 10. — *οἰκονομίας κτλ.*] sc. ordinationes in rerum universitate a Deo factas: et hoc quidem loco tempestatum vicissitudines a Deo sic dispositae hac voce significantur, quas statim dicit

memoratione digna, non arbitror te necesse habere a me discere. 2. Etenim eorum, quae a deo in usum hominum creata sunt, alia quidem tamquam bene creata accipere, alia vero ut inutilia et supervacanea recusare, quomodo non est nefas? 3. Porro de deo mentiri, vetare eum boni aliquid die sabbati peragere, quomodo non est impium? 4. Tum etiam de carnis imminutione tamquam electionis testimonio gloriari, quasi ob eam eximie dilecti sint a deo, quomodo derisione non est dignum? 5. Denique eos, adsidentes stellis et lunae, observationem mensium et dierum instituere et ordinationes dei ac temporum vicissitudines pro suo arbitratu distribuere, alias ad festos dies, alias ad luctum, quis hoc cultus divini et non dementiae multo magis existimet argumentum? 6. Communi igitur vanitate et errore atque Iudaeorum curiositate et iactantia recte Christianos abstinere, abunde te didicisse existimo; sed divini cultus illis proprii mysterium ne te ab homine ullo doceri posse speres.

V. Christiani enim neque regione neque sermone neque vitae institutis distincti a ceteris sunt hominibus. 2. Nam neque civitates proprias incolunt neque sermone utuntur quodam

καιρῶν ἀλλαγάς (Böhl). — ἑορτάς] Huc referenda sunt Iudaeorum festa maiora, Paschatis, Pentecostes et Tabernaculorum, quae in ipsas tempestatum mutationes incidebant; quibus addi potest dies festus ineuntis anni (Böhl). — πένθη] Dies expiationis (Lev. 23, 27—32) luctu, maxime ieiunio agendo, celebratur; unde factum est, ut diceretur νηστεία, ieiunium magnum (Böhl). — τίς ἂν κτλ.] Cf. 3, 3.

6. κοινῆς εἰκ. κ. ἀπάτης] Auctor respicit ad capita II—III, ubi exposuit, Deo vel diis sacrificia per sanguinem et nidorem et holocausta offerentes Iudaeos et Hellenes similiter errare. — πολυπραγμοσύνης] Respicit auctor ad curiosum Iudaeorum studium varia ad Dei cultum pertinentia coacervandi. — τὸ δὲ τ. ἰδίας κτλ.] i. e. non verbis hominis, quid sit illud mysterium, cognoscis, sed gratia Dei vitam christianam vivens. — θεοσ. μυστήριον] Cf. I Tim. 3, 16.

V. Cf. Arist. Apol. 15.

1. Tertullianus Apol. c. 42: Quo pacto (sc. infructuosi in negotiis dicuntur) homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? Cf. Celsus apud Orig. C. Cels. VIII, 28. 55. Altera ex parte Basilius M. Reg. fus. tract. 22, 3: εἶναί τινα καὶ Χριστιανοῦ ἰδιότητα καὶ ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος εὐπρεπὲς καὶ ἀκόλουθον. — ἔθεσι] Hoc vocabulo non virtutes designantur, sed instituta ad habitum vel consuetudinem victus pertinentia. Cf. v. 4.

2. Hic versus praecedentem bene

παράσημον ἀσκοῦσιν. 3. οὐ μὴν ἐπινοίᾳ τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἐστιν εὑρημένον, οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, ὥσπερ ἔνιοι. 4. κατοικοῦντες δὲ πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθη, καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδείκνυνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. 5. πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη. 6. γαμοῦσιν ὡς πάντες, τεκνογονοῦσιν· ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. 7. τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται, ἀλλ' οὐ κοίτην. 8. *ἐν σαρκὶ* τυγχάνουσιν, ἀλλ' *οὐ κατὰ σάρκα* ζῶσιν. 9. ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. 10. πείθονται τοῖς ὡρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. 11. ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. 12. ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται. 13. *πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς*· πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισσεύουσιν. 14. ἀτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται. 15. *λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν*· ὑβρίζονται, καὶ τιμῶσιν.

2 *μάθημα* h : *μαθήματι* A | *εὑρημένον* h : *εἰρημένον* A | 4 ὡς : *ὥσπερ* b | 5 *καὶ* pr em Otto : *ἐν* A h | 12 *κοίτην* em Maran : *κοινὴν* A h

interpretatur.

3. Cf. 7, 1.

4. *πόλεις κτλ.*] Cf. 6, 2. — *βαρβάρους*] Hac voce Iustinus Apol. I, 46 et Tatianus Orat. c. 1 Iudaeos appellant, et auctor noster c. 1 et 5, 17 Iudaeos Graecis seu gentilibus opponit. Hoc autem loco vox *βάρβαροι* sensum ampliorem habere et non solum Iudaeos, sed etiam alios barbaros (cf. Iren. Adv. haer. praef. c. 3) significare videtur.

5. *πάροικοι*] Cf. 6, 8. I Petr. 2, 11; I Clem. inscr. — *πᾶσα ξένη κτλ.*] Philo De confus. ling. c. 17: *κατῴκησαν ὡς ἐν πατρίδι, οὐχ ὡς ἐπὶ ξένης παρῴκησαν.* Clem. Al. Paed. III, 8, 41 p. 278: *πατρίδα ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχομεν.* Euripid. Fragm. 1034 Nauck: *ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.* Epictetus Dissert. III, 24, 64 de Diogene dicit: *πᾶσα γῆ πατρὶς ἦν ἐκείνῳ, ἐξαίρετος δ' οὐδεμία.*

6. De nuptiis Christianorum veterum cf. Iust. Apol. I, 29; Athenag. Leg. c. 28. 33; Clem. Al. Paedag. II, 10. — *οὐ ῥίπτουσι τ. γενν.*] Cf. Iust. Apol. I, 27; Athenag. c. 30.

7. Repellit auctor rumores illos, Christianos in cena vel potius agape celebranda incestos sequi Oedipi concubitus, et similiter Tertullianus Apol. c. 39 dicit: Omnia indiscreta sunt apud nos praeter uxores. Cf.

insolito neque vitam degunt insignitam. 3. Neque vero cogitatione quadam et hominum curiosorum sollicitudine haec disciplina ab iis est inventa, neque dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli. 4. Incolentes autem civitates et graecas et barbaras, prout cuiusque sors tulit, et indigenarum instituta sequentes in vestitu victuque ac reliquo vivendi genere mirabilem et omnium consensu incredibilem vitae suae statum proponunt. 5. Patrias habitant proprias, sed tamquam inquilini; omnia cum aliis habent communia tamquam cives, et omnia patiuntur tamquam peregrini; omnis peregrina regio eorum est patria, et omniš patria peregrina. 6. Uxores ducunt ut omnes, liberos procreant; sed non abiciunt fetus. 7. Mensam communem habent, non lectum. 8. *In carne* sunt, sed *non secundum carnem* vivunt. 9. In terra degunt, sed in caelo civitatem suam habent. 10. Obsequuntur legibus constitutis, et suo vitae genere superant leges. 11. Amant omnes, et omnes eos persequuntur. 12. Ignorantur, et condemnantur; morte afficiuntur, et vivificantur. 13. *Mendici sunt, et ditant multos;* omnibus rebus indigent, et omnia illis redundant. 14. Dedecorantur, et inter dedecora afficiuntur gloria; fama eorum laceratur, et iustitiae eorum testimonium perhibetur. 15. *Obiurgantur, et benedicunt;* contumeliose tractantur, et honorem deferunt. 16. Cum bonum

12 II Cor. 10, 3; Rom. 8, 12. 13. — 13 Philipp. 3, 18—20. — 16 II Cor. 6, 9. — 17 II Cor. 6, 10. — 20 I Cor. 4, 12.

Iust. Apol. I, 26; Dialog. c. 10; Athenag. Leg. c. 31—34; Theoph. Ad Autol. III, 4; Minuc. Fel. Octav. c. 31; Tert. l. c. c. 7. Otto, qui *κοινὴν* bis legit, explicat: mensam communem (germanice *gemeinsamen Tisch*) apponunt, non vero vulgarem vel pollutam (germanice *gemeinen*). — *τράπεζαν κοινὴν*] Similiter Chrysostomus Adv. oppugn. vit. monast. III, 11 in. (ed. Bened. I, 94) de monachis.

9. Origenes In Ps. 15, 3: *ἐν οὐρανῷ οἱ ἅγιοι τὸ πολίτευμα ἔχοντες ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ διατρίβουσιν* (ed. Bened. II, 598). Similiter Orig. In Ps. 118, 89 (II, 805); Ad Rom. lib. II c. 4 (IV, 478); Tert. Apolog. c. 1; Didymus Ad II Cor. 12, 2 (PG 39, 1725).

10. *πείθονται κτλ.*] Cf. Iust. Apol. I, 12. 17; Tat. Orat. c. 4 — *νικῶσι*] sc. non solum ea, quae iubebant leges, sed maiora etiam praestantes (Otto). Lactantius Div. instit. VI, 23, 21: unusquisque .. nec tantum legibus publicis pareat, sed sit supra omnes leges, qui legem Dei sequitur. Cf. Iust. Apol. I, 12.

11. Cf. 6, 6. Similes sententias exhibet Iustinus Apol. I, 14. 39. 57.

14. *δοξάζονται*] sc. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

16. ἀγαθοποιοῦντες ὡς κακοὶ κολάζονται· κολαζόμενοι χαίρουσιν ὡς ζωοποιούμενοι. 17. ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.

VI. Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχή, τοῦτ' εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί. 2. ἔσπαρται κατὰ πάντων τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἡ ψυχή, καὶ Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις. 3. οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχή, οὐκ ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου. 4. ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι· καὶ Χριστιανοὶ γινώσκονται μὲν ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ, ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει. 5. μισεῖ τὴν ψυχὴν ἡ σὰρξ καὶ πολεμεῖ μηδὲν ἀδικουμένη, διότι ταῖς ἡδοναῖς κωλύεται χρῆσθαι· μισεῖ καὶ Χριστιανοὺς ὁ κόσμος μηδὲν ἀδικούμενος, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ἀντιτάσσονται. 6. ἡ ψυχὴ τὴν μισοῦσαν ἀγαπᾷ σάρκα καὶ τὰ μέλη· καὶ Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν. 7. ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, συνέχει δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα· καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δὲ συνέχουσι τὸν κόσμον. 8. ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ· καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι. 9. κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτοῖς ἡ ψυχὴ βελτιοῦται· καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον. 10. εἰς τοσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ θεός, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.

11 *μὲν ὄντες* : *μένοντες* A h | 22 *ἡμέρας* h

17. Cf. Iust. Apol. I, 31; Tert. Apol. c. 1.

VI, 1. Christus suos sal terrae et lucem mundi appellat Matth. 5, 13—14.

2. *καὶ Χριστιανοὶ κτλ.*] sc. *ἐσπαρμένοι εἰσίν.*

4. Verba *ἀόρατος δὲ αὐ. ἡ θεοσέβεια μένει*, ut ex oppositis patet, videntur significare Dei cultum, qui non externo modo, h. e. sacrificiis aliisque ineptis institutis (ut apud gentiles et Iudaeos c. 2—4), sed animo peragatur. Cf. Iust. Apol. I, 6; Rom. 12. 1 (Otto).

7. *ὡς ἐν φρουρᾷ*] Alludit auctor hic et infra v. 9 ad verba Platonis Phaed. c. 6 p. 62: *ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ μὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδὲ ἀποδιδράσκειν.* — *συνέχουσι τ. κόσμον*] Similem sententiam exhibent Iustinus Apol. II, 7: *ἐπιμένει ὁ θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι . . διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν*, et Clemens Al. Quis dives c. 36 p. 955: τοῦτ'

faciant, tamquam improbi puniuntur; dum puniuntur, gaudent, tamquam vivificentur. 17. Iudaei adversus eos tamquam alienigenas bellum gerunt et gentiles eos persequuntur; atque causam inimicitiarum dicere osores nequeunt.

VI. Ut autem simpliciter dicam: quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani. 2. Dispersa est per omnia corporis membra anima: et Christiani per mundi civitates. 3. Habitat quidem in corpore anima, sed non est e corpore: et Christiani in mundo habitant, sed non sunt e mundo. 4. Invisibilis anima in visibili custoditur corpore: et Christiani conspiciuntur quidem in mundo degentes, sed invisibilis est eorum pietas. 5. Odio et bello animam caro prosequitur nulla affecta iniuria, quia voluptatibus frui prohibetur: odit et Christianos mundus nulla affectus iniuria, quia voluptatibus repugnant. 6. Anima carnem amat, quae ipsam odit, et membra: et Christiani osores amant. 7. Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa continet corpus: et Christiani detinentur quidem in mundo tamquam in custodia, sed ipsi continent mundum. 8. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: et Christiani peregrinantur in corruptibilibus, caelestem incorruptibilitatem expectantes. 9. Anima cibis et potionibus male tractata fit melior: et Christiani suppliciis affecti cotidie numero crescunt. 10. In tanta eos statione posuit deus, quam nefas est iis defugere.

1 II Cor. 6, 10. — 9 Ioann. 17, 11. 14. 16. — 12 Gal. 5, 17. — 14 Ioann. 15, 18. 19. — 16 Matth. 5, 44; Luc. 6, 27.

ἐστι τὸ σπέρμα . . ὥσπερ ἐπί τινα ἐμπορίαν ἐνταῦθα πεμπόμενον· . . . καὶ πάντα, μέχρις ἂν ἐνταῦθα τὸ σπέρμα μένῃ, συνέχεται.

8. *θν. σκηνώματι*] Cf. Sap. 9, 15; II Cor. 5, 1; I Petr. 1, 13. 14.

9. *κακουργουμένη κτλ.*] De anima h. e. sede appetituum dicitur, quod de corpore dici consuevit (Otto). Cf. Luc. 12, 19. — *Χριστιανοὶ κτλ.*] Tert. Apol. c. 50: Plures efficimur, quotiens metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum. Iust. Dial. c. 110; Lact. Div. instit. V, 23; Chrysost. De Chan. c. 1 (ed. Bened. III, 432); Adv. oppugn. vit. monast. II, 9 (I, 71); Aug. De catech. rud. c. 24 n. 44. Otto locum non de externo, sed de interno Christianorum incremento intellegit. Cui interpretationi quidem favent, quae praecedunt. At 7, 8 iisdem fere verbis externum incrementum exprimitur, et similis sententia Exod. 1, 12 legitur, quem locum fortasse in mente habuit.

10. Cf. v. 7.

VII. Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὕρημα τοῦτ᾽ αὐτοῖς παρεδόθη, οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς, οὐδὲ ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν μυστηρίων πεπίστευνται. 2. ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος θεός, αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν λόγον τὸν ἅγιον καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ἐνίδρυσε καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν· οὐ, καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις ὑπηρέτην τινὰ πέμψας ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα ἤ τινα τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια ἤ τινα τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν, οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα, παρ᾽ οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων ὁ ἥλιος εἴληφε φυλάσσειν, ᾧ πειθαρχεῖ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι, ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ· ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται καὶ ὑποτέτακται, οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς, γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ, πῦρ, ἀήρ, ἄβυσσος, τὰ ἐν ὕψεσι, τὰ ἐν βάθεσι, τὰ ἐν τῷ μεταξύ· τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν. 3. Ἆρά γε, ὡς ἀνθρώπων ἄν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; 4. οὐ μὲν οὖν· ἀλλ᾽ ἐν ἐπιεικείᾳ καὶ πραΰτητι ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἔπεμψεν, ὡς θεὸν ἔπεμψεν, ὡς ἄνθρωπον πρὸς ἀνθρώπους ἔπεμψεν, ὡς σώζων ἔπεμψεν, ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ θεῷ. 5. ἔπεμψεν ὡς καλῶν, οὐ διώκων· ἔπεμψεν ὡς ἀγαπῶν, οὐ κρίνων. 6. πέμψει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα· καὶ τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται;

4 *αὐτοῖς* h | 13 *ὁ ἥλιος* St : > A h | 20 *καὶ* > A h | 22 *ἄνθρωπον* > A h | 25 *ὑποστήσεται* : post hanc vocem sequitur lacuna, in h paene duas lineas amplectens, et in margine librarius adnotavit: *οὕτως καὶ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ εὗρον ἐγκοπὴν παλαιοτάτου ὄντος* (l. *παλαιοτάτῳ ὄντι*) A h

VII, 1. *οὐ γὰρ ἐπίγειον κτλ.*] Cf. Ps.-Iust. Cohort. c. 8. — *ὡς ἔφην*] Respicit auctor ad 5, 3 et ad propositum revertitur, a quo Christianorum mores describens degressus est.

2. *ἄγγελον κτλ.*] Similiter Apocalypsis Sophoniae ed. Stern 1886 p. 10 (*Zeitschrift für ägyptische Sprache und Altertumskunde* XXIV, 122) et Apocalypsis Eliae (*Texte und Unters. N. F.* II, 3ᵃ p. 69): Non angelum iussit ad nos venire neque archangelum neque ullam potestatem, sed ipse in hominem se convertit, qui ad nos veniret, ut nos salvaret. — *μυστήρια*] i. e. leges, quibus creator rerum naturam moderatur, quaeque hominum intellectum latent (Böhl). — *στοιχεῖα*] sunt aut sidera postea enumerata sol, luna et stellae (cf. Theoph. Ad Autol. I, 4—6), aut duodecim signa Zodiaci (cf. Epiph. H. 16 c. 2). -

VII. Non enim terrenum, ut dixi, inventum hoc iis traditum est, neque mortalem cogitationem tam accurate custodiendam sibi censent, neque humanorum mysteriorum oeconomia illis commissa est. 2. Sed ipse vere omnium regnator et omnium conditor et invisibilis deus, ipse e caelis veritatem et verbum sanctum et incomprehensibile inter homines locavit et cordibus eorum infixit; non quemadmodum aliquis conicere possit, hominibus ministrum aliquem mittens aut angelum aut principem aut aliquem eorum, qui terrena gubernant, aut aliquem eorum, quibus commissa est cura rerum in caelis administrandarum, sed ipsum opificem et creatorem omnium, per quem caelos condidit, per quem mare suis terminis inclusit, cuius mysteria fideliter omnia observant sidera, a quo mensuras diurnorum cursuum accepit sol observandas, cui obtemperat luna iubenti eam lucere nocti, cui obtemperant stellae lunae cursum sequentes; a quo omnia disposita sunt et limitibus circumscripta eique subdita: caeli et quae in caelis, terra et quae in terra, mare et quae in mari, ignis, aër, abyssus, quae in altitudine, quae in profundis, quae in medio sunt: hunc ad eos misit. 3. An, ut hominum aliquis cogitare possit, tyrannidis exercendae et terroris incutiendi causa? 4. Minime vero; sed in clementia et lenitate ut rex mittens filium regem misit eum, ut deum misit, ut hominem ad homines misit, ut servans misit, ut persuadens, non violentiam adhibens; violentia enim non inest deo. 5. Misit ut vocans, non persequens; misit ut amans, non iudicans. 6. Mittet enim eum iudicantem: et quis eius adven-

3 I Cor. 9, 17. — 20 Zach. 9, 9. — 21 Ioann. 3, 17. — 22 Ioann. 3, 17. — 25 Malach. 3, 2.

ὑποτέκακται] sc. *τῷ λόγῳ*. Cf. I Cor. 15, 27. 28; Eph. 1, 22; Phil. 3, 21; Hebr. 2, 8. Otto respiciens 10, 2 et Iust. Apol. II, 5 subaudit *ἀνθρώποις*.

4. *ἐν ἐπ. καὶ πραΰτητι κτλ.*] Auctor respicere videtur Zach. 9, 9 (Matth. 21, 5): *ὁ βασιλεὺς ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς*. — *ὡς θεόν*] sc. qui sua natura bonus est hominumque amans; cf. I Ioann. 4, 8 (Otto). — *ὡς ἄνθρωπον*] Cf. Ies. 19, 20; Lact. Div. instit. IV, 24—25. — *ὡς σώζων*] Origenes Selecta in Ps. ed. Bened. II, 555: *ὁ θεὸς ἡμῶν θεός ἐστι τοῦ σώζειν*. — *ὡς πείθων οὐ βιαζόμενος*] Orig. l. c. II, 556: *οὐδένα γὰρ ἄκοντα νικᾷ ὁ Χριστός, ἀλλὰ πείθων*. — *βία κτλ.*] Item Irenaeus Adv. haer. IV, 37, 1: *βία θεῷ οὐ πρόσεστιν, ἀγαθὴ δὲ γνώμη πάντοτε συμπάρεστιν αὐτῷ*.

6. *ὑποστήσεται κτλ.*] Sylburg la-

. . . 7. [οὐχ ὁρᾷς] παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν κύριον, καὶ μὴ νικωμένους; 8. οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζονται, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους; 9. ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα· ταῦτα δύναμίς ἐστι θεοῦ· ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα.

VIII. Τίς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἠπίστατο, τί ποτ' ἐστὶ θεός, πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν; 2. Ἢ τοὺς κενοὺς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχῃ τῶν ἀξιοπίστων φιλοσόφων, ὧν οἱ μέν τινες πῦρ ἔφασαν εἶναι τὸν θεὸν (οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοί, τοῦτο καλοῦσι θεόν), οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δ' ἄλλο τι τῶν στοιχείων τῶν ἐκτισμένων ὑπὸ θεοῦ; 3. καίτοι γε, εἴ τις τούτων τῶν λόγων ἀπόδεκτός ἐστι, δύναιτ' ἂν καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων ἓν ἕκαστον ὁμοίως ἀποφαίνεσθαι θεόν. 4. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν· 5. ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν, αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. 6. ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ᾗ μόνῃ θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται. 7. ὁ γὰρ δεσπότης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων θεός, ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας, οὐ μόνον φιλάνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ μακρόθυμος. 8. ἀλλ' οὗτος ἦν μὲν ἀεὶ τοιοῦτος καὶ ἔστι καὶ ἔσται, χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀόργητος καὶ ἀληθής, καὶ μόνος ἀγαθός ἐστιν· 9. ἐννοήσας δὲ μεγάλην καὶ ἄφραστον ἔννοιαν ἀνεκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί. 10. ἐν ὅσῳ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν, ἀμελεῖν ἡμῶν καὶ ἀφροντιστεῖν ἐδόκει· 11. ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς καὶ ἐφανέρωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἡτοιμασμένα, πάνθ' ἅμα παρέσχεν ἡμῖν, καὶ μετασχεῖν τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ νοῆσαι, ἃ τίς ἂν πώποτε προσεδόκησεν ἡμῶν;

2/3 *κολάζονται* A h : *κολάζοντες* St | 5 *δείγματα* em St : *δόγματα* A h | 8 *τινες* A : > h | 14 *εἶδεν* : *εἶπεν* A h | 16 *μόνῃ* h : *μόνον* A | 21 *ἀνεκοινώσατο* : *ἣν ἐκοινώσατο* A h | 26 *τῶν* A h : > St | *νοῆσαι ἃ τίς* em L : *ποιῆσαι, τις* A h

cunam sequentem his fere verbis explendam esse censuit: *καὶ ταύτην δὲ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀνενδοιάστως παραδοκῶντας τοὺς κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπ' αὐτὸν πεπιστευκότας οὐδὲν τοπαράπαν ἐστὶ τὸ ἐκφοβεῖν ἢ δουλαγωγεῖν δυνάμενον. οὐχ ὁρᾷς γὰρ πολλαχοῦ κεφαλοτομουμένους τε καὶ σταυρουμένους καὶ παραβαλλομένους θηρίοις κτλ.* cf. Iust. Dial. c. 110.

7. Cf. 10, 7.

8. Cf. 6, 9.

9. Cf. Iust. Apol. II, 10 fin.; Orig. De princ. IV, 2.

tum sustinebit? . . . 7. [Nonne vides] obiectos feris, ut abnegent dominum, et non victos? 8. Nonne vides, quo plures supplicio afficiuntur, tanto maiorem fieri numerum reliquorum? 9. Haec non videntur ab homine fieri; haec sunt dei potentia; haec adventus eius sunt argumenta.

VIII. Quis enim omnino hominum norat, qui tandem esset deus, priusquam ipse venerat? 2. An vana et nugacia dicta philosophorum istorum approbas, qui fide perperam digni sunt habiti, quorum alii ignem esse deum dixerunt (ad quod profecturi sunt ipsi, id deum vocant), alii aquam, alii aliud ex elementis a deo creatis. 3. Atqui, si quid horum dictorum approbatione dignum est, possit etiam reliquarum rerum creatarum una quaeque similiter se declarare deum. 4. Verum haec sunt prodigiosa mendacia et imposturae praestigiatorum; 5. hominum vero quisquam nec vidit eum nec notum fecit, sed ipse sese ostendit. 6. Ostendit se autem per fidem, cui soli deum videre concessum est. 7. Nam dominus et opifex omnium deus, qui omnia fecit et suo quaeque ordine disposuit, non solum hominum amans fuit, sed etiam patiens. 8. Erat autem semper talis et est et erit, benignus et bonus et irae expers et verax, et quidem solus bonus est; 9. postquam autem mente concepit magnum aliquid et ineffabile, communicavit cum solo filio. 10. Quamdiu igitur in occulto retinebat et custodiebat sapiens suum consilium, neglegere nos et non curare videbatur; 11. postquam vero per dilectum filium revelavit et patefecit, quae inde ab initio erant praeparata, omnia simul praebuit nobis, et frui suis beneficiis et videre et intellegere, quae quis nostrum unquam exspectasset?

VIII, 1. Cf. Arnob. Adv. nat. II, 73.

2. *ἀξιοπίστων*] Cf. Ign. Philad. 2, 2 not. — *ἀξ. φιλοσόφων κτλ.*] Ps.-Iust. Cohort. c. 4: *'Ορᾶτε τοίνυν τὴν ἀταξίαν τῶν παρ' ὑμῖν νομισθέντων γεγενῆσθαι σοφῶν, . . τῶν μὲν ὕδωρ ἀποφηναμένων ἀρχὴν ἁπάντων εἶναι, τῶν δὲ ἀέρα, τῶν δὲ πῦρ, τῶν δὲ ἄλλο τι.*

6. *ἐπέδειξε*] sc. *ἑαυτόν*. — *διὰ πίστεως*] Cf. Rom. 3, 25; Eph. 3, 17.

7. Praeparat auctor quaestionem, quam c. 9 tractat, cur Deus tam sero hominibus se manifestaverit.

8. *μόνος ἀγ.*] Cf. Matth. 19, 17; Iust. Apol. I, 16.

10—11. Cf. Rom. 16, 25. 26; I Cor. 2, 7—10; Gal. 4, 4. 5; Eph. 3, 4—10; Col. 1, 26. 27.

IX. Πάντ' οὖν ἤδη παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδὶ οἰκονομηκώς, μέχρι μὲν τοῦ πρόσθεν χρόνου εἴασεν ἡμᾶς, ὡς ἐβουλόμεθα, ἀτάκτοις φοραῖς φέρεσθαι, *ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις* ἀπαγομένους· οὐ πάντως ἐφηδόμενος τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν, ἀλλ' ἀνεχόμενος, οὐδὲ τῷ τότε τῆς ἀδικίας καιρῷ συνευδοκῶν, ἀλλὰ τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν, ἵνα ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς νῦν ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ χρηστότητος ἀξιωθῶμεν, καὶ τὸ καθ' ἑαυτοὺς φανερώσαντες ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ τῇ δυνάμει τοῦ θεοῦ δυνατοὶ γενηθῶμεν. 2. ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία καὶ τελείως πεφανέρωτο, ὅτι ὁ μισθὸς αὐτῆς κόλασις καὶ θάνατος προσεδοκᾶτο, ἦλθε δὲ ὁ καιρός, ὃν θεὸς προέθετο λοιπὸν φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν (ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης τοῦ θεοῦ), οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς οὐδὲ ἀπώσατο οὐδὲ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, ἐλεῶν αὐτὸς τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο, αὐτὸς *τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο* λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, *τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων*, τὸν ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. 3. τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; 4. ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ; 5. ὢ τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὢ τῆς ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὢ τῶν ἀπροσδοκήτων εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἑνὶ κρυβῇ, δικαιοσύνη δὲ ἑνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ. 6. ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτῆρα δείξας δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, ἐξ ἀμφοτέρων ἐβουλήθη πιστεύειν ἡμᾶς τῇ χρηστότητι αὐτοῦ, αὐτὸν ἡγεῖσθαι

1/2 *πάντ' — μὲν τοῦ* em L : *πάντ' οὖν ἔδει π. ἑ. σ. τ. παιδὶ οἰκονομικῶς* (hic edd ante Bunsen finierunt c. 8). *μέχρι μὲν οὖν τοῦ* A h | 3 *ἀπαγομένους* A : *ἀταγ.* h, *ἀγομένους* St | 5 *νῦν* : *νοῦν* A h | 8 *φανερώσαντες* h | 12 *ὃν* + *ὁ* h | *φανερῶσαι* : *φανερῶς* h | 13 *ὢ* em Maran : *ὡς* A, > h post *δύναμιν* lineam dimidiam vacuam relinquens | 14 *καὶ ἀγάπης* em : *μία ἀγάπη* A, *μιᾷ ἀγάπῃ* h | *τοῦ θεοῦ* A b : > h spatium vacuum exhibens | 15 *ἐλεῶν* em : *λέγων* A h

IX, 1. *πρόσθεν χρ.*] sc. quo Deus filium misit.

2. *ὢ κτλ.*] Otto, qui cum codice ὡς legit, locum hoc modo explicat: cum (ὡς) Dei amor, qui ab eximia erga homines benevolentia (*φιλαν-*

IX. Postquam igitur omnia iam apud se cum filio disposuit, usque ad superius tempus sivit nos secundum arbitrium nostrum inordinatis motibus ferri, *voluptatibus et cupiditatibus* a recta via abductos; non quod ullo modo gauderet peccatis nostris, sed ea tolerans, neque quod illud iniquitatis tempus approbaret, sed praesens tempus iustitiae creans, ut cum illo tempore convicti essemus e propriis operibus indigni esse vita, nunc dei benignitas nos ea dignaretur, et, cum manifestum fecissemus, ex eo, quod in nobis est, nos non posse ingredi in regnum dei, potentia dei id posse nobis daretur. 2. Cum autem completa esset iniustitia nostra et plene manifestum factum esset, mercedem eius supplicium et mortem imminere, advenissetque tempus, quod deus praestituerat ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam (o immensam humanitatem et caritatem dei), nos odio non habuit neque reiecit neque ultus est, sed patienter tulit, sustinuit, miserans ipse peccata nostra suscepit, ipse *proprium filium dedit* pretium redemtionis pro nobis, sanctum pro iniquis, mali expertem pro malis, *iustum pro iniustis*, incorruptibilem pro corruptibilibus, immortalem pro mortalibus. 3. Quid enim aliud peccata nostra potuit tegere quam illius iustitia? 4. In quo alio iniqui nos et impii iustificari potuimus quam in solo filio dei? 5. O dulcem permutationem, o impervestigabilem institutionem, o inexspectata beneficia: ut iniquitas quidem multorum abscondatur in uno iusto, iustitia autem unius multos iniustos iustificet! 6. Cum igitur superiori tempore nos convicisset, non posse naturam nostram vita potiri, nunc autem servatorem ostendisset, qui servare potest ea etiam, quae servari non poterant, utraque re voluit nos benignitati suae fidem habere, ipsum existimare nutritorem, patrem, magistrum, consiliarium, medicum, sapientiam,

2 Rom. 3, 21—26. — 3 Tit. 3, 3. — 8 Ioann. 3, 5. — 12 Tit. 3, 4. 5. — 16 Rom. 8, 32. — 17 Eph. 1, 7; I Tim. II, 6. — 18 I Petr. 3, 18. — 20 Iac. 5, 20.

θρωπίας) proficiscitur, unicus sit i. e. sibi semper constet quoad abundantiam vel sit summus.

5. Verba ἵνα ἀνομία κτλ. explices sic: beneficia, quae contigerunt iuxta Dei consilium, ut iniquitas etc. (Otto).

τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον, σύμβουλον, ἰατρόν, νοῦν, φῶς, τιμήν, δόξαν, ἰσχύν, ζωήν, περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾶν.

X. Ταύτην καὶ σὺ τὴν πίστιν ἐὰν ποθήσῃς, καὶ λάβῃς πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν πατρός. 2. ὁ γὰρ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε, δι' οὓς ἐποίησε τὸν κόσμον, οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ, οἷς λόγον ἔδωκεν, οἷς νοῦν, οἷς μόνοις ἄνω πρὸς αὐτὸν ὁρᾶν ἐπέτρεψεν, οὓς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνος ἔπλασε, πρὸς οὓς *ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ*, οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο καὶ δώσει τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν. 3. ἐπιγνοὺς δὲ τίνος οἴει πληρωθήσεσθαι χαρᾶς; ἢ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; 4. ἀγαπήσας δὲ μιμητὴς ἔσῃ αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι θεοῦ. δύναται θέλοντος αὐτοῦ. 5. οὐ γὰρ τὸ καταδυναστεύειν τῶν πλησίον οὐδὲ τὸ πλέον ἔχειν βούλεσθαι τῶν ἀσθενεστέρων οὐδὲ τὸ πλουτεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς ὑποδεεστέρους εὐδαιμονεῖν ἐστιν, οὐδὲ ἐν τούτοις δύναταί τις μιμήσασθαι θεόν, ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. 6. ἀλλ' ὅστις τὸ τοῦ πλησίον ἀναδέχεται βάρος, ὃς ἐν ᾧ κρείσσων ἐστὶν ἕτερον τὸν ἐλαττούμενον εὐεργετεῖν ἐθέλει, ὃς ἃ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει, ταῦτα τοῖς ἐπιδεομένοις χορηγῶν θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων, οὗτος μιμητής ἐστι θεοῦ. 7. τότε θεάσῃ τυγχάνων ἐπὶ γῆς, ὅτι θεὸς ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται, τότε μυστήρια θεοῦ λαλεῖν ἄρξῃ, τότε τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι θεὸν καὶ ἀγαπήσεις καὶ θαυμάσεις· τότε τῆς ἀπάτης τοῦ κόσμου καὶ τῆς πλάνης καταγνώσῃ, ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνῷς, ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταφρονήσῃς, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῇς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς τὸ

3 *καὶ λάβῃς* A h : *κατάλαβε* con Gebhardt | 5 *ἐν τῇ γῇ* : *ἐν . .* A, *ἐν* (sine spatio vacuo) h | 6 *ἄνω* b : *ἀ . .* A, *ἀεὶ* h | 18 *κρείσσῳ* h | *ἕτερος* h | 19 *ὃς ἃ* : *ὅσα* A h | 25 *ἐπιγνῷς* em L : *ἐπιγνώσῃ* A, *-ώσῃ* h | 27 *τὸ* A : > h

X, 2. *δι' οὓς ἐποίησε τ. κ.*] Cf. Iust. Apol. I, 10; Apol. II, 4.

3. *ἐπιγνούς*] sc. *τὸν πατέρα.*

5. *ἀλλὰ ταῦτα κτλ.*] i. e. haec sunt contraria illius ditissimae beneficentiae, quam imitari debemus.

6. *θεὸς γ. τ. λαμβανόντων*] In his verbis videri possit alludere ad proverbium: *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον*, i. e. homo homini Deus. Quod ideo dicitur, quoniam, dum alicui opitulamur, hoc ipso facto Deum imitamur. Quod cum ab aliis ethnicis tum vero a Strabone dictum est. Ac inter poëtas latinos Ovidius quiddam tale canit (Stephanus). Pro-

lumen, honorem, gloriam, robur, vitam, de vestitu et victu sollicitos non esse.

X. Hanc si tu quoque expetiveris fidem, etiam adipisceris primum quidem agnitionem patris. 2. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creavit, quibus omnia subiecit, quae in terra sunt, quibus rationem dedit, quibus mentem, quibus solis sursum ad ipsum spectare permisit, quos ad suam imaginem formavit, ad quos ***filium suum unigenitum misit***, quibus caeleste regnum promisit et dabit iis, qui ipsum dilexerunt. 3. Postquam autem illum cognoveris, quanta te impletum iri laetitia existimas? Aut quomodo diliges eum, qui prior te ita dilexerit? 4. Si autem diligas, imitator benignitatis eius eris. Ac ne mireris, posse hominem esse imitatorem dei. Potest eo volente. 5. Non enim imperium in proximos exercere neque velle potiori conditione esse quam infirmiores neque divitem esse et vim inferre inferioribus est beatum esse, neque in his potest quisquam imitari deum, sed haec sunt extra· illius maiestatem. 6. At qui proximi onus in se suscipit, qui, qua in re superior est, alium inferiorem beneficio vult afficere, qui, quae habet accepta a deo, ea indigentibus suppeditans deus fit accipientium, is imitator est dei. 7. Tunc perspicies in terra degens, deum in caelis regnare; tunc mysteria dei loqui incipies; tunc eos, qui puniuntur, quod abnegare deum nolint, et diliges et miraberis; tunc imposturam mundi et errorem damnabis, cum vere in caelo vivere didiceris, cum eam, quae heic mors esse censetur, contempseris, cum veram mortem formidaveris, quae servatur iis, qui damnabuntur ad ignem aeternum, qui sibi tra-

2 Matth. 6, 25—31. — 4 Ioann. 3, 16; I Ioann. 4, 9. — 7 Gen. 1, 26. 27. — 7 I Ioann. 4, 9. — 10 I Ioann. 4, 19. — 11 Ioann. 14, 23 (4, 12. 20. 21). — 17 Gal. 6, 2. — 21 Eph. 6, 9; Col. 4, 1.

pius ad locum accedunt Acta Ioannis c. 27: *εἰ δέ γε καὶ μετὰ τὸν θεὸν ἐκεῖνον τοὺς εὐεργέτας ἡμῶν ἀνθρώπους θεοὺς χρὴ καλεῖσθαι* (Act. apost. apocr. edd. Lipsius et Bonnet II, 166, 3—4); Gregorius Naz. Orat. XIV, 26—27: *γενοῦ τῷ ἀτυχοῦντι θεός, τὸν ἔλεον θεοῦ μιμησάμενος· οὐδὲν γὰρ οὕτως, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν, ἄνθρωπος ἔχει θεοῦ* (PG 35, 892). Erasmus in Colloquiis, Philodoxus, commemorat hoc proverbium: Deum esse, quisquis iuvat mortalem. Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1881 p. 146—148.

7. Prima huius capitis parte Noster dixerat, vitam virtutibus plenam e

πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει
8. τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις τὸ πῦρ τ
πρόσκαιρον καὶ μακαρίσεις, ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνῷς.

XI. Οὐ ξένα ὁμιλῶ οὐδὲ παραλόγως ζητῶ, ἀλλὰ ἀποστόλω
γενόμενος μαθητὴς γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν· τὰ παραδοθέντ
ἀξίως ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς. 2. τίς γὰρ ὀρθῶ
διδαχθεὶς καὶ λόγῳ προσφιλὴς γενηθεὶς οὐκ ἐπιζητεῖ σαφῶς μα
θεῖν τὰ διὰ λόγου δειχθέντα φανερῶς μαθηταῖς, οἷς ἐφανέρωσε
ὁ λόγος φανείς, παρρησίᾳ λαλῶν, ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμενος, μα
θηταῖς δὲ διηγούμενος, οἳ πιστοὶ λογισθέντες ὑπ' αὐτοῦ ἔγνωσα
πατρὸς μυστήρια; 3. οὗ χάριν ἀπέστειλε λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῇ
ὃς ὑπὸ λαοῦ ἀτιμασθείς, διὰ ἀποστόλων κηρυχθείς, ὑπὸ ἐθνῶ
ἐπιστεύθη. 4. οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανεὶς καὶ παλαιὸ
εὑρεθεὶς καὶ πάντοτε νέος ἐν ἁγίων καρδίαις γεννώμενος. 5. οὗτο
ὁ ἀεί, ὁ σήμερον υἱὸς λογισθείς, δι' οὗ πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία κα
χάρις ἁπλουμένη ἐν ἁγίοις πληθύνεται, παρέχουσα νοῦν, φανε
ροῦσα μυστήρια, διαγγέλλουσα καιρούς, χαίρουσα ἐπὶ πιστοῖς, ἐπι
ζητοῦσι δωρουμένη, οἷς ὅρκια πίστεως οὐ θραύεται οὐδὲ ὅρια πα
τέρων παρορίζεται. 6. εἶτα φόβος νόμου ᾄδεται, καὶ προφητῶ
χάρις γινώσκεται, καὶ εὐαγγελίων πίστις ἵδρυται, καὶ ἀποστόλω
παράδοσις φυλάσσεται, καὶ ἐκκλησίας χάρις σκιρτᾷ. 7. ἣν χάρι
μὴ λυπῶν ἐπιγνώσῃ, ἃ λόγος ὁμιλεῖ δι' ὧν βούλεται, ὅτε θέλε
8. ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελεύοντος λόγου ἐκινήθημεν ἐξειπεῖ
μετὰ πόνου, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν γινόμεθα ὑμῖ
κοινωνοί.

XII. Οἷς ἐντυχόντες καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς εἴσεσθε
ὅσα παρέχει ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς, οἳ γενόμενοι *παράδει*

2/3 *θαυμάσεις τὸ πῦρ τὸ πρόσκ.* : *τὸ πῦρ τοῦτο θαυμάσεις* h | 3 *πρόσ* *καιρον* : *προσ . . . .?* A | *καὶ* h, etiam A, sed in margine | *ἐπιγνῷς* : *ἐπιγν* h, deinde lacuna lineae dimidiae, in margine: *καὶ ὧδε ἐγκοπὴν εἶχε τ* (*εἶχεν ὁ* A) *ἀντίγραφον* A h | 6 *ἀξίως* : *ἀξίοις* A h | *ὑπηρετῶ* A h : *-τῶν* L 7 *προσφιλῆς* : *-λεῖ* A h | *γεννηθεὶς* A h | 15 *ὁ* sec > A h | *ἡ* > h | 18 *ὅρκι* em L : *ὅρια* A h | 21 *φυλάττεται* h | *χάρις* A h : *χαρὰ* L | 23 *θελήματα* h

vera fide profluere; iam contra docet, veram cognitionem e vita proba oriri; quod utrumque iure dici potest (Hefele).

8. *ἐκεῖνο τ. πῦρ*] sc. *τὸ αἰώνιο* cf. v. 7.

XI—XII. Cf. de haec sectione Pro legomena.

ditos usque ad finem supplicio afficiet. 8. Tunc admiraberis eos, qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium, et beatos praedicabis, cum ignem illum cognoveris.

XI. Non peregrina loquor neque ineptas quaestiones instituo, sed apostolorum factus discipulus fio doctor gentium: quae mihi tradita sunt, digne subministro iis, qui discipuli fiunt veritatis. 2. Quis enim recte edoctus et verbo amicus factus non studeat accurate discere, quae per verbum clare ostensa sunt discipulis, quibus ea declaravit verbum ipsum apparens, libere loquens, ab incredulis non intellectum, discipulis autem enarrans, qui fideles ab eo existimati cognoverunt patris mysteria? 3. Cuius rei gratia verbum misit, ut mundo appareret, quod a populo contemptum, ab apostolis praedicatum, a gentibus est creditum. 4. Hic ab initio erat, qui novus apparuit et vetus inventus est et semper recens in sanctorum cordibus nascitur. 5. Hic sempiternus, hodie filius est nuncupatus; per quem ecclesia ditatur et gratia expansa in sanctis augetur, praebens intellectum, patefaciens mysteria, annuntians tempora, gaudens super fidelibus, quaerentibus donans, quibus iura fidei non perfringuntur neque limites patrum transiliuntur. 6. Deinde metus legis decantatur, et prophetarum gratia cognoscitur, et evangeliorum fides stabilitur, et apostolorum traditio custoditur, et ecclesiae gratia exsultat. 7. Quam gratiam non contristans ea cognosces, quae verbum loquitur per quos vult, quando ei lubet. 8. Quaecunque enim voluntate iubentis verbi excitati sumus eloqui cum studio, ex dilectione eorum, quae revelata nobis sunt, vobiscum communicamus.

XII. Quae cum legeritis et audieritis studiose, scietis, quanta praebeat deus recte ipsum diligentibus, quippe qui facti

11 Ioann. 1, 9. — 12 I Tim. 3, 16. — 13 I Ioann. 1, 1; 2, 13. 14. — 15 Ps. 2, 7; Matth. 3, 17. — 27 Gen. 2, 15; 3, 24; Ioel 2, 3.

5. *ὅρκια ... ὅρια*] Hieron. Ep. 63 ad Theoph. c. 2: Nobis nihil est antiquius, quam Christi iura servare nec patrum transferre (al. transire) terminos. — *ὅρια πατέρων*] i. e. decreta facta unanimi consilio patrum ecclesiae. Cf. Deut. 19, 14; Prov. 22, 28; Clem. De virg. II, 15, 5.

6. *προφ. χάρις*] i. e. gratia, qua prophetae illuminati sunt.

σος τρυφῆς, πάγκαρπον ξύλον εὐθαλοῦν ἀνατείλαντες ἐν ἑαυτοῖς, ποικίλοις καρποῖς κεκοσμημένοι. 2. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ *ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς* πεφύτευται· ἀλλ᾽ οὐ τὸ τῆς γνώσεως ἀναιρεῖ, ἀλλ᾽ ἡ παρακοὴ ἀναιρεῖ. 3. οὐδὲ γὰρ ἄσημα τὰ γεγραμμένα, ὡς θεὸς ἀπ᾽ ἀρχῆς *ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ παραδείσου* ἐφύτευσε, διὰ γνώσεως ζωὴν ἐπιδεικνύς· ᾗ μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς πλάνῃ τοῦ ὄφεως γεγύμνωνται. 4. οὐδὲ γὰρ ζωὴ ἄνευ γνώσεως οὐδὲ γνῶσις ἀσφαλὴς ἄνευ ζωῆς ἀληθοῦς· διὸ πλησίον ἑκάτερον πεφύτευται. 5. ἣν δύναμιν ἐνιδὼν ὁ ἀπόστολος τήν τε ἄνευ ἀληθείας προστάγματος εἰς ζωὴν ἀσκουμένην γνῶσιν μεμφόμενος λέγει· *Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.* 6. ὁ γὰρ νομίζων εἰδέναι τι ἄνευ γνώσεως ἀληθοῦς καὶ μαρτυρουμένης ὑπὸ τῆς ζωῆς οὐκ ἔγνω, ὑπὸ τοῦ ὄφεως πλανᾶται, μὴ ἀγαπήσας τὸ ζῆν. ὁ δὲ μετὰ φόβου ἐπιγνοὺς καὶ ζωὴν ἐπιζητῶν ἐπ᾽ ἐλπίδι φυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν. 7. ἤτω σοὶ καρδία γνῶσις, ζωὴ δὲ λόγος ἀληθής, χωρούμενος. 8. οὗ ξύλον φέρων καὶ καρπὸν αἱρῶν τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ θεῷ ποθούμενα, ὧν ὄφις οὐχ ἅπτεται οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ Εὔα φθείρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται· 9. καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται, καὶ τὸ κυρίου πάσχα προέρχεται, καὶ καιροὶ συνάγονται καὶ μετὰ κόσμου ἁρμόζονται, καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος εὐφραίνεται, δι᾽ οὗ πατὴρ δοξάζεται· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

1 *τρυφῆς* : *τῆς τρ.* h | *ἀνατείλατε* h | 5 *ξύλον γνώσεως καὶ* Bunsen: > A h | 15 *ἤτω* A h : + *οὖν* b | 15/16 *καρδία* + *καὶ* h | 17 *αἱρῶν* : . . *ρῶν* A, *ἐρῶν* b h | *ποθούμενα* A : *πορούμενα* b h | 21 *καιροὶ* : *κηροὶ* A h, *χοροὶ* Maran | *μετὰ κόσμου* A h : *μετακόσμια* Credner | *ἁρμόζεται* A h | 22 *ἁγίων* h

XII, 2. *χωρίῳ*] sc. in paradiso.

3. *δ. γνώσεως*] i. e. per veram cognitionem Deus protoplastis veram quoque vitam revelavit. Cf. v. 4. — *ᾗ*] sc. *γνώσει*.

5. *ἣν δύναμιν*] sc. vim coniunctionis utriusque ligni.

7. *γνῶσις*] positum videri potest pro *γνωστική*: *sit tibi cor* (i. e. animus) *rerum divinarum cognitione praeditum*, vel res divinas cognoscendi et facultate instructum et studio perfusum, hac sc. ratione (cf. *χωρούμενος*), ut *λόγος ἀλ.* animo recipiatur. At vero (sensu non immutato) aptius videntur verba hoc modo accipi: *cognitio rerum divinarum* sive res divinas cognoscendi studium *cor tuum perfusum habeat* vel sit intimo pectori insitum (Böhl).

8. *οὐδὲ Εὔα κτλ.*] Sensus: quodsi arborem verae cognitionis et vitae in te plantaveris, absque delictis peccatisque manebis (Hefele).

sitis ***paradisus deliciarum***, arborem fructibus plenam belleque germinantem in vobis ipsis producentes, variis fructibus ornati. 2. In hoc enim loco ***lignum cognitionis et lignum vitae*** plantatum fuit; verum non lignum cognitionis perdit, sed inoboedientia perdit. 3. Neque enim sunt obscura, quae scripta sunt, deum ab initio ***lignum cognitionis et lignum vitae in medio paradisi*** plantasse, per cognitionem vitam monstrantem, qua cum sincere usi non essent primi homines, fraude serpentis nudati fuerunt. 4. Neque enim vita sine cognitione neque cognitio tuta sine vera vita, ideo in propinquo utrumque plantatum fuit. 5. Quam vim cum perspexisset apostolus, cognitionem, quae sine veritate mandati ad vitam exercetur, reprehendens dicit: ***Cognitio inflat, dilectio autem aedificat.*** 6. Qui enim sine cognitione vera et testimonio vitae comprobata aliquid scire putat, non cognoscit, a serpente decipitur, quia vitam non dilexit. At qui cum timore cognitionem est adeptus et vitam quaerit, in spe plantat, fructum exspectans. 7. Esto tibi cor cognitio, vita autem sermo verus, qui recipitur. 8. Cuius arborem ferens et fructum adipiscens semper metes, quae apud deum desiderantur, quae serpens non attrectat neque fraus attingit; neque Eva tunc corrumpitur, sed virgo creditur; 9. et salus apparet, et apostoli sapientia replebuntur, et domini pascha advenit, et tempora congregantur et decenter ordinantur, et verbum sanctos docens laetatur, per quod pater glorificatur; cui sit gloria in saecula. Amen.

2 Gen. 2, 9. — 11 I Cor. 8, 1. — 15 I Cor. 9, 10.

παρθένος π.] Auctor Evam virginem appellare videtur, Mariam virginem tanquam alteram Evam in mente habens. Cf. Iust. Dial. c. 100; Iren. III, 33, 4.

9. *καιροὶ κτλ.*] Credner interpretatur: tempora comprehenduntur (sc. *ἐν λόγῳ*) et quae ad ea spectant, quae sunt ultra hunc mundum, ea explanantur. Sed quaeritur, an vox *συνάγεσθαι* illam significationem habeat. Clemens Al. quidem, ad quem (Strom. III, 10, 70 p. 543: *νόμος τε ὁμοῦ καὶ προφῆται σὺν καὶ τῷ εὐαγγελίῳ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς μίαν συνάγονται γνῶσιν*) provocat, eam non usurpat absolute. Mihi auctor de temporibus anni christiani dicere videtur. Otto, qui secundum codicem *κηροὶ* legit, monet, Christianos potissimum tempore paschali cereis usos esse.

ΠΟΙΜΗΝ.

---

1. Ὁ θρέψας με πέπρακέν με Ῥόδῃ τινὶ εἰς Ῥώμην. μετὰ πολλὰ ἔτη ταύτην ἀνεγνωρισάμην καὶ ἠρξάμην αὐτὴν ἀγαπᾶν ὡς ἀδελφήν. 2. μετὰ χρόνον τινὰ λουομένην εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Τίβεριν εἶδον καὶ ἐπέδωκα αὐτῇ τὴν χεῖρα καὶ ἐξήγαγον αὐτὴν ἐκ τοῦ ποταμοῦ. ταύτης οὖν ἰδὼν τὸ κάλλος διελογιζόμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου λέγων· Μακάριος ἤμην, εἰ τοιαύτην γυναῖκα εἶχον καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ τρόπῳ. μόνον τοῦτο ἐβουλευσάμην, ἕτερον δὲ

S = codex Sinaiticus, Sc = codicis S corrector vel correctores, G = cod. Athensis, P = Papyrus Berolinensis, L[1] = versio latina antiquior vel vulgata, L[2] = versio latina altera, L = versiones lat. duae, A = versio aethiopica, . . . S, . . . G = verba et litterae quae in S vel G evanuerunt.

1 *Ποιμην* S : *Ἀρχὴ σὺν θεῷ βίβλου λεγομένης ποιμὴν* G, Liber Pastoris nuntii paenitentiae L[1], Incipit libellus sancti pastoris L[2], Hermae prophetae A | 2 *ὁ θρέψας κτλ.* inscripsit hanc sectionem vel Visionem primam G : *Ὅρασις α'*, L[2] : Incipit visio prima quam vidit Herma | *πέπρακέν με Ῥόδῃ τινί* : *πέπρακε εἰς γυναῖκά τινα* G, vendidit quandam puellam L[1] | 4 *χρ. τινά* : *χρόνους πολλοὺς* G | *τινά* : + *ϊδον αυτην* Sc | *λουομένην εἰς* : . . . *παρὰ* G | 5 *Τιβέριον* G | *τὴν* > G | *ἐξέβαλον* G | 6 *ταύτης — κάλλος* : *ἰδὼν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς* G | 8 *τοῖς τρόποις* G

I, 1. *θρέψας*] i. e. dominus, in cuius domo servus aut natus aut ab infantia saltem educatus est. Zahn (G. G. A. 1878 p. 58 sq.) contulit Hippol. Refut. IX, 12 ed. Gott. p. 456, 57: *φάσκων θρέψας εἶναι Μαρκίας*, Soph. Oedip. R. 1123, ubi servus emtus distinguitur a servo nutrito (*οἴκοι τραφείς = θρεπτός*), et Plin. ad Traian. ep. 65 ed. Keil p. 294, 22: quos vocant *θρεπτούς*, ep. 66 p. 295, 10: qui liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt. Addo Act. Ioann. c. 13: *θρεπτή τις Δομετιανοῦ.* Etiam Esther 2, 7 *θρεπτὴ* appellatur. Quis fuerit Hermae dominus et qui parentes, ignoramus. Zahn, *Der Hirt des Hermas* 1868 p. 497 et 77, suspicatur, Hermam in Ae-

PASTOR.

Visio I.

1. Qui me nutrivit, vendidit me cuidam Rhodae, quae fuit Romae. Post multos annos hanc rursus conveni et coepi eam amare quasi sororem. 2. Post tempus aliquod lavari eam in flumine Tiberi vidi et porrexi ei manum et eduxi eam e flumine. Cuius speciem cum vidissem, cogitabam in corde meo dicens: Beatus essem, si talem uxorem haberem et pulcritudine et moribus. Hoc solum cogitavi neque aliud quidquam.

gypto natum et dominum Iudaeum fuisse. Cf. ad hoc caput Prolegomena. — Ῥόδῃ] Habes hoc nomen apud veteres haud rarum Act. 12, 13. — εἰς Ῥώμην] Auctor saepe quidem (cf. Vis. I, 2, 2; III, 7, 5; 9, 7; Sim. 1, 3. 7 etc.) εἰς pro ἐν usurpat. Hoc autem loco certe noluit dicere, Romae se venditum esse, sed potius, venditum se Romam venisse. Apparet quoque ex hoc loco, eum non vixisse Romae usque ad illud tempus, quo a Rhode emtus est; secus enim urbis vix mentio facta esset. — μετὰ πολλὰ κτλ.] Hermas hic indicat, se post nescimus quot annos a Rhode libertum factum et eo tempore, quo eam rursus videbat, Christianum fuisse. Verisimile quidem est, ut Harnack ad h. l. adnotavit, eum parentibus christianis usum esse, quia vix omisisset de conversione sua loqui, si adultus demum vel in domo Rhodae christiana imbutus fuisset doctrina. Sed res non liquet. Cum enim de adolescentia paene nihil dixerit, etiam de conversione tacere potuit. Romae autem Hermam dominam iterum convenisse e v. 2 elucet. — ἀδελφήν] Prisci fideles haud raro thori commerciis abstinebant et uxores sorores nominabant. Cf. Vis. II, 3, 1 not. Sed hic de sorore proprio sensu cogitandum est. Hermas amorem designat, quo Rhoden amare coepit.

2. διελογ. ἐν τ. καρδίᾳ] Hebraicum dicendi genus. Cf. Vis. I, 2, 2; III, 4, 3; Matth. 9, 4; Marc. 2, 6. 8; Luc. 3, 15; 5, 22. — τῷ κάλλει κτλ.] Pro accusativo graeco qui dicitur Hermas fere ubique dativum usurpat. Cf. Vis. V, 1; Sim. IX, 9, 5. 7; Iudith 8, 7: καλὴ τῷ εἴδει κτλ.

οὐδέν. 3. μετὰ χρόνον τινὰ πορευομένου μου εἰς Κούμας καὶ δοξάζοντος τὰς κτίσεις τοῦ θεοῦ, ὡς μεγάλαι καὶ ἐκπρεπεῖς καὶ δυναταί εἰσιν, περιπατῶν ἀφύπνωσα. καὶ πνεῦμά με ἔλαβεν καὶ ἀπήνεγκέν με δι' ἀνοδίας τινός, δι' ἧς ἄνθρωπος οὐκ ἐδύνατο ὁδεῦσαι· ἦν δὲ ὁ τόπος κρημνώδης καὶ ἀπερρηγὼς ἀπὸ τῶν ὑδάτων. διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον ἦλθον εἰς τὰ ὁμαλὰ καὶ τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ἐξομολογεῖσθαί μου τὰς ἁμαρτίας. 4. προσευχομένου δέ μου ἠνοίγη ὁ οὐρανός, καὶ βλέπω τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣν ἐπεθύμησα, ἀσπαζομένην με ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν· Ἑρμᾶ χαῖρε. 5. βλέψας δὲ εἰς αὐτὴν λέγω αὐτῇ· Κυρία, τί σὺ ὧδε ποιεῖς; ἡ δὲ ἀπεκρίθη μοι· Ἀνελήμφθην, ἵνα σοῦ τὰς ἁμαρτίας ἐλέγξω πρὸς τὸν κύριον. 6. λέγω αὐτῇ· Νῦν σύ μου ἔλεγχος εἶ; Οὔ, φησίν, ἀλλὰ ἄκουσον τὰ ῥήματα, ἅ σοι μέλλω λέγειν. Ὁ θεὸς *ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικῶν* καὶ κτίσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὰ ὄντα καὶ *πληθύνας καὶ αὐξήσας* ἕνεκεν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας αὐτοῦ ὀργίζεταί σοι, ὅτι ἥμαρτες εἰς ἐμέ. 7. ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω· Εἰς σὲ ἥμαρτον; ποίῳ τρόπῳ; ἢ πότε σοι αἰσχρὸν ῥῆμα ἐλάλησα; οὐ πάντοτέ σε ὡς θεὰν ἡγησάμην; οὐ πάντοτέ σε ἐνετράπην ὡς ἀδελφήν; τί μου καταψεύδῃ, ὦ γύναι, τὰ πονηρὰ ταῦτα καὶ ἀκάθαρτα; 8. γελάσασά μοι λέγει· Ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνέβη ἡ ἐπιθυμία τῆς πονηρίας. ἢ οὐ δοκεῖ σοι ἀνδρὶ δικαίῳ πονηρὸν πρᾶγμα εἶναι, ἐὰν ἀναβῇ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία; ἁμαρτία

1 *Κούμας*: cum his (= Cumis) L^1, *κώμας* S G A, civitatem Ostiorum L^2 cf. Vis. II, 1, 1 | 2/3 *ἐκπρεπεῖς .. δυνατα\l* (*δυνατοι* S > L^1) SL^2 A : ∾ G | 4 *ἀπήνεγκέν με*: *ἀπήγαγε* G | *ἠδύνατο* G | 5 *ἀπερρωγὼς ὑπὸ* G | 6 *ποταμόν*: locum (*τόπον*) L^1 | 7 *τιθεὶς* G | *γόνατα* SL^1 : + *μου* GL^2 | *κυρίῳ* GL(A) : *θῷ* S | 9 *ἐκείνην* > G | 10 *οὐρανοῦ* SL^2 : + *καὶ* GL^1A | 10/11 *βλ. δὲ εἰς αὐτήν*: *ἐμβλέψας δὲ αὐτῇ* G | 11 *αὐτῇ* > G | *σὺ* Sc GL^1 : > SL^2 11/12 *ἀπεκρίθη*: *φησὶ* G | 13 *ἀλλ'* G, sic fere semper ante vocales | 14 *ἄκουσον* SL^1 : + *μου* GL^2A | 16 *ἕνεκα* G, sic fere semper | *ἁγίας* > G | 18 *τρόπῳ* Sc G L^2(A) : *τόπῳ* SL^1 | *πότε* Sc G : + *δε* S | 18/19 *οὐ — ἡγησάμην* > L^2 | 19 *θεὰν* SL^1 : *θυγατέρα* G, dominam meam A, *θείαν* Hilgenfeld *ἡγούμην* G | 20 *ὦ* > G | *καὶ ἀκάρθατα* SL^2A : > GL^1 | 21 *ἡ* > G | 22 *πονηρίας*: *πορνείας* G

3. *μετὰ χρόνον τ.*] i. e. post mortem Rhodae; cf. v. 5. — *πορευομένου μου — περιπατῶν ἀφύπνωσα*] Constructio apud Hermam praesertim in Visionibus (cf. I, 2, 2; II, 1; 2, 1) haud rara. — *πνεῦμά με ἔλαβεν κτλ.*] Cf. Vis. II, 1, 1; Sim. IX, 1, 4; Apoc. 1, 10; 4, 2; 17, 3.

3. Post tempus aliquod cum Cumas proficiscerer et glorificarem creaturas dei, quantae ac quam magnificae et potentes essent, ambulans obdormivi. Et spiritus me apprehendit et abstulit me per locum quendam invium, per quem homo non poterat iter facere; erat autem locus praeruptus et corrosus aquis. Cum ergo flumen illud transiissem, veni in planum et posui genua et coepi orare dominum et confiteri peccata mea. 4. Dum autem oro, apertum est caelum et video feminam illam, quam desideraveram, salutantem me de caelo, dicentem: Herma, ave. 5. Intuens autem eam dico ei: Domina, quid tu hic facis? At illa respondit mihi: Recepta sum, ut peccata tua arguam apud dominum. 6. Dico ei: Nunc tu mei accusatrix es? Non, inquit, sed audi verba, quae tibi dictura sum. Deus, ***qui in caelis habitat*** et quae sunt ex nihilo condidit et ***multiplicari et crescere fecit*** propter sanctam ecclesiam suam, irascitur tibi, quoniam peccasti in me. 7. Respondens ei dico: In te peccavi? Quomodo? Aut quando tibi impudicum verbum locutus sum? Nonne semper te pro dea habui? Nonne semper te veritus sum velut sororem? Quid in me mentiris, mulier, iniqua ista et immunda? 8. Illa autem ridens dicit mihi: In corde tuo ascendit concupiscentia iniquitatis. Aut tibi non videtur homini iusto iniqua res esse, si ascendit in corde eius mala concupiscentia?

14 Ps. 2, 4; 122, 1; Tob. 5, 17. — 15 Gen. 1, 28; 8, 17; 9, 1; 28, 3 etc.

προσεύχεσθαι κτλ.] Cf. Dan. 9, 20: *καὶ ἔτι ἐμοῦ λαλοῦντος καὶ προσευχομένου καὶ ἐξαγορεύοντος τὰς ἁμαρτίας μου κτλ.*

4. *Ἑρμᾶ*] Nomen apud veteres usitatissimum. Cf. Rom. 16, 14; Zahn, *Der Hirt* p. 72 not. 2.

6. *κτ. ἐκ τοῦ μὴ ὄντος*] Cf. Mand. I, 1; II Macc. 7, 28; II Clem. 1, 8 not. Exempla patrum collegit Harnack ad h. l. Laudat locum Origenes In Ioann. tom. I c. 18 ed. Bened. IV, 19. — *πληθ. κ. αὐξήσας*] His verbis utens Deus creaturam benedicere solet; tertium, quod plerumque praecedit, sc. *εὐλογεῖν*, habes infra 3, 4. — *ἕνεκεν τ. ἁγ. ἐκκλησίας*] Cf. Vis. II, 4, 1. Ecclesiam *sanctam* vocans (cf. c. 3, 4) Hermas fortasse regulam fidei respexit.

7. *πάντοτε*] sc. ex eo tempore, postquam Hermas libertus factus est. — *θεάν*] Locutio in ore Christiani mira, non autem mutanda, cum ab optimis testibus tradatur.

8. *ἐπὶ τ. καρδίαν ἀνέβη*] Locutio biblica (cf. Ies. 65, 16. 17; Ier. 3, 16; Act. 7, 23; Luc. 24, 38; I Cor. 2, 9) apud Hermam creberrima; cf. Vis. I, 2, 4; Mand. IV, 1, 1. 2; 2, 2; VI, 2, 3. 4. 5. 7. 8; XII, 3, 5. — *ἐπιθυ-*

γέ ἐστιν, καὶ μεγάλη, φησίν. ὁ γὰρ δίκαιος ἀνὴρ δίκαια βουλεύεται. ἐν τῷ οὖν δίκαια βουλεύεσθαι αὐτὸν κατορθοῦται ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ εὐκατάλλακτον ἔχει τὸν κύριον ἐν παντὶ πράγματι αὐτοῦ· οἱ δὲ πονηρὰ βουλευόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν θάνατον καὶ αἰχμαλωτισμὸν ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, μάλιστα οἱ τὸν αἰῶνα τοῦτον περιποιούμενοι καὶ γαυριῶντες ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν καὶ μὴ ἀντεχόμενοι τῶν ἀγαθῶν τῶν μελλόντων. 9. μετανοήσουσιν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, οἵτινες οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα, ἀλλὰ ἑαυτοὺς ἀπεγνώκασιν καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν. ἀλλὰ σὺ προσεύχου πρὸς τὸν θεόν, καὶ *ἰάσεται τὰ ἁμαρτήματά σου* καὶ ὅλου τοῦ οἴκου σου καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

2. Μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτὴν τὰ ῥήματα ταῦτα ἐκλείσθησαν οἱ οὐρανοί· κἀγὼ ὅλος ἤμην πεφρικὼς καὶ λυπούμενος. ἔλεγον δὲ ἐν ἐμαυτῷ· Εἰ αὕτη μοι ἡ ἁμαρτία ἀναγράφεται, πῶς δυνήσομαι σωθῆναι; ἢ πῶς ἐξιλάσομαι τὸν θεὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν μου τῶν τελείων; ἢ ποίοις ῥήμασιν ἐρωτήσω τὸν κύριον, ἵνα ἱλατεύσηταί μοι; 2. ταῦτά μου συμβουλευομένου καὶ διακρίνοντος ἐν τῇ καρδίᾳ μου, βλέπω κατέναντί μου καθέδραν λευκὴν ἐξ ἐρίων χιονίνων γεγονυῖαν μεγάλην· καὶ ἦλθεν γυνὴ πρεσβῦτις ἐν ἱματισμῷ λαμπροτάτῳ, ἔχουσα βιβλίον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ἐκάθισεν μόνη καὶ ἀσπάζεταί με· Ἑρμᾶ, χαῖρε. κἀγὼ λυπούμενος καὶ κλαίων εἶπον· Κυρία, χαῖρε. 3. καὶ εἶπέν μοι· Τί στυγνός, Ἑρμᾶ, ὁ μακρόθυμος καὶ ἀστομάχητος, ὁ πάντοτε γελῶν, τί οὕτω κατηφὴς τῇ ἰδέᾳ καὶ οὐχ ἱλαρός; κἀγὼ εἶπον αὐτῇ· Ὑπὸ γυναικὸς ἀγαθω-

1 *γε* : *γὰρ* G | *καὶ* > GA | 3 *τῷ οὐρανῷ* G | 4 *αὐτοῦ* > G | 7 *ἀγ. τῶν μελλ.* : *μελλόντων ἀγαθῶν* G | 8 *μεταν.* : *πολλὰ μεταμελήσουσιν* G, vacuantur (al. : vagantur) L^{1}, non resistent iisdem luxuriis L^{2} | 9 *ἑαυτοῦ* G | 10/11 *ὅλον τὸν οἶκόν σου* G | 14 *ἐν ἑαυτῷ* G | *εἰ* GL : *η* SA | *ἡ* > G | 15 *ἐξιλεώσομαι* G | 16 *τελείων* : *πολλῶν* G | *ἢ* Sc L^{2}A : > SGL^{1} | 16/17 *ἱλατεύσῃ* G | 17 *κ. διακρίν.* SL^{1}A : *κ. διαλογιζομένου* G, > L^{2} | 18 *μου* pr > G *κατέναντί* : *κατ' ἐνώπιόν* G | 19 *χιονίνων* Sc LA : *λευκῶν* G, > S | 21 *ἀσπάζεται* S : *ἠσπάσατο* GLA | 21/22 *κἀγὼ — χαῖρε* > G | 21 *κλαίων* Sc LA : *χαιρων* S | 22 *καὶ εἶπεν* SL^{2}A : *ἡ δὲ εἶπε* G(L^{1}) | *μοι* > GA | *τίς* G | *Ἑρμᾶ* > GL^{2} | 24 *κἀγὼ* S : *καὶ* G | *ὑπὸ* (+ *τινὸς* G) SG L^{2}A : *κυρια ονιδισμος[μοι γε]γονεν υπο* Sc L^{1}

μία] Cf. Iac. 1, 14. 15. — *μάλιστα οἱ τ. αἰῶνα κτλ.*] Cf. I Tim. 6, 9. 10. Cupiditas divitiarum Hermae ipsi perniciosa fuit; cf. Vis. III, 6, 7.

9. *ἀπεγνώκασιν*] Cf. Mand. XII, 6, 2; Sim. IX, 26, 4. — *ἁγίων*] Cf. Vis. I, 3, 2; II, 2, 4. 5; III, 3, 3; 6, 2; 8, 8. 9. 11; IV, 3, 6 etc. Doctr. apost.

Peccatum sane est, inquit, et quidem magnum. Iustus enim vir iusta cogitat. Cum enim iusta cogitet, gloria eius erigitur in caelis et propitium habet dominum in omni negotio suo; qui autem iniqua cogitant in cordibus suis, mortem et captivitatem sibi adquirunt, maxime qui hoc saeculum sibi vindicant et gloriantur in divitiis suis neque exspectant bona futura. 9. Paenitebit animas eorum, qui spem non habent, sed sese desponderunt et vitam ipsorum. Tu autem ora ad dominum, et ***sanabit peccata tua*** et totius domus tuae et omnium sanctorum.

2. Postquam locuta est haec verba, clausi sunt caeli, et ego totus eram exhorrescens ac tristis. Dicebam autem intra me ipsum: Si hoc peccatum mihi adscribitur, quomodo potero salvari, aut quomodo deum propitiabo ob peccata mea perfecta, aut quibus verbis rogabo dominum, ut propitius sit mihi? 2. Quae dum recogito ac disputo in corde meo, video coram me cathedram candidam de lanis niveis factam magnam; et venit mulier anus in veste splendidissima, habens librum in manibus, ac sedit sola et salutat me: Herma, ave. Et ego maestus et plorans dixi: Domina, ave. 3. Et dixit mihi: Quid tristis es, Herma, longanimis et sine iracundia, semper ridens, quid sic tristis es vultu et non hilaris? Et ego dixi ei: Propter mulierem opti-

10 Deut. 30, 30 cf. Ier. 3, 32.

4, 2 not.

2, 1. *τελείων*] Concupiscentiae malae auctor opponit peccata in opere perfecta. Aliter Barn. 8, 1. — *ἐρωτήσω*] Haec vox in Pastore semper denotat *rogare* (cf. Vis. II, 2, 1; III, 1, 3; 2, 3; Sim. V, 4, 5), *ἐπερωτᾶν* autem *interrogare* (cf. Vis. III, 3, 5; Mand. XI, 2. 3. 6. 8; Sim. V, 4, 2. 5). Uno loco tantum, si lectio recta est, sc. Sim. IX, 11, 8, *ἐρωτᾶν* vertendum esse videtur *interrogare*. Cf. Zahn l. c. p. 488.

2. *καθέδραν*] Cf. Vis. III, 10, 3; Mand. XI, 1 etc. Stantes quidem veteres S. Scripturam legebant (Luc. 4, 16) et sermonem pronuntiabant nonnumquam gravem (Ioann. 7, 37. Act. 13, 16; 17, 22), sedentes autem docebant (Matth. 5, 1; 13, 1; 15, 29; 23, 2. 6; 26, 55. Luc. 4, 20. Ioann. 8, 2. Act. 16, 3. Eus. H. E. V, 20, 5). Cf. G. G. A. 1878 p. 59. Neque tamen praetermittendum est, secundum Visionem III, 11, 4 anum propter infirmitatem sedisse. — *μόνη*] i. e. Hermas non sedit. Vis. III, 1, 8 autem ipse quoque sedere iubetur.

3. *ὁ μακρόθυμος κτλ.*] Hermas hic et v. 4 et Vis. II, 3, 2 sibi ipsi laudes tribuit. Aliter loquitur Vis. I, 3, 1; III, 4, 3.

τάτης λεγούσης, ὅτι ἥμαρτον εἰς αὐτήν. 4. ἡ δὲ ἔφη· Μηδαμῶς ἐπὶ τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸ πρᾶγμα τοῦτο. ἀλλὰ πάντως ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνέβη περὶ αὐτῆς. ἔστιν μὲν τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ ἡ τοιαύτη βουλὴ ἁμαρτίαν ἐπιφέρουσα· πονηρὰ γὰρ βουλὴ καὶ ἔκπληκτος εἰς πάνσεμνον πνεῦμα καὶ ἤδη δεδοκιμασμένον, ἐὰν ἐπιθυμήσῃ πονηρὸν ἔργον, καὶ μάλιστα Ἑρμᾶς ὁ ἐγκρατής, ὁ ἀπεχόμενος πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς καὶ πλήρης πάσης ἁπλότητος καὶ ἀκακίας μεγάλης.

3. Ἀλλ' οὐχ ἕνεκα τούτου ὀργίζεταί σοι ὁ θεός, ἀλλ' ἵνα τὸν οἶκόν σου τὸν ἀνομήσαντα εἰς τὸν κύριον καὶ εἰς ὑμᾶς τοὺς γονεῖς αὐτῶν ἐπιστρέψῃς. ἀλλὰ φιλότεκνος ὢν οὐκ ἐνουθέτεις σου τὸν οἶκον, ἀλλὰ ἀφῆκες αὐτὸν καταφθαρῆναι δεινῶς· διὰ τοῦτό σοι ὀργίζεται ὁ κύριος· ἀλλὰ ἰάσεταί σου πάντα τὰ προγεγονότα πονηρὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου· διὰ γὰρ τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας καὶ ἀνομήματα σὺ κατεφθάρης ἀπὸ τῶν βιωτικῶν πράξεων. 2. ἀλλ' ἡ πολυσπλαγχνία τοῦ κυρίου ἠλέησέν σε καὶ τὸν οἶκόν σου καὶ ἰσχυροποιήσει σε καὶ θεμελιώσει σε ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. σὺ μόνον μὴ ῥαθυμήσῃς, ἀλλὰ εὐψύχει καὶ ἰσχυροποίει σου τὸν οἶκον. ὡς γὰρ ὁ χαλκεὺς σφυροκοπῶν τὸ ἔργον αὐτοῦ περιγίνεται τοῦ πράγματος οὗ θέλει, οὕτω καὶ ὁ λόγος ὁ καθημερινὸς ὁ δίκαιος περιγίνεται πάσης πονηρίας. μὴ διαλίπῃς οὖν νουθετῶν σου τὰ τέκνα· οἶδα γάρ, ὅτι, ἐὰν μετανοήσουσιν ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν, ἐνγρα-

1 *λεγούσης* SL^1 : + *μοι* GL^{2}A | 2 *τὸ πρ. τοῦτο* : *πρ. τοιοῦτον* G | 4/5 *ἔκπληκτος* : *ἔκφρικτος* G | 5 *πᾶν σεμνὸν* G | 5/6 *ἐπιθυμήσῃ* SLA : *ἀναβῇ ἐπιθυμία ἡ* G | 6 *ὁ* sec : *καὶ* G | 7 *πάσης* SL : > GA | 10 *κ. εἰς ὑμᾶς* L^{2}A : *κ. εισ ημασ* Sc GL^1, *η αυτουσ η* S | 11 *αὐτοῦ* G | 12 *ἀφῆκες* SG cf. Winer-Schmiedel § 13, 16 : *ἀφῆκας* edd. priores | *δεινῶς* GLA : > S | 13 *σοι ὀργ.* ∾ G | 13/14 *γεγονότα* G | 14 *πονηρὰ* Sc G : *τα π.* S | *σου* GLA : > S | *τὰς . . ἁμ.* : *τὰ . . ἁμαρτήματα* G | 15 *πραγμάτων* G | 15/16 *ἀλλ' ἡ πολ.* SA (cf. Schodde, Herma Nabi 1876 p. 19 n. 3): *ἀλλὰ ἡ πολλὴ εὐσπλαγχνία* G | 16/17 *καὶ . . σε* pr > G | 17 *ἐθεμελίωσε* G | 18 *ῥαθυμήσεις . . . ἰσχυροποιήσεις* G | 19 *ὁ* > G | *σφυροκοπεῖ* G | 19/20 *περιγ. τοῦ πρ. οὗ* : *περὶ αὐτὸ πράττει ὃ* G | 20 *καὶ* SL : > GA | *ὁ καθ. ὁ* : *καθ. καὶ* G | 22 *οἶδα* SL^{2}A : *οἶδας* G, scit (enim deus) L^1 | *μετανοήσωσιν* G | 22 sq. *ἐνγραφήσονται* S : *ἐγγρ.* G

4. *δοῦλον τοῦ θεοῦ*] Cf. Tert. De spectac. c. 1. 24; De cultu fem. I, 4; II, 1. 11. — *ἐπιθυμήσῃ*] sc. *τὸ πνεῦμα*.
3, 1. *φιλότεκνος*] Cf. Tit. 2, 4. —

κατεφθάρης ἀπό] Praepositio *ἀπὸ* apud Hermam saepe non causam indicat, sed vim habet propositionis consectariae idque negativae ideo-

mam dicentem, quod peccavi in eam. 4. Haec autem respondit: Nequaquam apud servum dei hoc factum. At vero in corde tuo cogitatio ascendit de illa. Est quidem servis dei talis cogitatio peccatum afferens; iniqua enim est cogitatio et abominanda in spiritu gravissimo et iamiam probato, si desideravit opus iniquum, et maxime Hermas continens, abstinens ab omni desiderio malo ac plenus omni simplicitate et innocentia magna.

3. Sed non propter hoc irascitur tibi deus, sed ut domum tuam corrigas, quae iniqua egit in dominum et in vos parentes suos. At cum diligeres filios, non commonebas domum tuam, sed reliquisti eam, ut valde corrumperetur: propter hoc irascitur tibi dominus; sed sanabit omnia mala antea gesta in domo tua; propter illorum enim peccata et iniquitates corruptus es in saecularibus negotiis. 2. Sed misericordia domini magna misertus est tui et domus tuae atque confortabit te et fundabit te in gloria ipsius. Modo tu noli levis esse, sed firmo animo esto et conforta domum tuam. Sicut enim faber ferrarius opus suum malleo pulsans perficit id, quod vult, ita et sermo iustus cotidianus convincit omnem iniquitatem. Ne deficias ergo monens filios tuos; scio enim fore ut, si paenitentiam egerint ex toto

quae minus verti quam circumscribi potest. Cf. inprimis Vis. III, 9, 1: *δικαιοῦσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι ἀπὸ πάσης πονηρίας*, Mand. VIII, 10: *σκανδαλίζεσθαι ἀπὸ τῆς πίστεως*, Mand. V, 2, 7: *ἀποτυφλοῦσθαι ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς*, Sim. IV, 7: *διαφθαρήσεται ἡ διάνοια αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κυρίου*, Sim. VI, 2, 4: *κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας*. Cf. Zahn, *Der Hirt* p. 490 sq. Itaque sensus loci est: propter peccata filiorum ita vexatus es, ut negotium tuum et bona tua amitteres (cf. Zahn l. c. p. 81 not. 3), et verti: corruptus es *in* saecularibus negotiis, non *a* saec. negotiis, ut interpretes veteres. Similiter dicit Macarius Aeg. Hom. [illegible] 3: *νεκρὸς ἀπὸ τῆς ζωῆς*, Hom. [illegible], 2: *ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποθνήσκειν* (PG 34, 545. 557).

2. *πολυσπλαγχνία*] Praeter hanc vocem (repetitam Vis. II, 2, 8; IV, 2, 3; Mand. IX, 2; cod. G habet ubique *πολλὴ εὐσπλαγχνία*) Hermas usurpat etiam *πολυευσπλαγχνία* (Sim. VIII, 6, 1), *πολύσπλαγχνος* (Mand. IV, 3, 5; Sim. V, 7, 4), *ἄσπλαγχνος* (Sim. VI, 3, 2), *σπλαγχνίζεσθαι* (Vis. III, 12, 3; Mand. IV, 3, 5; IX, 3; Sim. VI, 3, 2; VII, 4; VIII, 6, 3; 11, 1; IX, 14, 3), *σπλάγχνον* (Sim. IX, 24, 2). In N. T. legimus *πολύσπλαγχνος* (Iac. 5, 11) et *εὔσπλαγχνος* (Eph. 4, 32; I Petr. 3, 8) et *σπλάγχνα* (Luc. 1, 78; Act. 1, 18 etc.). — *ἐνγραφήσονται κτλ.*] Cf. Mand. VIII, 8; Sim. II, 9; V, 3, 2; I Clem. 45, 8 not. Dan. 7, 10; Apoc. 20, 12; Apoc. Baruch. 24, 1.

φήσονται εἰς τὰς βίβλους τῆς ζωῆς μετὰ τῶν ἁγίων. 3. μετὰ τὸ παῆναι αὐτῆς τὰ ῥήματα ταῦτα λέγει μοι· Θέλεις ἀκοῦσαί μου ἀναγινωσκούσης; λέγω κἀγώ· Θέλω, κυρία. λέγει μοι· Γενοῦ ἀκροατὴς καὶ ἄκουε τὰς δόξας τοῦ θεοῦ. ἤκουσα μεγάλως καὶ θαυμαστῶς, ὃ οὐκ ἴσχυσα μνημονεῦσαι· πάντα γὰρ τὰ ῥήματα ἔκφρικτα, ἃ οὐ δύναται ἄνθρωπος βαστάσαι. τὰ οὖν ἔσχατα ῥήματα ἐμνημόνευσα· ἦν γὰρ ἡμῖν σύμφορα καὶ ἥμερα· 4. Ἰδού, *ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων*, ὁ ἀοράτῳ δυνάμει καὶ κραταιᾷ καὶ τῇ μεγάλῃ συνέσει αὐτοῦ *κτίσας τὸν κόσμον* καὶ τῇ ἐνδόξῳ βουλῇ περιθεὶς τὴν εὐπρέπειαν τῇ κτίσει αὐτοῦ καὶ τῷ ἰσχυρῷ ῥήματι *πήξας τὸν οὐρανὸν* καὶ *θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ ὑδάτων* καὶ τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ κτίσας τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἣν καὶ ηὐλόγησεν, ἰδού, *μεθιστάνει* τοὺς οὐρανοὺς καὶ *τὰ ὄρη* καὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα ὁμαλὰ γίνεται τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, ἵνα ἀποδῷ αὐτοῖς τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἐπηγγείλατο μετὰ πολλῆς δόξης καὶ χαρᾶς, ἐὰν τηρήσωσιν τὰ νόμιμα τοῦ θεοῦ, ἃ παρέλαβον ἐν μεγάλῃ πίστει.

4. Ὅτε οὖν ἐτέλεσεν ἀναγινώσκουσα καὶ ἠγέρθη ἀπὸ τῆς καθέδρας, ἦλθαν τέσσαρες νεανίαι καὶ ἦραν τὴν καθέδραν καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὴν ἀνατολήν. 2. προσκαλεῖται δέ με καὶ ἥψατο τοῦ στήθους μου καὶ λέγει μοι· Ἤρεσέν σοι ἡ ἀνάγνωσίς μου; καὶ λέγω αὐτῇ· Κυρία, ταῦτά μοι τὰ ἔσχατα ἀρέσκει, τὰ δὲ πρότερα χαλεπὰ καὶ σκληρά. ἡ δὲ ἔφη μοι λέγουσα· Ταῦτα τὰ ἔσχατα τοῖς δικαίοις, τὰ δὲ πρότερα τοῖς ἔθνεσιν καὶ τοῖς ἀποστά-

2 *παῆναι* : *πανθῆναι* G | *ταῦτα* > G | 3 *κυρία* SL : + *μου* GA | 4/5 *μεγ. κ. θ. ὃ* SL^{1}A : *μεγάλας κ. θαυμαστὰς ὧν* G (L^2) | 6 *βαστάσαι* : *συνιέναι* G | 6/7 *τῶν οὖν ἐσχάτων ῥημάτων* G | 8 *ὁ ἀοράτῳ* L^1(L^2) : *ον αγαπω* SG (?) | *καὶ* pr > S | *καὶ* sec : *ὁ* G | 9 *ἐνδόξῳ* SL : + *αὐτοῦ* GA | 10 *αὐτοῦ* > G | 11 *ἐπὶ* + *τῶν* G | 12 *ἁγίαν* > G | 13 *εὐλόγησεν* G | 14 *τὰ βουνὰ* G | 17 *ἃ παρ.* : *ἅπερ ἔλαβον* G | 19 *ἦλθον* G | *νεανίσκοι* G | 22 *καὶ* SL^{2}A : > GL^1 | 24 *πρότερα* GL (priora) : *πρωτα* S(A ?) | *ἔθνεσιν* SL^{2}A : *ἐθνικοῖς* G, ethnicis L^1

3. *ῥήματα ἔκφρικτα κτλ.*] Iachmann (*Der Hirte d. H.* p. 65) contendit, Hermam ut aliis locis sic hoc quoque loco Esdrae Apocalypsin imitatum esse, et hic quidem IV Esr. 6, 17: Sonus eius sicut sonus aquarum multarum. Sed haec verba parvam verborum Hermae similitudinem gerunt.

4. *δυνάμει — συνέσει*] Cf. Ps. 146, 5. — *περιθεὶς τ. εὐπρ.*] Cf. Ps. 20, 6; 92, 1; 103, 1. — *ἰσχυρῷ ῥήμ.*] Cf.

corde suo, inscribantur in libris vitae cum sanctis. 3. Quae verba postquam finivit, dicit mihi: Vis audire me legentem? Et ego respondeo: Volo, domina. Dicit mihi: Esto audiens et percipe laudes domini. Audivi magnifice et mirifice, quae non poteram retinere in memoria; omnia enim verba terribilia, quae homo non potest sustinere. Novissima ergo verba tenui; erant enim nobis consentanea et mansueta: 4. Ecce, *deus virtutum*, qui virtute invisibili et potenti et magna intellegentia sua *condidit mundum* et glorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae et forti verbo *confixit caelum* et *fundavit terram super aquas* et propria sapientia ac providentia condidit sanctam ecclesiam suam, quam et benedixit, ecce, *transfert* caelos et *montes* et colles et maria, et omnia plana fiunt electis eius, ut reddat iis promissionem, quam promisit cum multa gloria et gaudio, si servaverint legitima dei, quae acceperunt in magna fide.

4. Cum igitur finiisset legens atque exsurrexisset de cathedra, venerunt quatuor iuvenes et tulerunt cathedram et abierunt ad orientem. 2. Vocat autem me et tetigit pectus meum et ait mihi: Placuit tibi lectio mea? Et dico ei: Domina, haec novissima mihi placent, priora autem difficilia et dura. Haec autem respondit mihi dicens: Haec novissima iustis, priora au-

8 Ps. 58, 6; 79, 5. 8. 15. 20; 83, 9; 88, 9 cf. 23, 10; 45, 8; 68, 7 etc. — 9 Act. 17, 24 cf. II Macc. 7, 23. — 11 Ies. 42, 5 cf. Ps. 32, 6; Ier. 10, 12. — 11 Ps. 135, 6 cf. 23, 2; 103, 5; 118, 90; Prov. 3, 19; II Petr. 3, 5. — 13 Ps. 45, 3 cf. Ies. 54, 10; I Cor. 13, 2.

Ps. 32, 9; Hebr. 4, 12. — *θεμελιώσας τ. γ. ἐπὶ ὑδάτων*] Eadem verba exhibet Theophilus Ad Autol. I, 7, cum Psalmista loco principali verbum *στερεοῦν* usurpet. — *ηὐλόγησεν*] Cf. Vis. I, 1, 6. — *πάντα ὁμαλὰ γ.*] Cf. Ies. 40, 4; Luc. 3, 5. — *ἐκλεκτοῖς*] Cf. Vis. II, 1, 3; 2, 5; 4, 2; III, 5, 1; 8, 3; 9, 10; IV, 2, 5; 3, 5. Deest vox in Mandatis et Similit. — *ῥῆμα τ. θεοῦ*] Cf. I Clem. 3, 4. — *ἐν μεγ. πίστει*] i. e. firmiter credentes.

4, 1. *πρὸς τ. ἀνατολήν*] Similia leguntur Apoc. 7, 2; Act. Perpet. et Felic. c. 11. Cur ad orientem? Quia ex oriente salus nobis apparuit. Cf. Luc. 1, 78; Matth. 2, 2; Clem. Al. Strom. VII, 7, 43 p. 856; Orig. De orat. c. 32. Animadvertendum est quoque, priscos fideles ad orientem versos precationem fecisse. Cf. Tert. Apol. c. 16; Ad nat. I, 13; Clem. Al. Strom. l. c.; Origen. l. c.; Const. ap. II, 57; VII, 44; Ps.-Iust. Quaest. ad Orthod. 118.

2. *ἀποστάταις*] Cf. Sim. VIII, 6, 4; IX, 19, 1.

ταις. 3. λαλούσης αὐτῆς μετ' ἐμοῦ δύο τινὲς ἄνδρες ἐφάνησαν καὶ ἦραν αὐτὴν τῶν ἀγκώνων καὶ ἀπῆλθαν, ὅπου καὶ ἡ καθέδρα, πρὸς τὴν ἀνατολήν. ἱλαρὰ δὲ ἀπῆλθεν καὶ ὑπάγουσα λέγει μοι· Ἀνδρίζου, Ἑρμᾶ.

Ὅρασις β'.

1. Πορευομένου μου εἰς Κούμας κατὰ τὸν καιρόν, ὃν καὶ πέρυσι, περιπατῶν ἀνεμνήσθην τῆς περυσινῆς ὁράσεως, καὶ πάλιν με αἴρει πνεῦμα καὶ ἀποφέρει εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ὅπου καὶ πέρυσι. 2. ἐλθὼν οὖν εἰς τὸν τόπον τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ***δοξάζειν αὐτοῦ τὸ ὄνομα***, ὅτι με ἄξιον ἡγήσατο καὶ ἐγνώρισέν μοι τὰς ἁμαρτίας μου τὰς πρότερον. 3. μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με ἀπὸ τῆς προσευχῆς βλέπω ἀπέναντί μου τὴν πρεσβυτέραν, ἣν καὶ πέρυσιν ἑωράκειν, περιπατοῦσαν καὶ ἀναγινώσκουσαν βιβλαρίδιον· καὶ λέγει μοι· Δύνῃ ταῦτα τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ ἀναγγεῖλαι; λέγω αὐτῇ· Κυρία, τοσαῦτα μνημονεῦσαι οὐ δύναμαι· δὸς δέ μοι τὸ βιβλίδιον, ἵνα μεταγράψωμαι αὐτό. Λάβε, φησίν, καὶ ἀποδώσεις μοι. 4. ἔλαβον ἐγὼ καὶ εἴς τινα τόπον τοῦ ἀγροῦ ἀναχωρήσας μετεγραψάμην πάντα πρὸς γράμμα· οὐχ ηὕρισκον γὰρ τὰς συλλαβάς. τελέσαντος οὖν μου τὰ γράμματα τοῦ βιβλιδίου ἐξαίφνης ἡρπάγη μου ἐκ τῆς χειρὸς τὸ βιβλίδιον· ὑπὸ τίνος δὲ οὐκ εἶδον.

2. Μετὰ δὲ δέκα καὶ πέντε ἡμέρας νηστεύσαντός μου καὶ πολλὰ ἐρωτήσαντος τὸν κύριον ἀπεκαλύφθη μοι ἡ γνῶσις τῆς γραφῆς. ἦν δὲ γεγραμμένα ταῦτα· 2. Τὸ σπέρμα σου, Ἑρμᾶ, ἠθέτησαν εἰς τὸν θεὸν καὶ ἐβλασφήμησαν εἰς τὸν κύριον καὶ προέδωκαν τοὺς γονεῖς αὐτῶν ἐν πονηρίᾳ μεγάλῃ καὶ ἤκουσαν προ-

1 *δύο — ἐφάνησαν* SL : *δύο ἄνδρες ἦλθον* GA | 2 *ἀπῆλθον* G | *καὶ* tert GL : > S | 3 *ἱλαρὰ δέ* : *καὶ* G | *ἀπάγουσα* G | *μοι* GLA : > S | 6 *Κούμας* L : *κωμασ* SA, *κώμην* G | *ὃν καὶ* > G | 7 *περιεπάτουν* G | 9 *ἐλθών* : *εἶθ' οὖν* G | 11 *πρότερον* S cf. Hebr. 10, 32; I Petr. 1, 14: *προτέρας* G | 12 *δὲ τὸ* G : *το* S, *το δε* Sc | 13 *πέρυσιν* GL^1 : *πρότερον* S, > L^2A | 14 *βιβλαρίδιον* S cf. Apoc. 10, 2. 9. 10: *βιβλιδάριον* G, similiter infra | 15 *ἀπαγγεῖλαι* G | 16 *δέ* : *δὴ* G | *μεταγράψω* G | 17 *λάβε — μοι* Sc GL^1 : > SL^2A | 19 *μου* G : > S | 20 *μου ἐκ* S : *μοι ἀπὸ* G | 21 *τὸ βιβλ.* > G | *εἶδον* SL^1 : *οἶδα* GL^2(A ?) | 22 *δέκα κ. π. ἡμ.* S : *ἡμέρας ιε'* G | 24 *Ἑρμᾶ* > G | 25 *ἠθέτησαν* SA : *-σεν* G(L) | *ἐβλασφήμησαν* SLA : *-σεν* G | 25/26 *προέδωκε . . . αὐτοῦ* G | 26 *πονηρίᾳ* SL : *ἁμαρτίᾳ* G(A ?)

tem gentibus ac refugis. 3. Cum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt et sustulerunt eam manibus et abierunt, ubi et cathedra, ad orientem. Hilaris autem abiit, et cum iret, ait mihi: Confortare, Herma.

Visio II.

1. Cum Cumas proficiscerer eo tempore, quo et antea, ambulans recordatus sum prioris visionis, et iterum me tollit spiritus et aufert in eundem locum, quo et antea. 2. Cum igitur in locum venissem, pono genua ac coepi orare dominum et ***glorificare nomen eius,*** quoniam dignum me duxit ac nota mihi fecit peccata mea priora. 3. Cum autem surrexissem ab oratione, video coram me anum, quam et antea videram, ambulantem et legentem libellum. Et dicit mihi: Potes haec electis dei annuntiare? Dico ei: Domina, tanta in memoria retinere non possum; da autem libellum mihi, ut describam eum. Accipe, inquit, et reddes mihi. 4. Accepi ego et in locum quendam agri recedens descripsi omnia ad litteram; non inveniebam enim syllabas. Cum ergo litteras libelli perfecissem, subito de manu mea raptus est libellus; a quo autem, non vidi.

2. Post quindecim autem dies cum ieiunassem multumque dominum rogassem, revelata est mihi cognitio scripturae. Erant autem scripta haec: 2. Semen tuum, Herma, deliquerunt in deum et blasphemaverunt in dominum et prodiderunt parentes suos in nequitia magna et audierunt proditores parentium et

10 Ps. 85, 9. 12; Ies. 24, 15; 66, 5; II Thess. 1, 12.

3. *ἀνδρίζου*] Cf. Mart. Polyc. 9, 1.

II, 1, 1. *πάλιν κτλ.*] Cf. Vis. I, 1, 3.

2. *δοξάζειν κτλ.*] Praeter locos supra laudatos fere ubique in S. Scriptura legimus *αἰνεῖν τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου,* cf. Ps. 68, 31; 99, 4; 112, 1; 134, 1 etc.

3. Hunc versum et sequentem respexit Clemens Al. Strom. VI, 15, 131 p. 806.

4. *συλλαβάς*] Libri vetustissimi scripti erant, perpetua litterarum serie nulla vocum distinctione facta.

2. Cf. ad hoc capitulum Mand. IV, 1. 3; Zahn, *Der Hirt* p. 344—349; *Jahrbücher f. deutsche Theol.* 1870 p. 205 sq. Lipsius in *Zeitschrift f. wiss. Theol.* 1869 p. 301—311.

2. *προέδωκαν*] Quomodo? Forte parentes apud magistratus paganos denuntiantes. Cf. Hilgenfeld, *Apost. Väter* p. 127 sq. Zahn l. c. p. 81; Vis. II, 3, 1. — *ἤκουσαν*] i. e. nomi-

δόται γονέων καὶ προδόντες οὐκ ὠφελήθησαν, ἀλλὰ ἔτι προσέθηκαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν τὰς ἀσελγείας καὶ συμφυρμοὺς πονηρίας, καὶ οὕτως ἐπλήσθησαν αἱ ἀνομίαι αὐτῶν. 3. ἀλλὰ γνώρισον ταῦτα τὰ ῥήματα τοῖς τέκνοις σου πᾶσιν καὶ τῇ συμβίῳ σου τῇ μελλούσῃ σου ἀδελφῇ· καὶ γὰρ αὕτη οὐκ ἀπέχεται τῆς γλώσσης, ἐν ᾗ πονηρεύεται· ἀλλὰ ἀκούσασα τὰ ῥήματα ταῦτα ἀφέξεται καὶ ἕξει ἔλεος. 4. μετὰ τὸ γνωρίσαι σε ταῦτα τὰ ῥήματα αὐτοῖς, ἃ ἐνετείλατό μοι ὁ δεσπότης ἵνα σοι ἀποκαλυφθῇ, τότε ἀφίενται αὐτοῖς αἱ ἁμαρτίαι πᾶσαι, ἃς πρότερον ἥμαρτον, καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις τοῖς ἁμαρτήσασιν μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας, ἐὰν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας μετανοήσωσιν καὶ ἄρωσιν ἀπὸ τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰς διψυχίας. 5. ὤμοσεν γὰρ ὁ δεσπότης κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ· ἐὰν ὡρισμένης τῆς ἡμέρας ταύτης ἔτι ἁμάρτησις γένηται, μὴ ἔχειν αὐτοὺς σωτηρίαν· ἡ γὰρ μετάνοια τοῖς δικαίοις ἔχει τέλος· πεπλήρωνται αἱ ἡμέραι μετανοίας πᾶσιν τοῖς ἁγίοις· καὶ τοῖς δὲ ἔθνεσιν μετάνοιά ἐστιν ἕως ἐσχάτης ἡμέρας. 6. ἐρεῖς οὖν τοῖς προηγουμένοις τῆς ἐκκλησίας, ἵνα κατορθώσωνται τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἀπολάβωσιν ἐκ πλήρους τὰς ἐπαγγελίας μετὰ πολλῆς δόξης. 7. ἐμμείνατε οὖν οἱ *ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην* καὶ μὴ διψυχήσητε, ἵνα γένηται ὑμῶν ἡ πάροδος μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. μακάριοι ὑμεῖς, ὅσοι ὑπομένετε τὴν θλῖψιν τὴν ἐρχομένην τὴν μεγάλην καὶ

2/3 *τὰς ἀσελγείας — αὐτῶν* SL : *καὶ ταῖς ἀσελγείαις καὶ συμφυρμοῖς αὐτῶν καὶ πονηρίαις* G, > A | 5 *τῇ γλώσσῃ* G | 7 *ἕξει* GLA : *εξεισ* S | *μετά* : *καὶ μ.* GA | 9 *καὶ πᾶσιν* SLA : *πᾶσι δὲ* G | 9/10 *τ. ἁγίοις* SL^1 : > L^2A, + *ἄφεσις ἔσται* GL^2(A) | 10 *ἁμαρτήμασι* G | 11 *τῆς* > G | *μετανοησουσιν* S | *τῶν καρδιῶν* GL : *τησ καρδιασ* S, > A | 13 *ἔτι* : *επι* S | 15 *πεπλήρωνται* + *γὰρ* G | 16 *καὶ* SA(L^2) : > G(L^1) | *ἕως* + *τῆς* G | 18 *αὐτῶν* SG : *εαυτων* Sc, item 3 p. 428 | 21 *περίοδος* G | 22 *ὑπομενεῖτε* G

nati sunt. — *ἐπλήσθησαν κτλ.*] Cf. Gen. 15, 16; Dan. 8, 23; I Thess. 2, 16.

3. *ἀδελφῇ*] Cf. Vis. II, 3, 1; Sim. IX, 11, 3. Sine iure Rem. Ceillier (*Histoire générale* III, 9 art. 1, 2) et alii ex hoc loco concluserunt, tempore visionis Hermae uxorem adhuc gentilium superstitioni addictam fuisse. Zahn l. c. p. 179 sq. hanc vocem ad saeculum futurum referri voluit, quo *neque nubent neque nubentur* (Matth. 22, 30). Cotelerius locum rectius de continentia interpretatus est. Cf. Tert. Ad uxor. I, 6: Quot item (sunt), qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt? De cultu fem. II, 9; Clem. Al. Strom. III, 6, 53 p. 535 sq.; VI, 12, 100 p. 790. — *γλώσσης*] Cf. Iac. 3, 5 sqq. I Tim. 5, 13.

prodentes nihil sibi profuerunt, sed adiecerunt peccatis suis libidines et compositiones nequitiae, et sic completae sunt iniquitates ipsorum. 3. Sed nota fac haec verba filiis tuis omnibus et coniugi tuae, quae futura est tibi soror; etenim haec non abstinet lingua, in qua nequiter agit; sed si audierit haec verba, abstinebit habebitque misericordiam. 4. Postquam autem iis nota fecisti haec verba, quae mandavit mihi dominus ut tibi revelentur, tunc remittuntur illis peccata omnia, quae ante peccaverunt, et omnibus sanctis, qui peccaverunt usque ad hunc diem, si ex toto corde paenitentiam egerint tulerintque de cordibus suis dubitationes. 5. Iuravit enim dominus per gloriam suam super electos suos, si terminato hoc die adhuc peccatum fuerit, non habere eos salutem; paenitentia enim iustis habet finem; completi sunt dies paenitentiae omnibus sanctis, gentibus autem paenitentia est usque ad novissimum diem. 6. Dices igitur praepositis ecclesiae, ut corrigant vias suas in iustitia, ut recipiant in pleno promissiones cum multa gloria. 7. Perseverate igitur, qui *operamini iustitiam*, et nolite duplices esse, ut fiat transitus vester cum angelis sanctis. Beati vos, quotquot sustinetis tribulationem supervenientem magnam et quot-

15 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 33.

4. *μέχρι τ. τ. ἡμέρας*] Cf. v. 5 not. Vis. III, 2, 2.

5. *ὤμοσεν κτλ.*] Cf. v. 8. — *ὡρισμένης τ. ἡ. τ.*] Veteres verterunt: Praefinita ista die (L¹) vel: super statuta die (L²), et Ritschl (*Entstehung der altkath. Kirche* ed. I p. 549) verba de die interpretatus est, quo oraculum datum est. Rectius Zahn l. c. p. 346 sqq. *ὁρίζειν* vertit *terminare* et Harnack ad h. l. dixit, tempus usque ad *ὡρισμένην ἡμέραν* esse *τὸ νῦν* (cf. Vis. III, 5, 5) i. e. hoc ipsum breve temporis spatium, quo Hermas admonitiones acceptas cum Christianis communicabit (cf. Vis. III, 8, 11). Sensus est igitur: si quis fidelis praeterlapso hoc tempore deliquerit, peccatum ei non remittetur. Gentilibus vero remittentur peccata usque ad novissimum diem, sc. per baptismum, quem Hermas hoc loco voce *μετάνοια* intellegit.

6. *προηγουμένοις*] Usurpatur haec vox etiam Vis. III, 9, 7. Cf. I Clem. 21, 6; Clem. Al. Paed. I, 6, 37 p. 120; Eus H. E. III, 36, 10; Const. ap. II, 46.

7. *πάροδος*] i. e. ut mortui cum angelis congregemini. Cf. Sim. IX, 24, 4; 25, 2. — *θλῖψιν τ. ἐρχ.*] Cf. Vis. II, 3, 4; IV, 1, 1; 2, 5; 3, 6; Sim. VII, 4. Respicit Hermas tempora novissima, quae mox adventura esse putat.

ὅσοι οὐκ ἀρνήσονται τὴν ζωὴν αὐτῶν. 8. ὤμοσεν γὰρ κύριος κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοὺς ἀρνησαμένους τὸν κύριον αὐτῶν ἀπεγνωρίσθαι ἀπὸ τῆς ζωῆς αὐτῶν, τοὺς νῦν μέλλοντας ἀρνεῖσθαι ταῖς ἐρχομέναις ἡμέραις· τοῖς δὲ πρότερον ἀρνησαμένοις, διὰ τὴν πολυσπλαγχνίαν ἵλεως ἐγένετο αὐτοῖς.

3. Σὺ δέ, Ἑρμᾶ, μηκέτι μνησικακήσῃς τοῖς τέκνοις σου μηδὲ τὴν ἀδελφήν σου ἐάσῃς, ἵνα καθαρισθῶσιν ἀπὸ τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν αὐτῶν. παιδευθήσονται γὰρ παιδείᾳ δικαίᾳ, ἐὰν σὺ μὴ μνησικακήσῃς αὐτοῖς. μνησικακία θάνατον κατεργάζεται. σὺ δέ, Ἑρμᾶ, μεγάλας θλίψεις ἔσχες ἰδιωτικὰς διὰ τὰς παραβάσεις τοῦ οἴκου σου, ὅτι οὐκ ἐμέλησέν σοι περὶ αὐτῶν· ἀλλὰ παρενεθυμήθης καὶ ταῖς πραγματείαις σου συνανεφύρης ταῖς πονηραῖς· 2. ἀλλὰ σώζει σε τὸ μὴ *ἀποστῆναί* σε *ἀπὸ θεοῦ ζῶντος* καὶ ἡ ἁπλότης σου καὶ ἡ πολλὴ ἐγκράτεια· ταῦτα σέσωκέν σε, ἐὰν ἐμμείνῃς, καὶ πάντας σώζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους καὶ πορευομένους ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι. οὗτοι κατισχύσουσιν πάσης πονηρίας καὶ παραμενοῦσιν εἰς ζωὴν αἰώνιον. 3. *μακάριοι* πάντες *οἱ ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην*. οὐ διαφθαρήσονται ἕως αἰῶνος. 4. ἐρεῖς δὲ Μαξίμῳ· Ἰδού, θλῖψις ἔρχεται· ἐάν σοι φανῇ, πάλιν ἄρνησαι. *Ἐγγὺς κύριος τοῖς ἐπιστρεφομένοις*, ὡς γέγραπται ἐν τῷ Ἐλδὰδ καὶ Μωδάτ, τοῖς προφητεύσασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ λαῷ.

4. Ἀπεκαλύφθη δέ μοι, ἀδελφοί, κοιμωμένῳ ὑπὸ νεανίσκου

1 *γὰρ* + *ὁ* G | 2 *κύριον* Sc G L^2 A : *χ̅ν̅* S, *υἱὸν* L^1 | 3 *νῦν* > G | 4 *τοὺς . . . ἀρνησαμένους* G | 5 *πολυσπλ.* : *πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν* G | 8 *μὴ* > G | 9 *μνησικακία* SG : *ἡ μ.* Sc | 10 *ἰδιωτικὰς* SGL^2 : *βιωτικασ* Sc L^1 | 13 *σε* > G | 14 *πολλὴ* > G | 15 *σώζει* GL^1A(L^2) : *σωζεισ* S | 16 *κατισχύσουσιν* : *-νουσιν* S | 17 *παραμενοῦσιν* GL^1 : *-μένουσιν* L^2A | 19 *Μαξίμῳ* SGL^2A (+ *μεγάλη* A) : magna L^1 | 20/21 *ἐλὰδ καὶ μωδὰδ* G, Heldam et Modal L^1 | 22 *ἀπεκαλύφθημεν* G | *μοι . . κοιμωμένῳ* > G | *νεανίσκου* : *τινος νεανίου* G

8. *ἀπεγνωρίσθαι ἀπό*] Cf. Vis. I, 3, 1. not.

3, 1. *ἀδελφήν*] i. e. uxorem. Cf. Tob. 7, 15. Etiam Hieronymus uxores cum maritis castam ducentes vitam eorundem sorores nominat et maritos fratres. Cf. Epp. 58 c. 6; 71 c. 7; 75 c. 2; 76 c. 3. — *θάνατον κατ.*] Cf. Mand. IV, 1, 2; Rom. 7, 13; II Cor. 7, 10. — *παρενεθυμήθης*] Cf. Mand. V, 2, 8; XII, 3, 6; Sim. V, 2, 7. — *πραγματείαις*] Cf. Vis. III, 6, 5; Mand. III, 5; X, 1, 4; Sim. VIII, 8, 1. 2; IX, 20, 1. 2. Plerisque his locis habes etiam vocem *ἐμπεφυρμένοι*.

2. *θεοῦ ζῶντος*] Locutio in S. Scriptura usitatissima; cf. praeter locum

quot non negabunt vitam suam. 8. Iuravit enim dominus per filium suum, eos, qui negaverint dominum suum, reprobatos et vitam suam perdituros esse, eos, qui nunc negaturi sunt diebus supervenientibus; qui autem ante negaverunt, propter multam misericordiam propitius factus est illis.

3. Tu autem, Herma, ne memor sis malitiae filiorum tuorum nec sororem tuam dimittas, ut purificentur a prioribus peccatis suis; erudientur enim doctrina iusta, si tu memor non fueris malitiae eorum. Memoria malorum mortem operatur. Tu autem, Herma, magnas tribulationes habuisti proprias propter praevaricationes domus tuae, quoniam tu non habuisti curam eorum, sed neglexisti eos et negotiationibus tuis implicitus es iniquis. 2. Sed illud te salvum facit, quod non ***recessisti a deo vivo,*** et simplicitas tua et magna continentia; haec salvaverunt te, si permanseris, et omnes salvant, qui talia operantur et ambulant in innocentia ac simplicitate. Hi superabunt omnem iniquitatem et perseverabunt in vitam aeternam. 3. ***Beati*** omnes, ***qui operantur iustitiam;*** non peribunt usque in saeculum. 4. Dices autem Maximo: Ecce, tribulatio venit; si tibi placuerit, iterum nega. ***Prope est dominus iis, qui se convertunt,*** sicut scriptum est in Eldad et Modat, qui prophetaverunt populo in deserto.

4. Revelatum est autem, fratres, mihi dormienti a iuvene

13 Hebr. 3, 12. — 17 Ps. 105, 2; 14, 2. — 20 Eldad et Modat.

supra laudatum Ps. 41, 3; 83, 3; Os. 1, 10; Dan. 6, 20. 26; Matth. 16, 16; 26, 63; Act. 14, 14; Rom. 9, 26 etc.

4. *Μάξιμος*] prorsus nobis ignotus est. — *ἐγγὺς κ. κτλ.*] Ps. 33, 19: *ἐγγὺς κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν.* Cf. Ps. 144, 18; Philipp. 4, 5. Clem. Al. Quis dives c. 41 p. 958: *πᾶσιν ἐγγύς ἐστι τοῖς πιστεύουσι καὶ πόρρω τοῖς ἀθέοις, ἂν μὴ μετανοήσωσιν.* — *'Ελδὰδ κ. Μωδάτ*] prophetae commemorantur Num. 11, 26. 27; Cyrill. Cat. XVI, 25. 26; Bas. M. De spir. sanct. c. 26; Epiph. Expos. fid. c. 4; Hieron. Ep. 78 ad Fab. de mans. 13; Ephraem De Abrah. ep. Nisib. cf. Bickell, Carmina Nisib. 1866 p. 113; Theodor. In epist. Paul. praef. In Synopsi S. Scripturae sub nomine Athanasii vulgata (Opp. ed. Patav. 1777 II, 154) et in Stichometria Nicephoro adscripta eorum liber inter apocrypha V. T. recensetur. Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 295—318.

4, 1. *νεανίσκου*] Cf. Vis. III, 10, 7.

Ait mihi: Simplicitatem tene et innocens esto et eris sicut infantes, qui ignorant nequitiam vitam hominum perdentem. 2. Primum de nemine detrahas neque libenter audias detrahentem; sin autem, et tu, qui audis, particeps eris peccati detrahentis, si fidem habueris detrectationi, quam audis; credens enim et tu ipse habebis contra fratrem tuum. Ita igitur particeps eris peccati detrahentis. 3. Mala detrectatio, instabile daemonium est, numquam in pace consistens, sed in discordiis semper habitans. Abstine igitur ab ea, et pacem habebis cum omnibus. 4. Indue autem gravitatem, in qua nulla offensa est iniqua, sed omnia plana atque laeta. Exerce bonum et de fructibus laborum tuorum, quos deus tibi tribuit, omnibus indigentibus da simpliciter, non dubitans, cui des aut cui non des. Omnibus da; omnibus enim deus dari vult de suis donis. 5. Qui ergo accipiunt, reddent rationem deo, quare acceperint et ad quid; qui enim accipiunt coacti aliqua necessitate, non iudicabuntur; qui vero fallaciter accipiunt, dabunt poenam. 6. Qui igitur dat, innoxius est; sicut enim accepit a domino ministerium implendum, simpliciter id implevit, nihil discernens,

τῶν ἁμαρτημάτων δαιμονίοις προσάψαι οἱ φήσαντες τὴν ὀξυχολίαν δαιμόνιον εἶναι, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν καταλαλιάν. — *εὐθηνίαν*] H. hanc vocem usurpat etiam Mand. V, 1, 2, verbum *εὐθηνεῖν* Mand. V, 2, 3; Sim. IX, 1, 8. Respiciens contextum hoc loco verti *pacem*. Cf. Gen. 41, 29. 31. 34. 47. 48; Dan. 11, 21. 24. Particula versus in memoriam revocat Doctr. apost. 1, 3: *καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν*, cumque versus 4—6 haud dubie ex hac scriptura desumpti sint, Hermam eam etiam hoc loco in mente habuisse conicere licet.

4. Antioch. Hom. 98, PG 89, 1731 (*ἐκ τῶν κόπων κτλ.*).

4—6. *πᾶσιν δίδου — ἀθῷός ἐστιν*] Haec Hermas e Doctrina apost. 1, 5 desumpsit. Cf. Funk, *Kirchengeschichtl. Abhandlungen* II (1899), 124—127.

5. Hunc versum auctor Didascaliae apostolorum exscripsit (cf. Didasc. apost. ed. Hauler 1900 p. 53, 25—29) et auctor Constitutionum apost. IV, 3 eum tanquam dictum S. Scripturae repetiit.

6. *διακονίαν*] Habes vocem hoc sensu etiam Sim. I, 9; II, 7; IX, 27, 2. Cf. Act. 6, 1.

λεσεν, μηθὲν διακρίνων, τίνι δῷ ἢ μὴ δῷ. ἐγένετο οὖν ἡ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα ἔνδοξος παρὰ τῷ θεῷ. ὁ οὖν οὕτως ἁπλῶς διακονῶν τῷ θεῷ ζήσεται. 7. φύλασσε οὖν τὴν ἐντολὴν ταύτην, ὥς σοι λελάληκα, ἵνα ἡ μετάνοιά σου καὶ τοῦ οἴκου σου ἐν ἁπλότητι εὑρεθῇ καὶ ἡ καρδία σου ***καθαρὰ καὶ ἀμίαντος***.

Ἐντολὴ γ'.

Πάλιν μοι λέγει· Ἀλήθειαν ἀγάπα καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ θεὸς κατῴκισεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθήσεται ὁ κύριος ὁ ἐν σοὶ κατοικῶν· ὅτι ὁ κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος· 2. οἱ οὖν ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν κύριον καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ κυρίου, μὴ παραδιδόντες αὐτῷ τὴν παρακαταθήκην, ἣν ἔλαβον. ἔλαβον γὰρ παρ' αὐτοῦ πνεῦμα ἄψευστον. τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί. 3. ταῦτα οὖν ἀκούσας ἐγὼ ἔκλαυσα λίαν. ἰδὼν δέ με κλαίοντα λέγει· Τί κλαίεις; Ὅτι, φημί, κύριε, οὐκ οἶδα, εἰ δύναμαι σωθῆναι. Διατί; φησίν. Οὐδέπω γάρ, φημί, κύριε, ἐν τῇ ἐμῇ ζωῇ ἀληθὲς ἐλάλησα ῥῆμα, ἀλλὰ πάντοτε πανούργως ἔζησα μετὰ πάντων καὶ τὸ ψεῦδός μου ἀληθὲς ἐπέδειξα παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ οὐδέποτέ μοι οὐδεὶς ἀντεῖπεν, ἀλλ' ἐπιστεύθη τῷ λόγῳ μου. πῶς οὖν, φημί, κύριε, δύναμαι ζῆσαι ταῦτα πράξας; 4. Σὺ μέν, φησί, καλῶς καὶ ἀληθῶς φρονεῖς· ἔδει γάρ σε ὡς θεοῦ δοῦλον ἐν ἀληθείᾳ πορεύεσθαι, καὶ πονηρὰν συνείδησιν μετὰ τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας μὴ κατοικεῖν μηδὲ λύπην ἐπάγειν τῷ πνεύματι τῷ σεμνῷ καὶ ἀληθεῖ. Οὐδέποτε, φημί, κύριε, τοιαῦτα ῥήματα ἀκριβῶς ἤκουσα. 5. Νῦν οὖν, φησίν, ἀκούεις· φύλασσε αὐτά, ἵνα καὶ τὰ πρότερον ἃ ἐλάλησας ψευδῆ ἐν ταῖς πραγματείαις

1 *μηθέν* : *μὴ* G | *τίνι δῷ ἢ μὴ δῷ* : *τί δῷ* G | 2 *ἁπλῇ* G | 3/6 *φύλασσε — ἀμίαντος* : . . . . *αντοσ* S | 5 *ἡ καρδία σου* L²L¹ (> *σου*) : *ἀκακία* G(A) | 5/6 *κ. ἀμίαντος* G(A) : et indeficiens apud deum L², > L¹ | 7 sqq. : S in hoc Mandato pauca tantum exhibet fragmenta | 8 *μοι λέγει* S : ∾ G | 9 *κατῴκισεν* em : *-ησεν* SG | 11 *ὁ* tert > G | 12 *ἀληθινὸς* + *ἐστιν* G | 13 et 16/17 *ἀποστερηταί* : *ἀπαρνηταὶ* G | 14 *μὴ* LA Ant : *καὶ μὴ* G | 18/19 *εἰ δύναμαι* : *οὐδὲν ἀγαθὸν* G | 20 *πανούργως* em cf. LA : *πανοῦργος* G | *ἔζησα* LA : *ἐλάλησα* G | 29 *ψευδῆ* GL¹ : *ψεύδη* L²A

cui det aut non det. Et factum est hoc ministerium simpliciter impletum gloriosum apud deum. Qui igitur sic simpliciter ministrat, deo vivet. 7. Custodi ergo mandatum hoc, sicut tibi dixi, ut paenitentia tua et domus tuae in simplicitate inveniatur et cor tuum *mundum et immaculatum.*

Mandatum III.

Iterum mihi dicit: Veritatem dilige et omnis veritas de ore tuo procedat, ut spiritus, quem dominus constituit in hac carne, verax inveniatur apud omnes homines, atque ita glorificabitur dominus in te habitans; dominus enim verax est in omni verbo nullumque apud eum est mendacium. 2. Qui ergo mentiuntur, abnegant dominum fraudatoresque domini fiunt, non reddentes ei depositum, quod acceperunt. Acceperunt enim ab eo spiritum non mendacem. Hunc si mendacem reddunt, maculant mandatum domini et fiunt fraudatores. 3. His ergo auditis ego vehementer flevi. Qui cum me flentem videret, ait: Quid ploras? Quoniam, inquam, domine, ignoro, an possim salvus esse. Quare? inquit. Numquam enim, inquam, domine, in vita mea verum verbum locutus sum, sed semper callide vixi cum omnibus et mendacium meum pro vero affirmavi omnibus hominibus; neque unquam mihi contradixit quisquam, sed fides habita est sermoni meo. Quomodo ergo, inquam, domine, possum vivere, cum haec gesserim? 4. Tu quidem, inquit, bene et vere sentis; oportebat enim te sicut dei servum in veritate ambulare, neque malam conscientiam cum spiritu veritatis habitare neque tristitiam afferre spiritui sancto ac vero. Numquam, inquam, domine, talia verba accurate audivi. 5. Nunc igitur, inquit, audis; custodi ea, ut et ea, quae prius falsa locutus es in nego-

5 Iac. 1, 27. — 12 I Ioann. 2, 27.

III. Plura e vv. 1. 2. 5 exscripsit Ps.-Athanasius l. c. c. 3.

1—2. Antioch. Hom. 66, PG 89, 1630. — *τ. πνεῦμα κτλ.*] Cf. v. 2; Mand. V, 1, 2—4; 2, 5—7; X, 1, 2; 2, 1. 2. 4—6; 3, 2. 3 etc. — *δοξ. ὁ κύριος*] Cf. Sirach 43, 32; Agg. 1, 8; Ezech. 28, 22.

2. *παρακαταθήκην*] Cf. I Tim. 6, 20; II Tim. 1, 14; Clem. Al. Quis dives c. 42 p. 959 (ap. Eus. H. E. III, 23, 14).

4. *μηδὲ λύπην κτλ.*] Cf. Eph. 4, 30.

5. Antioch. l. c. p. 1630 (*ἐὰν — περιποιήσασθαι*).

σου, τούτων εὑρεθέντων ἀληθινῶν, κἀκεῖνα πιστὰ γένηται· δύναται γὰρ κἀκεῖνα πιστὰ γενέσθαι. ἐὰν ταῦτα φυλάξῃς καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν πᾶσαν ἀλήθειαν λαλήσῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι· καὶ ὃς ἂν ἀκούσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην καὶ ἀπέχηται τοῦ πονηροτάτου ψεύσματος, ζήσεται τῷ θεῷ.

Ἐντολὴ δ΄.

1. Ἐντέλλομαί σοι, φησίν, φυλάσσειν τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναβαινέτω σου ἐπὶ τὴν καρδίαν περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἢ περὶ πορνείας τινὸς ἢ περὶ τοιούτων τινῶν ὁμοιωμάτων πονηρῶν. τοῦτο γὰρ ποιῶν μεγάλην ἁμαρτίαν ἐργάζῃ. τῆς δὲ σῆς μνημονεύων πάντοτε γυναικὸς οὐδέποτε διαμαρτήσεις. 2. ἐὰν γὰρ αὕτη ἡ ἐνθύμησις ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, διαμαρτήσεις, καὶ ἐὰν ἕτερα οὕτως πονηρά, ἁμαρτίαν ἐργάζῃ· ἡ γὰρ ἐνθύμησις αὕτη θεοῦ δούλῳ ἁμαρτία μεγάλη ἐστίν· ἐὰν δέ τις ἐργάσηται τὸ ἔργον τὸ πονηρὸν τοῦτο, θάνατον ἑαυτῷ κατεργάζεται. 3. βλέπε οὖν σύ· ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης· ὅπου γὰρ σεμνότης κατοικεῖ, ἐκεῖ ἀνομία οὐκ ὀφείλει ἀναβαίνειν ἐπὶ καρδίαν ἀνδρὸς δικαίου. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ὀλίγα ἐπερωτῆσαί σε. Λέγε, φησίν. Κύριε, φημί, εἰ γυναῖκα ἔχῃ τις πιστὴν ἐν κυρίῳ καὶ ταύτην εὕρῃ ἐν μοιχείᾳ τινί, ἆρα ἁμαρτάνει ὁ ἀνὴρ συνζῶν μετ' αὐτῆς; 5. Ἄχρι τῆς ἀγνοίας, φησίν, οὐχ ἁμαρτάνει· ἐὰν δὲ γνῷ ὁ ἀνὴρ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῆς καὶ μὴ μετανοήσῃ ἡ γυνή, ἀλλ' ἐπιμένῃ τῇ πορνείᾳ αὐτῆς καὶ συνζῇ ὁ ἀνὴρ μετ' αὐτῆς, ἔνοχος γίνεται τῆς ἁμαρτίας αὐτῆς καὶ κοινωνὸς τῆς μοιχείας αὐτῆς. 6. Τί οὖν, φημί, κύριε, ποιήσῃ ὁ ἀνήρ, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῷ πάθει τούτῳ ἡ γυνή; Ἀπολυσάτω, φησίν, αὐτὴν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐφ' ἑαυτῷ μενέτω· *ἐὰν δὲ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἑτέραν γαμήσῃ,*

2 *γὰρ* LA : + *φημὶ* G | 4 *ἀπέχηται* S (. . *χη* . .) : *ἀφέξηται* G | 5 *ψευσμ.* : *πνεύματος* G | 7 *καὶ* > S | 9 *πορνείας* Sc LA Ath : *πονηριας* SG | *τινῶν* > G | 10 *μεγ. ἁμ.* S : ∾ G Ath[2] | 11/12 *ἐνθύμησις* + *ἡ πονηρὰ* G | 12 *τὴν* > S | 12/13 *ἕτ.* — *ἁμαρτίαν* : *ἑτέραν ὡσαύτως πονηρὰν ἐνθυμήσῃ, πονηρὰ* G | 13 *εργαση* Sc | *θω̅* S | 14 *ἐργάζηται* G | 16 sqq. *ὅπου* — *ἔθνεσιν* (476, 10) > A | 18 *με* G | 19 *κ. φ. ει* (*η* S) *γυν. ἔχῃ* (*εχων* S) *τις* SL : *εἰ γυναῖκα φημὶ κύριε* G | 20 *ἆρα* : *μήτι* G | 21 *συνζῶν* S : *ὁ συζῶν* G | *ἀγν.* : *εὐνοίας* G | *ουκ* S | 22 *γνοι* S | 23 *ἐπιμείνῃ* G | *πορνείᾳ* SL[1] : *ἁμαρτίᾳ* G, nequitia L[2] | 24 *γίνεται* : *ἔσται* G | *αὐτῆς* > G | *κοινωνεῖ τῇ μοιχείᾳ* G | 24/25 *αὐτῆς* > S | 25 *ποιήσει* G | 27 *μεινάτω* G

tiationibus tuis, si haec inveniantur vera, etiam illa fida fiant; namque etiam illa fida fieri possunt. Si haec custodieris et ex hoc tempore omnem veritatem dixeris, poteris tibi vitam adquirere. Et quicumque audierit hoc praeceptum et abstinuerit a maximo mendacii malo, deo vivet.

Mandatum IV.

1. Praecipio tibi, inquit, ut custodias castitatem, neque ascendat in corde tuo cogitatio mulieris alienae aut fornicationis cuiuspiam aut eiusmodi vitiorum similium. Hoc enim faciens magnum peccatum operaberis. Tuae autem coniugis semper memor nunquam peccabis. 2. Si enim hoc desiderium in cor tuum penetraverit, peccabis, et si aliud tam malum, peccatum operaris; desiderium enim istud dei servo peccatum est magnum; si autem quis operatur hoc opus malum, mortem sibi adquirit. 3. Vide ergo tu: abstine ab hoc desiderio; ubi enim castitas habitat, ibi iniquitas in cor viri iusti non debet ascendere. 4. Dico ei: Domine, permitte mihi, ut te pauca interrogem. Dic, inquit. Domine, inquam, si quis uxorem habet fidelem in domino eamque deprehendit in adulterio aliquo, numquid peccat vir, si convivit cum ea? 5. Quamdiu nescit, inquit, non peccat; si autem vir peccatum eius cognoverit neque paenitentiam egerit mulier, sed permanet in fornicatione sua ac convivit vir cum ea, particeps fit peccati eius et socius adulterii eius. 6. Quid igitur, inquam, domine, faciat maritus, si uxor in hac libidine permanserit? Dimittat eam, inquit, et vir maneat secum; ***sin vero uxore dimissa aliam duxerit,*** et ipse ***adulterium***

27 Marc. 10, 11; Matth. 5, 32; 19, 9 cf. I Cor. 7, 11.

IV, 1—3. Ps.-Athan. l. c. c. 4 ed. Dindorf 1857 p. 15 (in editionibus prioribus plura desunt). — *ὁμοιωμάτων*] Cf. Exod. 20, 4; Deut. 5, 8. — *οὐδ. διαμαρτήσεις*] Auctor Sirach 7, 36 ante oculos habuisse videtur.

4. *πιστὴν ἐν κυρ.*] Cf. I Cor. 4, 17; Eph. 1, 1.

5. *ἐὰν δὲ γνῷ κτλ.*] Citatur hic locus a Petro Lombardo lib. IV Sentent. dist. 35 n. 5 et a Gratiano c. 7. C. 34. qu. 1, mutatusque in canonem cernitur in decretal. Gregorii IX lib. 5 tit. 16 (de adult. et stupro) c. 3. Similia ubique inveniuntur, in scriptoribus profanis, in Canonibus, in Patribus. Cf. Cotel. ad h. l.

6. *ἐφ' ἑ. μενέτω*] Rationem habes v. 8. — *ἐὰν δὲ ἀπολύσας κτλ.*] Vinculum matrimonii ergo adulterio non

καὶ αὐτὸς *μοιχᾶται*. 7. Ἐὰν οὖν, φημί, κύριε, μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι τὴν γυναῖκα μετανοήσῃ ἡ γυνὴ καὶ θελήσῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα ὑποστρέψαι, οὐ παραδεχθήσεται; 8. Καὶ μήν, φησίν, ἐὰν μὴ παραδέξηται αὐτὴν ὁ ἀνήρ, ἁμαρτάνει καὶ μεγάλην ἁμαρτίαν ἑαυτῷ ἐπισπᾶται, ἀλλὰ δεῖ παραδεχθῆναι τὸν ἡμαρτηκότα καὶ μετανοοῦντα, μὴ ἐπὶ πολὺ δέ· τοῖς γὰρ δούλοις τοῦ θεοῦ μετάνοιά ἐστιν μία. διὰ τὴν μετάνοιαν οὖν οὐκ ὀφείλει γαμεῖν ὁ ἀνήρ. αὕτη ἡ πρᾶξις ἐπὶ γυναικὶ καὶ ἀνδρὶ κεῖται. 9. οὐ μόνον, φησίν, μοιχεία ἐστίν, ἐάν τις τὴν σάρκα αὐτοῦ μιάνῃ, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν τὰ ὁμοιώματα ποιῇ τοῖς ἔθνεσιν, μοιχᾶται. ὥστε καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἐὰν ἐμμένῃ τις καὶ μὴ μετανοῇ, ἀπέχου ἀπ' αὐτοῦ καὶ μὴ συνζῆθι αὐτῷ· εἰ δὲ μή, καὶ σὺ μέτοχος εἶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ. 10. διὰ τοῦτο προσετάγη ὑμῖν ἐφ' ἑαυτοῖς μένειν, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνή· δύναται γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις μετάνοια εἶναι. 11. ἐγὼ οὖν, φησίν, οὐ δίδωμι ἀφορμήν, ἵνα αὕτη ἡ πρᾶξις οὕτως συντελῆται, ἀλλὰ εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν τὸν ἡμαρτηκότα. περὶ δὲ τῆς προτέρας ἁμαρτίας αὐτοῦ ἔστιν ὁ δυνάμενος ἴασιν δοῦναι· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔχων πάντων τὴν ἐξουσίαν.

2. Ἠρώτησα αὐτὸν πάλιν λέγων· Ἐπεὶ ὁ κύριος ἄξιόν με ἡγήσατο, ἵνα μετ' ἐμοῦ πάντοτε κατοικῇς, ὀλίγα μου ῥήματα ἔτι ἀνάσχου, ἐπεὶ οὐ συνίω οὐδὲν καὶ ἡ καρδία μου πεπώρωται ἀπὸ τῶν προτέρων μου πράξεων· συνέτισόν με, ὅτι λίαν ἄφρων εἰμὶ καὶ ὅλως οὐθὲν νοῶ. 2. ἀποκριθείς μοι λέγει· Ἐγώ, φησίν, ἐπὶ τῆς μετανοίας εἰμὶ καὶ πᾶσιν τοῖς μετανοοῦσιν σύνεσιν δίδωμι.

2 *ἡ γυνὴ* > G | 2/3 *ἑαυτῆς .. ὑποστρ.* S : *ἴδιον .. ἐπιστρ.* G | 7 *ὠφέλει* G | *ἀνὴρ* + *αυτησ* S | 8 *κεῖται* > G | 9 *αὐτοῦ* SG : *εαυτου* Sc | 9/10 *τὰ ὁμ. π.* S : *π. τὰ ὅμοια* G | 10 *καὶ ἐν τοῖς* S : *κἂν* G | 11 *ἐὰν ἐμμ.* S : *ἐπιμείνῃ* G | *μετανοήσῃ* G | 12 *μὴ σ.* : *μηδὲ σύζηθι* G | 14 *ἀνὴρ .. γυνή* : ∾ G | *τοῖς τ.* S : *τούτοις* G | 16 *ἀλλὰ εἰς τὸ* S(L) : *ὥστε* G | 17 *τοῦ δυναμένου* G | 19 *ἠρώτησα* GL : + *δε* S | *πάλιν λέγων* GLA : *λεγων κε* S | *κύριος* + *μου* S | 21 *συνιῶ* G | *πεπώρωται* GL[1] : *πεπηρωται* SL[2] | 22 *μου* > SL[1] | 23 *οὐθὲν* S : *ουδεν* Sc G

dirimitur.

8. *δεῖ παραδεχθῆναι*] Hunc potissimum locum respexit Tertullianus De pudic. c. 10 scribens: *Deus bonus est: suis, non ethnicis sinum subicit; secunda te paenitentia excipiet; eris iterum de moecho Christianus. Haec tu mihi, benignissime Dei interpres. Sed cederem tibi, si scriptura Pastoris, quae sola moechos amat, divino*

committit. 7. Si ergo, inquam, domine, uxor, postquam dimissa fuit, paenitentiam egerit et ad maritum suum reverti voluerit, non recipietur? 8. Immo, inquit, si vir eam non receperit, peccat et magnum peccatum sibi contrahit; sed oportet recipiatur, qui peccavit ac poenitentiam agit, non vero saepe; servis enim dei paenitentia una est. Propter paenitentiam igitur vir non debet aliam ducere. Haec res ad mulierem ac virum pertinet. 9. Non solum, inquit, adulterium est, si quis carnem suam coinquinat, sed etiam quicumque similia facit ac gentiles, adulter est. Itaque si quis in eiusmodi actibus permanet neque paenitentiam agit, abstine ab eo neque convive cum eo; sin autem, et tu particeps es peccati eius. 10. Propterea vobis praeceptum est, ut vobiscum maneatis, sive vir sive mulier; potest enim in eiusmodi rebus paenitentia esse. 11. Ego igitur, inquit, non do occasionem, ut actus iste sic perficiatur, sed ne amplius peccet, qui peccavit. Quod autem prius eius peccatum attinet, est qui mederi potest; ipse enim est, qui habet omnium potestatem.

2. Interrogavi eum iterum dicens: Quia dominus dignum me habuit, quocum semper habitares, pauca verba adhuc sustine, quia non intellego quidquam et cor meum obduratum est prioribus actibus meis; prudentia me indue, quia valde stultus sum et omnino nihil sapio. 2. Respondens mihi dicit: Ego, inquit, paenitentiae praepositus sum et omnibus paenitentibus

instrumento meruisset incidi, si non ab omni concilio ecclesiarum, etiam vestrarum, inter apocrypha et falsa iudicaretur; adultera et ipsa et inde patrona sociorum, a qua et alias initiaris, et ib. c. 20: *et utique receptior apud ecclesias epistula Barnabae illo apocrypho Pastore moechorum.* — *μετάνοιά ἐ. μία*] Cf. c. 3, 6. 7.

9. *ὁμ. τοῖς ἔθνεσιν*] De divortio in casu idololatriae cf. Augusti, *Handbuch d. christl. Archäologie* III, 151. Hic agitur de coniuge christiana in idololatriam relapsa, non de coniuge infideli, ut I Cor. 7, 15. Laudat locum Ps.-Cyprianus De aleat. c. 4 ed. Hartel III, 96, 10—13.

10. *δύναται κτλ.*] i. e. potest enim moechus seu moecha paenitentiam agere, qua peracta iterum recipiatur ab altera parte; ideo posterior non alio matrimonii vinculo ligari debet.

11. *οὐ δ. ἀφορμήν*] i. e. recipiendam esse adulteram docens, absit, ut adulterii occasionem praebeam (Hefele). — *περὶ δὲ τ. προτέρας κτλ.*] Cf. Sim. V, 7, 3; VIII, 11, 3.

2, 2. *ἐπὶ τ. μετανοίας*] Cf. Vis. V,

ἢ οὐ δοκεῖ σοι, φησίν, αὐτὸ τοῦτο τὸ μετανοῆσαι σύνεσιν εἶναι; τὸ μετανοῆσαι, φησίν, σύνεσίς ἐστιν μεγάλη· συνίει γὰρ ὁ ἁμαρτήσας, ὅτι ***πεποίηκεν τὸ πονηρὸν ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου***, καὶ ἀναβαίνει ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἡ πρᾶξις, ἣν ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ καὶ οὐκέτι ἐργάζεται τὸ πονηρόν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν πολυτελῶς ἐργάζεται καὶ ταπεινοῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ βασανίζει, ὅτι ἥμαρτεν. βλέπεις οὖν, ὅτι ἡ μετάνοια σύνεσίς ἐστιν μεγάλη. 3. Διὰ τοῦτο οὖν, φημί, κύριε, ἐξακριβάζομαι παρὰ σοῦ πάντα· πρ[illegible]τον μέν, ὅτι ἁμαρτωλός εἰμι, ἵνα γνῶ, ποῖα ἔργα ἐργαζόμενος ζ[illegible]σομαι, ὅτι πολλαί μου εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι καὶ ποικίλαι. 4. Ζ[illegible]σῃ, φησίν, ἐὰν τὰς ἐντολάς μου φυλάξῃς καὶ πορευθῇς ἐν αὐτ[illegible]αῖς· καὶ ὃς ἂν ἀκούσας τὰς ἐντολὰς ταύτας φυλάξῃ, ζήσεται τῷ [illegible]εῷ.

3. Ἔτι, φημί, κύριε, προσθήσω τοῦ ἐπερωτῆσαι. Λέγε, φ[illegible]σίν. Ἤκουσα, φημί, κύριε, παρά τινων διδασκάλων, ὅτι ἑτέρα μ[illegible]τάνοια οὐκ ἔστιν εἰ μὴ ἐκείνη, ὅτε εἰς ὕδωρ κατέβημεν καὶ ἐλ[illegible]βομεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν τῶν προτέρων. 2. λέγει μοι· Κα[illegible]λῶς ἤκουσας· οὕτω γὰρ ἔχει. ἔδει γὰρ τὸν εἰληφότα ἄφεσιν ἁ[illegible]αρτιῶν μηκέτι ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ἐν ἁγνείᾳ κατοικεῖν. 3. ἐπεὶ [illegible] δὲ πάντα ἐξακριβάζῃ, καὶ τοῦτό σοι δηλώσω, μὴ διδοὺς ἀφορμὴν [illegible]οῖς μέλλουσι πιστεύειν ἢ τοῖς νῦν πιστεύσασιν εἰς τὸν κύριον. οἱ [illegible]άρ νῦν πιστεύσαντες ἢ μέλλοντες πιστεύειν μετάνοιαν ἁμαρτιῶν [illegible]ὐκ ἔχουσιν, ἄφεσιν δὲ ἔχουσι τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν αὐτῶν. 4. [illegible]οῖς οὖν κληθεῖσι πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἔθηκεν ὁ κύριος μετάνοι[illegible]ν· καρδιογνώστης γὰρ ὢν ὁ κύριος καὶ πάντα προγινώσκων ἔγνω [illegible]ὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν πολυπλοκίαν τοῦ διαβόλου, [illegible] ὅτι

1 *αὐτὸ . . σύνεσιν εἶναι* SL^{2}A : *ὡς αὐτὸ . . σύνεσίς ἐστι μεγάλη* GL[illegible] 2 *τὸ — μεγάλη* > G | *συνῆκε* G | *γὰρ* GLA : + *ο ανηρ* S | 3 *ἐποίησε* [illegible] *ἔμπρ. τοῦ* S : *ἔναντι* G | 4 *ἀνέβη* G | 4/5 *μετανοήσας* G | 6 *ἑαυτοῦ ψ.* [illegible] *ψ. αὐτοῦ* G | 7 *οὖν* + *φησὶν* GL^2 | 9/24 *ὅτι — καρδιογνώστης* : in S praet[illegible] paucas litteras omnia evanuerunt | 13 *ἔτι — φησίν* GA : et dixi ill[illegible] Etiam nunc, domine L^1, et dixi illi L^2 | 16 *τῶν προτέρων* > L^1 | 16/[illegible] *λέγει — ἤκουσας* post *κατοικεῖν* l. 18 L^1 | 17/18 *οὕτω — ἁμαρτιῶν* > L^1[illegible] 17 *τὸν* Clem (L^2) : *τινα* G | 21 *μετ. ἁμαρτιῶν* LA : *μεγάλην ἁμαρτίαν* G 24 *ἔγνω* G(LA) : *προεῖδεν* Clem, ... S

7. — *τὸ μετανοῆσαι κτλ.*] Haec et c. 3 Clemens Alex. Strom. II, 12. 13 p. 458 sq. libere laudat.

3, 1. *εἰς ὕδωρ κτλ.*] Cf. Sim. IX, 16, 4. 6.

2. Clem. Al. Strom. II, 13, 56 p. 45[illegible] (*ἔδει — ἁμαρτάνειν*). — *καλῶς ἤκου*-*σας κτλ.*] Hermas igitur affirmat[illegible] paenitentiam vel remissionem peccatorum praeter vel post baptismum[illegible]

do prudentiam. Aut non, inquit, hoc ipsum, quod quis paenitentiam agit, tibi videtur prudentia esse? Paenitentiam agere, inquit, prudentia est magna. Intellegit enim, qui peccavit, ***se malum fecisse coram domino***, et recordatur actus, quem fecit, et paenitentiam agit et iam non operatur malum, sed bonum operatur omni modo et humiliat animam suam et torquet, quia peccavit. Vides igitur, quod paenitentia prudentia est magna. 3. Propterea igitur, inquam, domine, diligenter a te quaero omnia; primum, quia peccator sum, ut cognoscam, qualia opera operans vivere possim, quia multa sunt peccata mea ac varia. 4. Vives, inquit, si mandata mea custodieris in iisque ambulaveris; et quicumque audierit haec mandata et custodierit, vivet deo.

3. Adhuc, inquam, domine, pergam interrogare. Loquere, inquit. Audivi, inquam, domine, a quibusdam doctoribus, aliam paenitentiam non esse nisi illam, cum in aquam descendimus et accepimus remissionem peccatorum nostrorum priorum. 2. Dicit mihi: Recte audisti; sic enim res se habet. Debuit enim, qui accepit remissionem peccatorum, non amplius peccare, sed in castitate permanere. 3. Quoniam autem omnia diligenter inquiris, hoc quoque tibi ostendam, non dans occasionem illis, qui credituri sunt aut qui modo crediderunt in dominum. Qui enim nunc crediderunt aut credituri sunt, paenitentiam peccatorum non habent, remissionem autem habent priorum peccatorum suorum. 4. Illis ergo, qui ante hos dies vocati sunt, dominus posuit paenitentiam. Cum enim corda noverit dominus et omnia praeviderit, novit infirmitatem hominum et astutiam

3 Iudic. 2, 11; 3, 12; 4, 1; 10, 6; 13, 1; 1 Reg. 15, 19; III Reg. 14, 22 etc.

non esse neque esse concedendam iis, qui nunc vel deinde credituri sint (cf. v. 3). Infra v. 4—6 autem addit, iis, qui ante hos dies vocati sint, Deum misericordem paenitentiam dedisse et quidem unam.

3. *ἀφορμήν*] sc. saepius peccandi cf. c. 1, 11. — *ἄφεσιν*] sc. per baptismum et sine operibus paenitentiae.

4. Clem. Al. Strom. II, 13, 56 p. 459. — *πρὸ τούτων τ. ἡμ. κτλ.*] Cf. Vis. II, 2, 4. — *καρδιογνώστης*] Cf. Act. 1, 25; 15, 8; Act. Thecl. c. 24; Act. Thadd. c. 3; Const. ap. II, 24; III, 7; IV, 6; VIII, 5. Clem. Al. l. c. et Strom. V, 14, 97 p. 704; Orig. De orat. c. 29.

ποιήσει τι κακὸν τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ καὶ πονηρεύσεται εἰς αὐτούς· 5. πολύσπλαγχνος οὖν ὢν ὁ κύριος ἐσπλαγχνίσθη ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ καὶ ἔθηκεν τὴν μετάνοιαν ταύτην, καὶ ἐμοὶ ἡ ἐξουσία τῆς μετανοίας ταύτης ἐδόθη. 6. ἀλλὰ ἐγώ σοι λέγω, φησί· μετὰ τὴν κλῆσιν ἐκείνην τὴν μεγάλην καὶ σεμνὴν ἐάν τις ἐκπειρασθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἁμαρτήσῃ, μίαν μετάνοιαν ἔχει· ἐὰν δὲ ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνῃ καὶ μετανοήσῃ, ἀσύμφορόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τοιούτῳ· δυσκόλως γὰρ ζήσεται. 7. λέγω αὐτῷ· Ἐζωοποιήθην ταῦτα παρὰ σοῦ ἀκούσας οὕτως ἀκριβῶς· οἶδα γάρ, ὅτι, ἐὰν μηκέτι προσθήσω ταῖς ἁμαρτίαις μου, σωθήσομαι. Σωθήσῃ, φησίν, καὶ πάντες, ὅσοι ἐὰν ταῦτα ποιήσωσιν.

4. Ἠρώτησα αὐτὸν πάλιν λέγων· Κύριε, ἐπεὶ ἅπαξ ἀνέχῃ μου, ἔτι μοι καὶ τοῦτο δήλωσον. Λέγε, φησίν. Ἐὰν γυνή, φημί, κύριε, ἢ πάλιν ἀνήρ τις κοιμηθῇ καὶ γαμήσῃ τις ἐξ αὐτῶν, μήτι ἁμαρτάνει ὁ γαμῶν; 2. Οὐχ ἁμαρτάνει, φησίν· ἐὰν δὲ ἐφ' ἑαυτῷ μείνῃ τις, περισσοτέραν ἑαυτῷ τιμὴν καὶ μεγάλην δόξαν περιποιεῖται πρὸς τὸν κύριον· ἐὰν δὲ καὶ γαμήσῃ, οὐχ ἁμαρτάνει. 3. τήρει οὖν τὴν ἁγνείαν καὶ τὴν σεμνότητα, καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ. ταῦτά σοι ὅσα λαλῶ καὶ μέλλω λαλεῖν, φύλασσε ἀπὸ τοῦ νῦν, ἀφ' ἧς μοι παρεδόθης ἡμέρας, καὶ εἰς τὸν οἶκόν σου κατοικήσω. 4. τοῖς δὲ προτέροις σου παραπτώμασιν ἄφεσις ἔσται, ἐὰν τὰς ἐντολάς μου φυλάξῃς· καὶ πᾶσι δὲ ἄφεσις ἔσται, ἐὰν τὰς ἐντολάς μου ταύτας φυλάξωσι καὶ πορευθῶσιν ἐν τῇ ἁγνότητι ταύτῃ.

2 *πολύσπλαγχνος* : *πο . . . . χνοσ* S, *πολυεύσπλ.* G | *ὢν* > G | 4 *ἐγὼ* > G | *φησί* : *φη . .* S hic desinens; quae in G aut omissa aut deleta sunt neque per testem alium graecum, Ps.-Athanasium, Antiochum etc. traduntur, in textu deinceps uncinis [ ] includuntur; in notis de locis ratio redditur, exceptis iis, in quibus paucae tantum litterae evanuerunt | 5 *τὴν κλ.* LA : *πνεύματος κλῆσιν* G | 7 *καὶ* + *οὐ* G | 8 *τῷ τοιούτῳ* L¹ (talia agenti) L²A (illi) : *τὸ τοιοῦτον* G | *ζήσεται* GA : + deo L | 12 *κύριε* LA : *καὶ* G | 15 *ἐφ'* em cf. c. 1, 6. 10 : *ἐν* G | 17 *ἐὰν* — *ἁμαρτάνει* > L¹ | 23 *καὶ* — *ταύτῃ* > L¹

5—6. Clem. Al. l. c. c. 13, 57 sq. p. 459 sq.

6. *κλῆσιν κτλ.*] Contextus docet, Hermam minus de baptismo quam de vocatione per angelum paenitentiae loqui. — *μίαν μετ.*] Cf. c. 1, 8. Clemens Al. l. c., baptismum primam paenitentiam vocans, exhibet *μίαν ἔτι* et paulo supra *μετάνοιαν δευτέραν*. Cf. de hoc loco Funk, *Kirchengeschichtl. Abhandlungen und Unters.* I (1897), 170 sq. — *ἀσύμφορον*] i. e. non in ecclesiam est recipiendus, et vix salutem consequetur.

diaboli, quia malum aliquod faciet servis dei et inique aget adversus eos; 5. cum ergo valde misericors sit dominus, misertus est creaturae suae et paenitentiam istam statuit, et mihi potestas huius paenitentiae data est. 6. At ego tibi dico, inquit: post vocationem illam magnam et sanctam si quis tentatus a diabolo peccaverit, unam paenitentiam habet. Sin autem subinde peccat et paenitentiam agit, non prodest homini eiusmodi; difficile enim vivet. 7. Dico ei: Animus mihi rediit, ubi haec a te tam accurate audivi; scio enim, fore ut salvus fiam, si postea non adiecero peccatis meis. Salvus eris, inquit, et omnes, quotquot haec fecerint.

4. Interrogavi eum iterum dicens: Domine, cum semel me sustineas, adhuc et hoc mihi ostende. Dic, inquit. Si mulier, inquam, domine, aut invicem vir aliquis dormiverit et nupserit aliquis eorum, numquid peccat nubens? 2. Non peccat, inquit; si autem secum quis manet, abundantiorem honorem et magnam gloriam sibi comparat apud dominum; etsi vero nubit, non peccat. 3. Serva igitur castitatem et pudicitiam, et vives deo. Quaecumque tibi loquor et locuturus sum, haec custodi ab hoc tempore, a quo die mihi traditus es, et in domo tua habitabo. 4. Prioribus autem delictis tuis remissio erit, si mandata mea custodieris. Et omnibus remissio erit, si haec mandata mea custodierint et ambulaverint in hac castitate.

16 I Cor. 7, 38. 40.

7. *ἐζωοποιήθην*] Hermas indicat, quantopere doctrina illa de paenitentia severa et ipsum et alios conturbarit.

4, 2. *οὐχ ἁμαρτάνει κτλ.*] Cf. I Cor. 7, 9; I Tim. 5, 11. 14; Clem. Al. Strom. III, 12, 82 p. 548; Tert. Ad uxor. II, 1 sqq.; Const. ap. III, 2. Clemens l. c. versum nostrum tacite transscripsit. Dicit enim: *ἐπεὶ καὶ οὗτος* (sc. qui uxore mortua alteram ducit) *οὐχ ἁμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην, . . δόξαν δὲ αὐτῷ οὐράνιον περιποιεῖ μείνας ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν διαλυθεῖσαν θανάτῳ συζυγίαν ἄχραντον φυλάσσων.* Verbis quidem severioribus utitur, eandem autem fere sententiam enuntiat Athenagoras Legat. c. 33 scribens: *ὁ δεύτερος (γάμος) εὐπρεπής ἐστι μοιχεία* (non *πορνεία*), i. e. diremtio matrimonii primi morte non prorsus soluti. Tertullianus Montanista in libro de monogamia secundas nuptias plane prohibet. — *περισσοτέραν*] Cf. Sim. V, 3, 3.

Ἐντολὴ ε′.

1. Μακρόθυμος, φησί, γίνου καὶ συνετός, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. 2. ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσται, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος, ἀλλ' ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται μετὰ τοῦ σκεύους, ἐν ᾧ κατοικεῖ, καὶ λειτουργήσει τῷ θεῷ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ, ἔχον τὴν εὐθηνίαν ἐν ἑαυτῷ. 3. ἐὰν δὲ ὀξυχολία τις προσέλθῃ, εὐθὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρυφερὸν ὄν, στενοχωρεῖται, μὴ ἔχον τὸν τόπον καθαρόν, καὶ ζητεῖ ἀποστῆναι ἐκ τοῦ τόπου· πνίγεται γὰρ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, μὴ ἔχον τόπον λειτουργῆσαι τῷ κυρίῳ, καθὼς βούλεται, μιαινόμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ ὁ κύριος κατοικεῖ, ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ ὁ διάβολος. 4. ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντα, ἀσύμφορόν ἐστιν καὶ πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, ἐν ᾧ κατοικοῦσιν. 5. ἐὰν γὰρ λάβῃς ἀψινθίου μικρὸν λίαν καὶ εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται, καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται καὶ ἀπόλλυσι τὴν γλυκύτητα τοῦ μέλιτος, καὶ οὐκέτι τὴν αὐτὴν χάριν ἔχει παρὰ τῷ δεσπότῃ, ὅτι ἐπικράνθη καὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ ἀπώλεσεν; ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι μὴ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὑρίσκεται τὸ μέλι καὶ εὔχρηστον γίνεται τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ. 6. βλέπεις οὖν, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι καὶ εὔχρηστός ἐστι τῷ κυρίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικεῖ. ἡ δὲ ὀξυχολία πικρὰ καὶ ἄχρηστός ἐστιν. ἐὰν οὖν μιγῇ ἡ ὀξυχολία τῇ μακροθυμίᾳ, μιαίνεται ἡ μακροθυμία καὶ οὐκ εὔχρηστός ἐστι τῷ

4 *ἔσῃ* : *ἦς* G | 5 *πονηροῦ* > G | 6 *πνεύματος* : + *μηδὲ μιαινόμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας* Ath^2 | 7 *καὶ* : ante *μετὰ* G | 11 *ὑπὸ* L(A) : *ῥύπῳ* G | 12 *ὑπὸ* Ath^2 : *ἀπὸ* G | 14 *οὖν* L Ant Ath^2 : *δὲ* G | *πνεύματα* + *τὰ* G | 15 *ἀσύμφορά . . πονηρὰ* G | 16/17 *λάβῃς . . καὶ* G(L^1) : > L^{2}A, *λαβὼν* Ath^2 edd pr | 16 *ἀψινθίου* L^{1}A Ath^2 : *ἀψίνθιον* G Ant (L^2) | 18 *τοσοῦτον — ἀπόλλυται* Ath^2 Ant L^{1}A (L^2) : *πικραίνει* G | 19 *ἀπολλύει* G | 21/22 *εἰς τὸ μ. — εὔχρηστον* (+ *πάντως* Ath^2, A ?) *γίνεται* Ath^2 LA : *ἐπὶ τὸ ἀψίνθιον μὴ βληθῇ τὸ μέλι, οὐδὲ εὔχρηστόν ἐστι* G | 23 *βλέπεις* G Ant L^2 cf. Mand. VI, 1, 4; 2, 9 : *βλέπε* L^1 A Ath^2 | *οὖν* LA Ath^2 : > G Ant | 24 *τῷ κυρίῳ* L^{1}A Ath^2 Ant : *τῷ θεῷ* GL^2 | *αὐτῇ* + *ὁ κύριος* G

V. Totum fere mandatum exstat | in Praeceptis ad Antioch. c. 5. De-

Mandatum V.

1. Longanimis, inquit, fias et prudens, et omnium malorum operum dominaberis et operaberis omnem iustitiam. 2. Si enim longanimis fueris, spiritus sanctus, qui habitat in te, mundus erit, alio spiritu malo eum non obscurante, sed in spatiosa domo habitans exsultabit ac gaudebit cum vase, in quo habitat, et serviet domino cum hilaritate magna, habens beatitudinem intra se. 3. Sin vero iracundia aliqua advenerit, confestim spiritus sanctus, cum tener sit, angustatur, non habens locum mundum, et studet inde recedere; suffocatus enim a spiritu malo nec domino servire potest, sicut vult, iracundia eum violante. In longanimitate enim dominus habitat, in iracundia autem diabolus. 4. Uterque igitur spiritus si in eodem loco habitat, perniciosum est et in malum cedit homini illi, in quo habitat. 5. Si enim sumpseris aliquantulum absinthii et in amphoram vini infuderis, nonne omne mel deperditur, et tantum mellis paululo absinthii corrumpitur et corrumpit dulcedinem mellis, neque eandem gratiam habet apud dominum, quia amarum factum est et usum suum perdidit? Si autem absinthium non mittatur in mel, dulce invenitur mel et utile fit domino suo. 6. Vides igitur, longanimitatem melle dulciorem esse et utilem domino eumque in illa habitare. Iracundia autem amara et inutilis est. Si ergo iracundia admixta fuerit longanimitati, corrumpitur

sunt praesertim verba *ἀλλ' ἐν* v. 2 — *βούλεται* v. 3 et *καὶ οὐκ ἔστιν* v. 6 usque ad finem c. 1. Etiam Antiochus Mon. Hom. 110 PG 89, 1771 longe maiorem Mandati partem exscripsit. Cf. etiam Cassian. De coenob. instit. lib. VIII (qui inscribitur: De spiritu irae), 1.

1, 1. *τ. π. ἔργων κατακυριεύσεις*] Cf. Mand. XII, 2, 3. 5; 6, 2. 4. Ps. 118, 133: *καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία.*

2. *ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται*] Duo verba in S. Scriptura saepissime simul adhibita. Cf. Ps. 5, 12; 9, 3; 13, 7; 15, 9; 20, 2; 30, 8. — *σκεύους*] Cf. Mand. XI, 13.

5. *ἀψινθίου*] Gregor. Naz. Or. II s. Apolog. c. 12 ed. Migne I, 422: *θᾶττον γὰρ ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως ἢ ἀρετῆς βαθείας κατὰ μικρόν· ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν μικρὸν ἀψίνθιον ὡς τάχιστα μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ, μέλι δὲ οὐδὲ τὸ διπλάσιον ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος.*

6. *ἡ μακρ. γλυκ. ἐ. ὑπὲρ τ. μέλι*] Locum laudat et illustrat oppresso Hermae nomine Clemens Al. Eclog. 45 p. 1000.

θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτῆς. 7. Ἤθελον, φημί, κύριε, γνῶναι τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, ἵνα φυλάξωμαι ἀπ' αὐτῆς. Καὶ μήν, φησίν, ἐὰν μὴ φυλάξῃ ἀπ' αὐτῆς σὺ καὶ ὁ οἶκός σου, ἀπώλεσάς σου τὴν πᾶσαν ἐλπίδα. ἀλλὰ φύλαξαι ἀπ' αὐτῆς· ἐγὼ γὰρ μετὰ σοῦ εἰμί. καὶ πάντες δὲ ἀφέξονται ἀπ' αὐτῆς, ὅσοι ἂν μετανοήσωσιν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτῶν· μετ' αὐτῶν γὰρ ἔσομαι καὶ συντηρήσω αὐτούς· ἐδικαιώθησαν γὰρ πάντες ὑπὸ τοῦ σεμνοτάτου ἀγγέλου.

2. Ἄκουε [νῦν], φησί, τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, πῶς πονηρά ἐστι, καὶ πῶς τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ καταστρέφει τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ καὶ πῶς ἀποπλανᾷ αὐτοὺς ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης. οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς πλήρεις ὄντας ἐν τῇ πίστει οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτούς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ κυρίου μετ' αὐτῶν ἐστίν· ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ἀποκένους καὶ διψύχους ὄντας. 2. ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας, παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς ὁ ἀνὴρ ἢ ἡ γυνὴ ἐν πικρίᾳ γίνεται ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων ἢ περὶ ἐδεσμάτων ἢ μικρολογίας τινὸς ἢ περὶ φίλου τινὸς ἢ περὶ δόσεως ἢ λήψεως ἢ περὶ τοιούτων μωρῶν πραγμάτων· ταῦτα γὰρ πάντα μωρά ἐστι καὶ κενὰ καὶ ἄφρονα καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. 3. ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ὀχυρὰ καὶ ἰσχυρὰν δύναμιν ἔχουσα καὶ στιβαρὰν καὶ εὐθηνουμένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ, ἱλαρά, ἀγαλλιωμένη, ἀμέριμνος οὖσα, *δοξάζουσα τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ*, μηδὲν ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα πικρόν, παραμένουσα διὰ παντὸς πραεῖα καὶ ἡσύχιος· αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν τὴν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. 4. ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρά ἐστιν, ἐλαφρά τε καὶ ἄφρων. εἶτα ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, ἐκ δὲ τῆς πικρίας θυμός, ἐκ δὲ τοῦ θυμοῦ ὀργή, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις· εἶτα ἡ μῆνις αὕτη ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἀνίατος. 5. ὅταν γὰρ ταῦτα τὰ πνεύματα ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ κατοικῇ, οὗ καὶ

1 *αὐτῆς* Ant : *αὐτοῦ* G | 3 *φυλάξῃ* em : *-ξῃς* G | 8 *νῦν* LA : > G | 9/10 *τῇ — δικαιοσύνης* > L^1 | 12 *τοῦ κυρίου* L^{2}A Ath^2 : *τοῦ θεοῦ* L^1 Ath^1, *μου* G | 13 *γὰρ* Ath^2 Ant (L^1?) : *δὲ* G, ergo L^2, > A | 15/16 *ὁ ἀνὴρ .. ἡ γυνὴ* LA : ∾ G | 16 *ἕνεκεν* : *ἐκ* G | 16/17 *ἢ περὶ* pr : *ὑπέρ γε* G | 17 *ἢ π. φίλου τινὸς* > G | 19 *καὶ ἄφρονα* GL^2(A) : > L^1? | 20 *καὶ ὀχυρὰ* > G | 20/21 *ἰσχυρὰν* LA : *ἰσχυρὰ* G | 21 *εὐθηνουμένην* G (Ath^2) : *-ένη* L^2 (?), *εὐθύνει* Ant, sedet L^{1}A | 24 *διαπαντὸς* G | 28 *αὕτη* G(L^1) : > L^{2}A Ath^2 | 30 *τ. τὰ πνεύματα* G : hi omnes spiritus A, tam multi sp. L^2, haec omnia L^1

longanimitas neque est utilis apud deum oratio illius. 7. Volebam, inquam, domine, cognoscere operationem iracundiae, ut abstineam ab ea. Et sane, inquit, si non abstinueris ab ea tu et domus tua, perdidisti omnem spem tuam. Sed abstine ab ea; ego enim tecum sum. Et omnes abstinebunt ab ea, quotquot paenitentiam egerint ex toto corde suo; ero enim cum iis et conservabo eos; namque omnes iustificati sunt a sanctissimo angelo.

2. Audi nunc, inquit, operationem iracundiae, quam perniciosa sit, et quomodo servos dei operatione sua pervertat et quomodo eos abducat a iustitia. Neque vero abducit eos, qui pleni sunt fide, neque adversus eos vim suam exercere potest, quia virtus domini cum iis est; abducit autem eos, qui vacui et dubii sunt. 2. Si enim eiusmodi homines viderit tranquille degentes, immittit se in cor hominis illius, et nihil causa vir aut uxor exacerbatur propter res ad victum pertinentes aut propter cibos aut rem aliquam exiguam aut propter amicum aliquem aut propter dandum et accipiendum aut propter eiusmodi stultas res. Haec enim omnia stulta sunt et inania et inepta et inutilia servis dei. 3. Longanimitas autem magna est et fortis et validam virtutem habens ac grandem et florentem in dilatatione magna, hilaris, laeta, curae expers, ***glorificans dominum in omni tempore,*** nihil in se habens amari, permanens semper mansueta et tranquilla. Haec igitur longanimitas habitat cum iis, qui fidem habent perfectam. 4. Iracundia vero primum stulta est et levis et demens. Deinde ex dementia nascitur amaritudo, ex amaritudine animositas, ex animositate iracundia, ex iracundia furor; tum furor iste tantis malis conceptus peccatum fit magnum et insanabile. 5. Cum enim hi spiritus in uno vase habitant, ubi et spiritus sanctus habitat,

22 Tob. 4, 19; Ps. 33, 2.

7. *σεμ. ἀγγέλου*] Cf. Vis. V, 2.
2, 1. *διψύχους*] sc. in fide.
2. *εὐσταθοῦντας*] Cf. Sim. VI, 2, 7; VII, 3; Ign. Polyc. 4, 1.
3. *πλατυσμῷ*] Cf. I Clem. 3, 1.
5. *ταῦτα τ. πνεύματα*] sc. *ἡ ὀξυχολία, ἡ πικρία κτλ.* cf. v. 4. — *ἄγγος*] sc. cor hominis cf. v. 2.

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικεῖ, οὐ χωρεῖ τὸ ἄγγος ἐκεῖνο, ἀλλ' ὑπερπλεονάζει. 6. τὸ τρυφερὸν οὖν πνεῦμα, μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος κατοικεῖν μηδὲ μετὰ σκληρότητος, ἀποχωρεῖ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ τοιούτου καὶ ζητεῖ κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας. 7. εἶτα ὅταν ἀποστῇ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, οὗ κατοικεῖ, γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ δικαίου, καὶ τὸ λοιπὸν πεπληρωμένος τοῖς πνεύμασι τοῖς πονηροῖς ἀκαταστατεῖ ἐν πάσῃ πράξει αὐτοῦ, περισπώμενος ὧδε κἀκεῖσε ἀπὸ τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν, καὶ ὅλως ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς. οὕτως οὖν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις. 8. ἀπέχου οὖν ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας, τοῦ πονηροτάτου πνεύματος· ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν καὶ ἀντίστα τῇ ὀξυχολίᾳ καὶ τῇ πικρίᾳ, καὶ ἔσῃ εὑρισκόμενος μετὰ τῆς σεμνότητος τῆς ἠγαπημένης ὑπὸ τοῦ κυρίου. βλέπε οὖν, μήποτε παρενθυμηθῇς τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἐὰν γὰρ ταύτης τῆς ἐντολῆς κυριεύσῃς, καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολὰς δυνήσῃ φυλάξαι, ἅς σοι μέλλω ἐντέλλεσθαι. ἰσχυροῦ ἐν αὐταῖς καὶ ἐνδυναμοῦ, καὶ πάντες ἐνδυναμούσθωσαν, ὅσοι ἐὰν θέλωσιν ἐν αὐταῖς πορεύεσθαι.

Ἐντολὴ ϛ'.

1. Ἐνετειλάμην σοι, φησίν, ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ, ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον καὶ τὴν ἐγκράτειαν. Ναί, φημί, κύριε. Ἀλλὰ νῦν θέλω σοι, φησίν, δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς, τίς αὐτῶν τίνα δύναμιν ἔχει καὶ ἐνέργειαν· διπλαῖ γάρ εἰσιν αἱ ἐνέργειαι αὐτῶν· κεῖνται οὖν ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. 2. σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μὴ πιστεύσῃς· τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν. ἀλλὰ σὺ τῇ ὀρθῇ ὁδῷ πορεύου καὶ ὁμαλῇ, τὴν δὲ στρεβλὴν ἔασον. 3. ἡ γὰρ στρεβλὴ ὁδὸς τρίβους οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀνοδίας καὶ προσκόμματα πολλὰ καὶ τραχεῖά ἐστι καὶ ἀκανθώδης. βλαβερὰ οὖν ἐστὶ τοῖς ἐν αὐτῇ πορευομένοις. 4. οἱ δὲ τῇ ὀρθῇ ὁδῷ πορευόμενοι ὁμαλῶς περιπατοῦσι καὶ ἀπροσκόπτως· οὔτε γὰρ τραχεῖά ἐστιν οὔτε ἀκανθώ-

6 *ἐκείνου* GL²: > L¹A Ath | *ἐκεῖνος* L² Ath Ant: *κενὸς* G, > L¹ A | 7 *πεπληρωμένον* G | 13 *καὶ τῇ πικρίᾳ* > L¹ Ath | 17 *ἰσχυροῦ* GA (L²): *ἰσχυροῦ οὖν* Ath² L¹ | 17/18 *καὶ — πορεύεσθαι* GA (L²): ut vivas deo, et quicumque servaverint haec, vivent deo L¹ | 20 *πρώτῃ*: *α'* G | 21 *ἐγκράτειαν*: paenitentiam L¹ | 29 *ἀκανθώδης*: + et ducit ad interitum (cf. Matth. 7, 13) L¹

vas illud eos non capit, sed superfluit. 6. Tener igitur spiritus quia cum malo spiritu non potest cohabitare neque cum duritia, recedit ab homine eiusmodi et studet habitare cum mansuetudine et tranquillitate. 7. Deinde cum recesserit ab homine illo, ubi habitabat, homo ille vacuus fit a spiritu iusto, ac postea repletus spiritibus malis inconstans est in omni negotio suo, et huc illucque deducitur a spiritibus malis atque omnino obcaecatur mentis bonae expers. Sic ergo contingit omnibus iracundis. 8. Abstine igitur ab iracundia, spiritu pessimo; indue longanimitatem et resiste iracundiae et amaritudini, et invenieris cum sanctitate a domino dilecta. Vide igitur, ne hoc praeceptum unquam neglegas; si enim huius mandati dominatus fueris, et reliqua mandata poteris custodire, quae tibi mandaturus sum. Confortare igitur in iis et confirmare, et omnes confirmantor, quotquot in iis ambulare volunt.

Mandatum VI.

1. Praecepi tibi, inquit, in primo mandato, ut custodires fidem et timorem et continentiam. Ita est, inquam, domine. Sed nunc, inquit, tibi volo et ostendere vires earum, ut scias, quam quaeque earum vim habeat et operationem. Duplices enim sunt operationes earum et positae sunt iusto et iniusto. 2. Tu ergo crede iusto, iniusto autem nihil credas; iustum enim viam rectam habet, iniustum pravam. Sed tu viam rectam ambula et planam, pravam autem dimitte. 3. Prava enim via tramites non habet, sed invia et offendicula multa et aspera est et spinosa. Nociva igitur est iis, qui in ea ambulant. 4. Illi autem, qui viam rectam petunt, de plano et sine offensione am-

7. πεπληρωμένος κτλ.] Cf. Luc. 11, 26.

VI. Pseudo-Athanasius l. c. c. 6 fere omnia exhibet exceptis versibus 3—5 c. 1 et 7—8 c. 2. Antiochus Mon. Hom. 61 PG 89, 1615 versus 1. 3. 4. 5. 9 c. 2 transscripsit.

1, 2. Cf. Barn. c. 18—20.

5. ἐξ ὅλης καρδίας κτλ.] Cf. Mand. IX, 2.

δης. βλέπεις οὖν, ὅτι συμφορώτερόν ἐστι ταύτῃ τῇ ὁδῷ πορεύεσθαι. 5. Ἀρέσκει μοι, φημί, κύριε, ταύτῃ τῇ ὁδῷ πορεύεσθαι. Πορεύσῃ, φησί, καὶ ὃς ἂν *ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον*, πορεύσεται ἐν αὐτῇ.

2. Ἄκουε νῦν, φησί, περὶ τῆς πίστεως. δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης καὶ εἷς τῆς πονηρίας. 2. Πῶς οὖν, φημί, κύριε, γνώσομαι τὰς αὐτῶν ἐνεργείας, ὅτι ἀμφότεροι ἄγγελοι μετ' ἐμοῦ κατοικοῦσιν; 3. Ἄκουε, φησί, καὶ σύνιε αὐτάς. ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος τρυφερός ἐστι καὶ αἰσχυντηρὸς καὶ πραῢς καὶ ἡσύχιος· ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος καὶ περὶ αὐταρκείας καὶ περὶ παντὸς ἔργου δικαίου καὶ περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστί. ταῦτα οὖν ἐστὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀγγέλου τῆς δικαιοσύνης. τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. 4. ὅρα νῦν καὶ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα. πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ· ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. 5. Πῶς, φημί, κύριε, νοήσω αὐτόν, οὐκ ἐπίσταμαι. Ἄκουε, φησίν. ὅταν ὀξυχολία σοί τις προσπέσῃ ἢ πικρία, γίνωσκε, ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί· εἶτα ἐπιθυμίαι πράξεων πολλῶν καὶ πολυτέλειαι ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ μεθυσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν καὶ ποικίλων τρυφῶν καὶ οὐ δεόντων καὶ ἐπιθυμίαι γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν καὶ ὑπερηφανία πολλή τις καὶ ἀλαζονεία καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσιά ἐστι καὶ ὅμοια· ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνα-

1 *βλέπεις οὖν* GL[1] : scito ergo A, > L[2] | *συμφερώτεραν* G | 5 *π. τ. πίστεως* GL[2] : primum de fide L[1], primam earum A | 7 *τὰς αὐτῶν ἐνεργείας* > L[1] | 8 *σύνιε* L (cf. v. 6; Sim. V, 5, 1) : *συνιεῖς* G, > A | 9 *αὐτὰς* G : > LA | 11/14 *εὐθέως — ἀναβῇ* Ath[2] L[2] (L[1]A Ant) : > G propter homoeot. | 13/14 *ταῦτα — δικαιοσύνης* > L[1] | 16 *καὶ* LA : *ἢ* G | *νῦν* L(A) : *οὖν* G Ath | 17 *καὶ* L(A) : > G | 18 *καὶ π. κ. ἄφρων* > G | 21 *φησίν* : + et intellege L[1] (Ath) | 23 *πολυτέλειαι* : *-λεια* Ath Ant | 25 *τρυφῶν* Ant (L[2]A) : *τροφῶν* G Ath[2] | *ἐπιθυμίαι* G Ath : *-μία* Ant L[2]A | *πλεονεξιῶν* G Ant : *-ξίαι* Ath, *-ξία* L[2]A | 26 *πολλή τις* G : multiloquia L[1], loquacitas A, *πολυλογία* Hilgenf., > L[2] Ath Ant

2, 1. *δύο ἄγγ.*] Cf. Barn. 18, 1. | Testam. XII patriarch. IV, 20: *ἐπί-*

bulant; neque enim aspera est neque spinosa. Vides igitur, utilius esse in hac via ambulare. 5. Placet mihi, inquam, domine, in hac via ambulare. Ambulabis, inquit, et quicumque *ex toto corde se converterit ad dominum*, ambulabit in ea.

2. Audi nunc, inquit, de fide. Duo sunt angeli cum homine, unus iustitiae et unus nequitiae. 2. Quomodo igitur, inquam, domine, operationes eorum cognoscam, cum ambo angeli mecum habitent? 3. Audi, inquit, et intellege eas. Iustitiae angelus tener est et verecundus et mansuetus et tranquillus. Si igitur hic in cor tuum ascenderit, continuo tecum loquitur de iustitia, de castitate, de sanctitate et de temperantia et de omni opere iusto et de omni virtute honesta. Haec omnia cum in cor tuum ascenderint, scito, angelum iustitiae tecum esse. Haec igitur sunt opera angeli iustitiae. Huic ergo crede et operibus eius. 4. Cerne nunc et opera angeli nequitiae. Primum omnium iracundus est et amarus et demens, et opera eius mala sunt et pervertunt servos dei; cum igitur hic in cor tuum ascenderit, cognosce eum ex operibus eius. 5. Quomodo, inquam, domine, eum intellegam, non scio. Audi, inquit. Cum iracundia aliqua tibi accesserit aut amaritudo, scito, eum in te esse; deinde desiderium multiplicium operationum et magnae in cibis multis et potibus et ebrietatibus multis et deliciis variis et non necessariis impensae et desideria mulierum et avaritiarum et superbia magna et gloriatio et quaecumque his proxima sunt et similia; haec igitur cum intra te cogitaveris, scito, angelum

3 Ier. 24, 7; Iòel 2, 12 cf. Ps. 21, 8; 50, 15 etc.

γνωτε οὖν, . . ὅτι δύο πνεύματα σχολάζουσι τῷ ἀνθρώπῳ· τὸ τῆς ἀληθείας καὶ τὸ τῆς πλάνης. Constitutiones apost. VIII 36. 37 commemorant *τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης.* Laudant hunc Hermae locum Origenes De princ. III, 2, 4; Hom. 35 in Luc. et tacite Hom. 12 in Luc. (ed. Bened. I, 140; III, 973. 945); Cassianus Collat. VIII, 17; XIII, 12; cf. Prosper c. Collat. c. 30. Receperunt Pastoris de duobus angelis doctrinam Origenes, Gregorius Nyssenus (De vita Mos. Opp. Paris. 1615 I, 194 sqq.) et alii patres, de quibus cf. Cotel. ad h. l.; reiecit Bellarminus De script. eccles. ed. Colon. 1657 p. 35.

4. *γνῶθι κτλ.*] Cf. Matth. 7, 16. Luc. 6, 44.

5. *πολυτέλειαι ἐδέσματων κτλ.*] Cf. Mand. VIII, 3; XII, 2, 1. Cassian. De coenob. instit. lib. V. VI. VII. XII, ubi de spiritu gastrimargiae, de spiritu fornicationis, de spiritu philargyriae et de spiritu superbiae agitur.

βῇ, γίνωσκε, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. 6. σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά εἰσι καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. ἔχεις οὖν ἀμφοτέρων τῶν ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας· σύνιε αὐτὰς καὶ πίστευε τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης· 7. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας ἀπόστηθι, ὅτι ἡ διδαχὴ αὐτοῦ πονηρά ἐστι παντὶ ἔργῳ· ἐὰν γὰρ ᾖ τις πιστὸς ἀνὴρ καὶ ἡ ἐνθύμησις τοῦ ἀγγέλου τούτου ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, δεῖ τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ἢ τὴν γυναῖκα ἐξαμαρτῆσαί τι. 8. ἐὰν δὲ πάλιν πονηρότατός τις ᾖ ἀνὴρ ἢ γυνὴ καὶ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ τὰ ἔργα τοῦ ἀγγέλου τῆς δικαιοσύνης, ἐξ ἀνάγκης δεῖ αὐτὸν ἀγαθόν τι ποιῆσαι. 9. βλέπεις οὖν, φησίν, ὅτι καλόν ἐστι τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης ἀκολουθεῖν, τῷ δὲ ἀγγέλῳ τῆς πονηρίας ἀποτάξασθαι. 10. τὰ μὲν περὶ τῆς πίστεως αὕτη ἡ ἐντολὴ δηλοῖ, ἵνα τοῖς ἔργοις τοῦ ἀγγέλου τῆς δικαιοσύνης πιστεύσῃς, καὶ ἐργασάμενος αὐτὰ ζήσῃ τῷ θεῷ. πίστευε δέ, ὅτι τὰ ἔργα τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας χαλεπά ἐστι· μὴ ἐργαζόμενος οὖν αὐτὰ ζήσῃ τῷ θεῷ.

Ἐντολὴ ζʹ.

Φοβήθητι, φησί, *τὸν κύριον καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ*· φυλάσσων οὖν τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ἔσῃ δυνατὸς ἐν πάσῃ πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον πάντα καλῶς ἐργάσῃ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, καὶ σωθήσῃ. 2. τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς· φοβούμενος γὰρ τὸν κύριον κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. ἐν ᾧ δὲ δύναμις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος· ἐν ᾧ δὲ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ φόβος ἐν αὐτῷ. πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων φόβον ἔχει· ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. 3. φοβήθητι τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ὅτι πονηρά ἐστι. φοβούμενος οὖν τὸν κύριον φοβηθήσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτά, ἀλλ' ἀφέξῃ ἀπ' αὐτῶν. 4. δισσοὶ οὖν εἰσὶν οἱ

2 *καὶ μηδὲν* L Ath : *μηδὲ* GA | 4 *ἐνεργείας* G Ath : opera (*ἔργα*) LA | 7 *ᾖ* : *εἴη* G | *πιστὸς* GL²A : felicissimus (l. fidelissimus) L¹ | 22 *καλῶς* : *καλὰ* L¹ Ath | 23 *σωθήσῃ* : *σωθῆναι* G | 25 *δὲ* > G | 26 *ἡ* : *ἢ* G | 27 *ἔχων* GA (L²) : + *καὶ* L¹ Ath² Ant | 28 *φοβήθητι* GL¹ (+ plane) : + *δὲ* Ant (Ath²), ergo L²(A) | 29/30 *φοβούμενος — αὐτὰ* > L²(A) | 29 *κύριον* + *οὐ* Ant | *φοβηθήσῃ — καὶ* Ant L¹ (timebis et opera diaboli) : > G | 30 *ἀφέξει* G

nequitiae in te esse. 6. Tu ergo cum cognoveris opera eius, recede ab eo et nihil ei crede, quia opera eius mala sunt et perniciosa servis dei. Habes igitur utriusque angeli operationes: intellege ea et crede angelo iustitiae; 7. ab angelo vero nequitiae recede, quia eius doctrina mala est in omni opere; si enim quis fidelissimus vir est et cogitatio angeli istius ascendit in cor eius, oportet illum virum aut mulierem peccatum aliquod committere. 8. Si vero vicissim quis nequissimus est vir aut mulier et opera angeli iustitiae in cor eius ascenderunt, necesse est eum aliquid boni facere. 9. Vides igitur, inquit, bonum esse angelum iustitiae sequi, angelo autem nequitiae renuntiare. 10. Haec de fide ostendit mandatum istud, ut operibus angeli iustitiae credas, eaque operans vives deo. Crede autem, opera angeli nequitiae mala esse; noli igitur ea operari, et vives deo.

Mandatum VII.

1. *Time,* inquit, ***dominum et custodi mandata eius;*** custodiens ergo mandata dei potens eris in omni operatione, et operatio tua incomparabilis erit. Timens enim dominum omnia bene ages; hic autem est timor, quem timeas oportet, et salvus eris. 2. Diabolum vero ne timeas; timens enim dominum dominaberis diaboli, quia potentia in eo non est. In quo potentia non est, is neque timendus est; in quo autem potentia gloriosa est, etiam timor est in eo. Quicumque enim potentiam habet, timorem habet; qui vero potentiam non habet, ab omnibus contemnitur. 3. Time opera diaboli, quia mala sunt. Timens ergo dominum timebis opera diaboli neque operaberis ea, sed abstinebis ab iis. 4. Duplex ergo est timor: si enim

19 Eccles. 12, 13.

9. *ἀποτάξασθαι*] Verbum sollemne in ritu baptismi, quem iam Tertullianus De spect. c. 4. 13. 24; De idol. c. 16 etc. testatur et ad quem Hermas alludere videtur.

VII. Antiochus Mon. Hom. 127 PG 89, 1830 Mandatum paene totum transcripsit. Ps.-Athanasius l. c. c. 7 versus 1 et 2 et partem v. 4 exhibet. Clem. Al. Strom. II, 12, 55 p. 458 versus 1—3 breviter laudat.

3. *ἔργα τοῦ διαβόλου*] Cf. I Ioann. 3, 8.

4. *ὁ φόβος τ. κ. κτλ.*] Cf. Ps. 18, 10; Sirach 1, 11; 25, 11; 40, 26. 27; Prov. 1, 7; 8, 13; 9, 10.

5. *π. ἡ κτίσις κτλ.*] Cf. Iac. 2, 19.

φόβοι· ἐὰν γὰρ θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάσασθαι, φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτό· ἐὰν δὲ θέλῃς πάλιν τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ ἐργάσῃ αὐτό. ὥστε ὁ φόβος τοῦ κυρίου ἰσχυρός ἐστι καὶ μέγας καὶ ἔνδοξος. φοβήθητι οὖν τὸν κύριον, καὶ ζήσῃ αὐτῷ· καὶ ὅσοι ἂν φοβηθῶσιν αὐτὸν τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ζήσονται τῷ θεῷ. 5. Διατί, φημί, κύριε, εἶπας περὶ τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· Ζήσονται τῷ θεῷ; Ὅτι, φησίν, πᾶσα ἡ κτίσις φοβεῖται τὸν κύριον, τὰς δὲ ἐντολὰς αὐτοῦ οὐ φυλάσσει. τῶν οὖν φοβουμένων αὐτὸν καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐκείνων ἡ ζωή ἐστι παρὰ τῷ θεῷ· τῶν δὲ μὴ φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, οὐδὲ ζωὴ ἐν αὐτοῖς.

Ἐντολὴ η'.

4. Ἐδεήθην αὐτοῦ πολλά, ἵνα μοι δηλώσῃ τὴν παραβολὴν τοῦ ἀγροῦ καὶ τοῦ δεσπότου καὶ τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τοῦ δούλου τοῦ χαρακώσαντος τὸν ἀμπελῶνα καὶ τῶν χαράκων καὶ τῶν βοτανῶν τῶν ἐκτετιλμένων ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν φίλων τῶν συμβούλων· συνῆκα γάρ, ὅτι παραβολή τίς ἐστι ταῦτα πάντα. 2. ὁ δὲ ἀποκριθείς μοι εἶπεν· Αὐθάδης εἶ λίαν εἰς τὸ ἐπερωτᾶν. οὐκ ὀφείλεις, φησίν, ἐπερωτᾶν οὐδὲν ὅλως· ἐὰν γάρ σοι δέῃ δηλωθῆναι, δηλωθήσεται. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ὅσα ἂν μοι δείξῃς καὶ μὴ δηλώσῃς, μάτην ἔσομαι ἑωρακὼς αὐτὰ καὶ μὴ νοῶν, τί ἐστιν· ὡσαύτως καὶ ἐάν μοι παραβολὰς λαλήσῃς καὶ μὴ ἐπιλύσῃς μοι αὐτάς, εἰς μάτην ἔσομαι ἀκηκοώς τι παρὰ σοῦ. 3. ὁ δὲ πάλιν ἀπεκρίθη μοι λέγων· Ὃς ἄν, φησί, δοῦλος ᾖ τοῦ θεοῦ καὶ ἔχῃ τὸν κύριον ἑαυτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ, αἰτεῖται παρ' αὐτοῦ σύνεσιν καὶ λαμβάνει καὶ πᾶσαν παραβολὴν ἐπιλύει, καὶ γνωστὰ αὐτῷ γίνονται τὰ ῥήματα τοῦ κυρίου τὰ λεγόμενα διὰ παραβολῶν· ὅσοι δὲ βληχροί εἰσι καὶ ἀργοὶ πρὸς τὴν ἔντευξιν, ἐκεῖνοι διστάζουσιν αἰτεῖσθαι παρὰ τοῦ κυρίου· 4. ὁ δὲ κύριος πολυεύσπλαγχνός ἐστι καὶ πᾶσι τοῖς αἰτουμένοις παρ' αὐτοῦ ἀδιαλείπτως δίδωσι. σὺ δὲ ἐνδεδυναμωμένος ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀγγέλου καὶ εἰληφὼς παρ' αὐτοῦ τοιαύτην ἔντευξιν καὶ μὴ ὢν ἀργός, διατί οὐκ αἰτῇ παρὰ τοῦ κυρίου σύνεσιν καὶ λαμβάνεις παρ' αὐτοῦ; 5. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐγὼ ἔχων σὲ μεθ' ἑαυτοῦ ἀνάγκην ἔχω σὲ αἰτεῖσθαι καὶ σὲ ἐπερωτᾶν· σὺ γάρ μοι δεικνύεις πάντα καὶ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ· εἰ δὲ ἄτερ σοῦ ἔβλεπον ἢ ἤκουον αὐτά, ἠρώτων ἂν τὸν κύριον, ἵνα μοι δηλωθῇ.

5. Εἶπόν σοι, φησί, καὶ ἄρτι, ὅτι πανοῦργος εἶ καὶ αὐθάδης,

2 *θεῷ* G Ant : *κυρίῳ* L(Ath[2]) | 6 *αἰτήσωνται* L : *ἀκούσονται* G | 8 *ἐδεήθεν* : et deprecatus sum L[1]A (L[2]) | *πολλὰ* > LA | 12/13 *συνῆκα — πάντα* > A | 13 *πάντα* > L | 17/18 *ὡσαύτως — σοῦ* > A | 18 *τι* : eas L | 20/21 *αὐτοῦ* em : *αὐτῷ* G |

davi, ***sacrificium*** tuum ***acceptum*** erit apud deum et inscribetur ieiunium tuum, et ministerium ita impletum bonum et hilare est et acceptum domino. 9. Haec ita servabis tu cum filiis tuis ac tota domo tua; si autem ea servaveris, beatus eris, et quicumque audierint ea servaverintque, beati erunt, et quidquid petierint a domino, accipient.

4. Deprecatus sum eum valde, ut mihi explanaret similitudinem agri et domini et vineae et servi vineam obsaepientis et palorum et herbarum e vinea evulsarum et filii et amicorum consiliariorum. Intellexi enim, similitudinem quandam esse haec omnia. 2. Ille autem respondens mihi dixit: Audax es valde ad interrogandum. Nihil omnino, inquit, interrogare debes; nam si oportuerit demonstrari tibi, demonstrabitur. Dico ei: Domine, quaecumque mihi ostenderis neque demonstraveris, frustra ea videro neque intellegens, quae sint; similiter et si mihi similitudines proposueris neque eas mihi exposueris, frustra aliquid a te audiero. 3. Ille autem iterum respondit mihi dicens: Quicumque, inquit, est servus dei habetque dominum in corde suo, petit ab eo intellectum et accipit et omnem similitudinem solvit, et verba domini, quae dicuntur in similitudinibus, perspicua ei fiunt; quicumque autem inertes sunt pigrique ad orandum, illi dubitant postulare a domino; 4. dominus autem valde misericors est et omnibus se petentibus sine intermissione tribuit. Tu autem, qui confirmatus es a sancto angelo et accepisti ab eo orationem eiusmodi neque es piger, quare non petis a domino intellectum et accipis ab eo? 5. Dico ei: Domine, cum te habeam mecum, necesse est ut te petam teque interrogem; tu enim omnia mihi ostendis et loqueris mecum; si autem sine te vidissem aut audissem illa, interrogassem dominum, ut demonstraret mihi.

5. Dixi tibi, inquit, paulo ante, callidum te esse et auda-

1 Sirach 32, 9 (Vulg. 35, 9); Philipp. 4, 18 cf. Ies. 56, 7; Prov. 15, 8; I Petr. 2, 5; Matth. 5, 24. — 20 Iac. 1, 5. 6 cf. III Reg. 3, 11.

4, 4. ἁγίου ἀγγέλου] i. e. a Christo. Cf. Vis. V, 2. Mand. V, 1, 7.

5. Similitudinem c. 2 propositam explicans Hermas propius ad Christo-

ἐπερωτῶν τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν. ἐπειδὴ δὲ οὕτω παράμονος εἶ, ἐπιλύσω σοι τὴν παραβολὴν τοῦ ἀγροῦ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀκολούθων πάντων, ἵνα γνωστὰ πᾶσι ποιήσῃς αὐτά. ἄκουε νῦν, φησί, καὶ σύνιε αὐτά. 2. *ὁ ἀγρὸς ὁ κόσμος οὗτός ἐστιν*· ὁ δὲ κύριος τοῦ ἀγροῦ ὁ *κτίσας τὰ πάντα* καὶ ἀπαρτίσας αὐτὰ καὶ δυναμώσας· [ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν]· ὁ δὲ δοῦλος ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστίν· αἱ δὲ ἄμπελοι ὁ λαὸς οὗτός ἐστιν, ὃν αὐτὸς ἐφύτευσεν· 3. οἱ δὲ χάρακες οἱ ἅγιοι ἄγγελοί εἰσι τοῦ κυρίου οἱ συγκρατοῦντες τὸν λαὸν αὐτοῦ· αἱ δὲ βοτάναι αἱ ἐκτετιλμέναι ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος [αἱ] ἀνομίαι εἰσὶ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ· τὰ δὲ ἐδέσματα, ἃ ἔπεμψεν αὐτῷ ἐκ τοῦ δείπνου, αἱ ἐντολαί εἰσιν, ἃς ἔδωκε τῷ λαῷ αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμβουλοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι οἱ πρῶτοι κτισθέντες· ἡ δὲ ἀποδημία τοῦ δεσπότου ὁ χρόνος ὁ περισσεύων εἰς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, μεγάλως καὶ θαυμαστῶς πάντα ἐστὶ καὶ ἐνδόξως πάντα ἔχει. μὴ οὖν, φημί, ἐγὼ ἠδυνάμην ταῦτα νοῆσαι; οὐδὲ ἕτερος τῶν ἀνθρώπων, κἂν λίαν συνετὸς ᾖ τις, οὐ δύναται νοῆσαι αὐτά. ἔτι, φημί, κύριε, δήλωσόν μοι, ὃ μέλλω σε ἐπερωτᾶν. 5. Λέγε, φησίν, εἴ τι βούλει. Διατί, φημί, κύριε, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰς δούλου τρόπον κεῖται ἐν τῇ παραβολῇ;

6 *δυναμώσας* G : *ἐνδυναμώσας* Hilgenf. Gebh. cf. Mand. V, 2, 8; XII, 5, 1; 6, 4 etc. | *ὁ δὲ — ἐστιν* L[1] : GL[2]A (haud dubie velut sententiam heterodoxam) | 7 *οὗτος* > LA | 9 *συγκρατοῦντες* L : *συγκροτοῦντες* G | 10 *αἱ* > G | 19 *λέγε — βούλει* GL[1] : > L[2]A

logiam accedit, et quaeritur, quid de Christo seu, ut ipse dicit (nomen Christi enim nunquam exhibet), de filio Dei senserit. Alii aliter iudicaverunt. Cf. quae in Prolegomenis c. IV exponuntur.

2. *ἀπαρτίσας κτλ.*] Ps. 67, 29: *δυνάμωσον ὁ θεὸς τοῦτο, ὃ κατηρτίσω ἐν ἡμῖν.* Cf. Mand. I, 1; Sim. VII, 4. — *ὁ δὲ υἱός*] sc. *τοῦ κυρίου τοῦ ἀγροῦ* vel *τοῦ οἰκοδεσπότου.* — *τ. πνεῦμα τ. ἅγιον*] Olim plures, e. g. Bullus (Defensio fidei Nic. I, 2, 5), Möhler (*Athanasius d. Gr.* I, 17), Hefele ed. III p. 390 not. 3, hic *divinam Christi naturam, τὸ θεῖον ἐν Χριστῷ,* intellegi voluerunt, et Bullus locum ita interpretatus est, ut auctorem *Irenici Irenicorum* refutaret dicentem, Hermam filium Dei vocasse spiritum sanctum. Sed filius h. l. est filius patrisfamilias, non Dei. Filius Dei enim in parabola est servus patrisfamilias. — *ὁ λαὸς οὗτος κτλ.*] Hilgenfeld (Hermae Pastor 1881 p. 193 sq.) populum a Deo conditum Abrahami progeniem vel populum Israel esse censet. Link (*Christi Person und Werk im Hirten des Hermas* 1886 p. 51—55) ei assentitur; modo locum accuratius de protoplastis, parentibus piorum V. T.

cem, qui interrogas solutiones similitudinum. Quoniam autem tam pertinax es, solvam tibi similitudinem agri ac reliquorum omnium, quae sequuntur, ut ea omnibus nota facias. Audi nunc, inquit, et intellege ea. 2. ***Ager hic mundus est;*** dominus agri qui ***creavit omnia*** et perfecit ea confirmavitque; filius spiritus sanctus est; servus filius dei est; vinea populus hic est, quem plantavit ipse; 3. pali sancti angeli sunt domini, qui continent populum ipsius; herbae e vinea evulsae iniquitates sunt servorum dei; cibi, quos misit ei de cena, mandata sunt, quae dedit populo suo per filium suum; amici et consiliarii sancti angeli, quos primos creavit; absentia patrisfamiliae est tempus, quod in adventum eius restat. 4. Dico ei: Domine magnifice et mire omnia se habent ac gloriose. Numquid ergo, inquam, ego haec poteram intellegere? Neque alius hominum, etiamsi valde prudens quis sit, non potest ea intellegere. Adhuc, inquam, domine, demonstra mihi, quod te interrogaturus sum. 5. Loquere, inquit, si quid vis. Quare, inquam, domine, filius dei in servi figura in similitudine ponitur?

4 Matth. 13, 38. — 5 Eph. 3, 9 cf. Apoc. 4, 11; Hebr. 3, 4; Sirach 18, 1. — 5 Ps. 67, 29.

interpretatur. Haud dubie Hermas sensit, Deum iam olim vel protinus post mundum conditum mediante filio id egisse, ut genus iustorum constitueret. Hoc autem loco mihi de populo Christianorum cogitare videtur. Filius Dei, de quo deinceps loquitur, filius est non praeexistens, sed homo factus.

3. *χάρακες . . . βοτάναι . . . ἐδέσματα*] Cf. c. 6, 2. 3. Tria ergo opera perfecit servus, quorum primum est mandatum, cetera libere peracta. De *mandatis* cf. Matth. 5, 19; 19, 17; 22, 36. 38. 40; Ioann. 12, 49. 50; 13, 34 etc.; I Ioann. 2, 3. 4. 7. 8; 3, 22 etc. — *ἄγγελοι οἱ πρ. κτισθέντες*] Cf. Vis. III, 4, 1. — *ἡ δὲ ἀποδημία κτλ.*] Caveas ne putes, scriptorem hic explicationem parabolae turbasse; censet enim Hermas, opus Christi tum demum perfectum iri, ubi hoc saeculum finitum erit. Itaque consulto scripsit, *τὴν ἀποδημίαν τοῦ δεσπότου* esse *τὸν χρόνον τὸν περισσεύοντα εἰς τὴν παρουσίαν*; eradicatio enim peccatorum et traditio mandatorum (*βοτάναι αἱ ἐκτετιλμέναι — ἐδέσματα, ἃ ἔπεμψεν*) nunc temporis a servo i. e. a Christo perficitur (Harnack). — *αὐτοῦ*] sc. *θεοῦ*. Cf. II Clem. 12, 1.

4. *ἠδυνάμην*] pro *ἐδυν.*, cf. Ep. ad Diogn. 9, 3; Ph. Buttmann, *Griech. Grammatik* ed. XX § 83 Anm. 5.

6. Ἄκουε, φησίν· εἰς δούλου τρόπον [οὐ] κεῖται ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀλλ' εἰς ἐξουσίαν μεγάλην κεῖται καὶ κυριότητα. Πῶς, φημί, κύριε, οὐ νοῶ. 2. Ὅτι, φησίν, ὁ θεὸς τὸν ἀμπελῶνα ἐφύτευσε, τοῦτ' ἔστι τὸν λαὸν ἔκτισε καὶ παρέδωκε τῷ υἱῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ υἱὸς κατέστησε τοὺς ἀγγέλους ἐπ' αὐτοὺς τοῦ συντηρεῖν αὐτούς· καὶ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐκαθάρισε πολλὰ κοπιάσας καὶ πολλοὺς κόπους ἠντληκώς· οὐδεὶς γὰρ [ἀμπελὼν] δύναται σκαφῆναι ἄτερ κόπου ἢ μόχθου. 3. αὐτὸς οὖν καθαρίσας τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς τρίβους τῆς ζωῆς, δοὺς αὐτοῖς τὸν νόμον, ὃν ἔλαβε παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. 4. [βλέπεις, φησίν, ὅτι αὐτὸς κύριός ἐστι τοῦ λαοῦ, ἐξουσίαν πᾶσαν λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ]. ὅτι δὲ ὁ κύριος σύμβουλον ἔλαβε τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐνδόξους ἀγγέλους περὶ τῆς κληρονομίας τοῦ δούλου, ἄκουε· 5. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ προόν, τὸ κτίσαν πᾶσαν τὴν κτίσιν, κατῴκισεν ὁ θεὸς εἰς σάρκα, ἣν ἠβούλετο. αὕτη οὖν ἡ σάρξ, ἐν ᾗ κατῴκησε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐδούλευσε τῷ πνεύματι καλῶς ἐν σεμνότητι καὶ ἁγνείᾳ πορευθεῖσα, μηδὲν ὅλως μιάνασα τὸ πνεῦμα. 6. πολιτευσαμένην οὖν αὐτὴν καλῶς

1 *τρόπον* : *τόπον* L | *οὐ* LA : > G | 6 *αὐτῶν* L (A) : *ἡμῶν* G | 7/8 *ἀμπελὼν δ. σκαφῆναι* L (A) : *δύναται σκαφῆσαι* G | 10/12 *βλέπεις — αὐτοῦ* L : > GA ob homoeot. | 13 *περὶ* em : *παρὰ* G | 14/15 *τὸ πνεῦμα — ἠβούλετο* G(A) : spiritum illum sanctum, qui creatus est omnium purus (l. primus), in corpore, in quo habitaret, deus fundavit atque statuit electum corpus, quod ei placuit $L^2(L^1)$ |

6, 1. *εἰς δούλου τρ. οὐ κεῖται κτλ.*] i. e. quamquam in figura servi apparuit, revera non servus erat, sed magna potestate praeditus, quippe cui Deus populum suum tradiderit etc. (v. 2—4).

2. *ἁμ. αὐτῶν ἐκαθάρισε*] Cf. Hebr. 1, 3. — *πολλὰ κοπιάσας κτλ.*] Errant, qui putaverint, Hermam hic mortem Iesu Christi vel solum opus in terris peractum respicere. Hermas nullum discrimen facit inter opus Christi, quod in terris peregit, et illud, quod semper in cordibus fidelium perficit (cf. quae ad c. 5, 3 fin. adnotavi). Accedit, quod mortis expiatoriae Christi nunquam mentionem fecit (Harnack).

3. *τ. τρίβους τ. ζωῆς*] De tertio servi opere vel altero supererogatorio Hermas hic loquitur. Cf. c. 5, 3.

4. *αὐτὸς κύριος κτλ.*] Cf. Sim. VIII, 3, 3. — *ὁ κύριος*] adhuc dominus fundi (cf. c. 5, 2) esse videtur. Sed iam de imagine ad rem transit, filio non *τοὺς φίλους* (cf. c. 2, 6. 11; c. 5, 3), sed *τοὺς ἐνδ. ἀγγέλους* (cf. v. 7) adiungens. Itaque quaeri potest, quis sit h. l. *ὁ υἱὸς αὐτοῦ*, filius patrisfamilias an filius Dei? Illa

6. Audi, inquit: in servili conditione non ponitur filius dei, sed in magna potestate ponitur et imperio. Quomodo, inquam, domine, non intellego. 2. Quoniam, inquit, deus vineam plantavit, id est populum creavit tradiditque filio suo; et filius posuit angelos super eos, ut eos conservarent; et ipse eorum peccata abluit multa laborans multosque labores patiens; nulla enim vinea fodi potest sine labore vel dolore. 3. Ipse igitur peccatis populi ablutis ostendit iis semitas vitae, dans iis legem, quam accepit a patre suo. 4. Vides, inquit, eum dominum esse populi, accepta a patre suo omni potestate. Quod autem dominus in consilium adhibuit filium suum ac gloriosos angelos de hereditate servi, audi. 5. Spiritum sanctum, qui ante erat, qui creavit omnem creaturam, fundavit deus in carne, quae ei placuit. Haec igitur caro, in quo habitavit spiritus sanctus, servivit spiritui bene in sanctitate et castitate ambulans neque omnino spiritum maculans. 6. Haec igitur cum recte et caste

9 Ps. 15, 11; Prov. 16, 17. — 10 Ioann. 10, 18; 12, 49. 50; 14, 31; 15, 10. — 11. Matth. 28, 18; Eph. 1, 20—23.

interpretatio magis mihi placet, sed haec non prorsus excluditur.

5. *τὸ πνεῦμα — εἰς σάρκα κτλ.*] Similiter dicit Cyprianus Quod idola non sint c. 11: carnem spiritus sanctus induitur; praemittens autem: hic (filius Dei) in virginem delabitur, atque addens: Deus cum homine miscetur, etiam clare indicat, spiritum sanctum se divinam Christi naturam designare. Hermae verba vix eodem modo interpretanda sunt; *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ προόν* (animadverte articulum) potius proprie spiritum sanctum significare videtur; et sic scribens Hermas fortasse Luc. 1, 35 vel 3, 21—22 singulari modo intellexit. Cf. Ps.-Cypr. De montibus Sina et Sion c. 4: Spiritus sanctus, qui de caelo descendit, Christus id est unctus Dei vivi Deo vocitus est, spiritus carni mixtus Iesus Christus (cf. ibid. c. 13). — *προόν*] Cf. Prov. 8, 22—25; Sirach 24, 9; Sim. IX, 12, 2, ubi filius Dei omni creatura antiquior appellatur. — *τὸ κτίσαν π. τ. κτίσιν*] Deus in Pastore ter (Mand. I, 1; Sim. V, 5, 2; VII, 4) *ὁ κτίσας τὰ πάντα* nominatur. Quaerere licet, num Hermas hic consulto an fortuito pro *τὰ πάντα* scripserit *πᾶσαν τὴν κτίσιν*? Cf. Sim. IX, 14, 5. — *σάρκα*] i. e. humanam naturam seu hominem. Cf. Ioann. 1, 14. — *αὕτη ἡ σάρξ*] i. e. servus ille. — *ἐν ᾗ κατῴκησε τὸ πνεῦμα τ. ἅγιον*] Cf. Luc. 4, 1: *Ἰησοῦς δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου.*

6. *ἰσχ. κ. ἀνδρείως*] Cf. Mart. Polyc. 9, 1. — *εἵλατο*] sc. *ὁ θεός* (v. 5).

καὶ ἁγνῶς καὶ συ[γκ]οπιάσασαν τῷ πνεύματι καὶ συνεργήσασαν ἐν παντὶ πράγματι, ἰσχυρῶς καὶ ἀνδρείως ἀναστραφεῖσαν, μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου εἵλατο κοινωνόν· ἤρεσε γὰρ [τῷ θεῷ] ἡ πορεία τῆς σαρκὸς τα[ύτη]ς, ὅτι οὐκ ἐμιάνθη ἐπὶ τῆς γῆς ἔχουσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. 7. σύμβουλον οὖν ἔλαβε τὸν υἱὸν καὶ τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐνδόξους, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ αὕτη, δουλεύσασα τῷ [πνεύμα]τι ἀμέμπτως, σχῇ τόπον τινὰ κατασκηνώσεως καὶ μὴ δόξῃ τὸν μισθὸν [τῆς δουλείας αὐτῆς ἀπολωλεκέναι· πᾶσα γὰρ σὰρξ ἀπολήψεται μισθὸν] ἡ εὑρεθεῖσα ἀμίαντος καὶ ἄσπιλος, ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατῴκησεν. 8. ἔχεις καὶ ταύτης τῆς παραβολῆς τὴν ἐπίλυσιν.

7. Ηὐφράνθην, φημί, κύριε, ταύτην, τὴν ἐπίλυσιν ἀκούσας. Ἄκουε νῦν, φησί· τὴν σάρκα σου ταύτην φύλασσε καθαρὰν καὶ ἀμίαντον, ἵνα τὸ πνεῦμα τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῇ μαρτυρήσῃ αὐτῇ καὶ δικαιωθῇ σου ἡ σάρξ. 2. βλέπε, μήποτε ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου τὴν σάρκα σου ταύτην φθαρτὴν εἶναι καὶ παραχρήσῃ αὐτῇ ἐν μιασμῷ τινί. ἐὰν μιάνῃς τὴν σάρκα σου, μιανεῖς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐὰν δὲ μιάνῃς τὸ πνεῦμα, οὐ ζήσῃ. 3. Εἰ δέ τις, φημί, κύριε, γέγονεν ἄγνοια προτέρα, πρὶν ἀκουσθῶσι τὰ ῥήματα ταῦτα, πῶς σωθῇ ὁ ἄνθρωπος ὁ μιάνας τὴν σάρκα αὐτοῦ; Περὶ τῶν προτέρων, φησίν, ἀγνοημάτων τῷ θεῷ μόνῳ δυνατὸν ἴασιν δοῦναι· αὐτοῦ γάρ ἐστι πᾶσα ἐξουσία. 4. [ἀλλὰ νῦν φύλασσε σεαυτόν, καὶ ὁ κύριος ὁ παντοκράτωρ, πολύσπλαγχνος ὤν, περὶ τῶν προτέρων ἀγνοημάτων ἴασιν δώσει], ἐὰν τὸ λοιπὸν μὴ μιάνῃς σου τὴν σάρκα μηδὲ τὸ πνεῦμα· ἀμφότερα γὰρ κοινά ἐστι καὶ ἄτερ ἀλλήλων μιανθῆναι οὐ δύναται. ἀμφότερα οὖν καθαρὰ φύλασσε, καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ.

3 *τῷ θεῷ* L^1 : domino L^2A, > G | 6/10 *ἵνα — κατῴκησεν* : eos haeredes constituit A | 8/9 *τῆς δ. — μισθὸν* L^1 (L^2) : > G | 15 *καὶ δικαιωθῇ σου ἡ σάρξ* GL^2 : et tecum fuisse iudicetur L^1, > A | 17 *ἐὰν* G(A) : quodsi L^2, + enim L^1 | 18 *τὸ πνεῦμα* em cf. v. 4 : *τὴν σάρκα* GL(A), *τὴν σάρκα καὶ τὸ πνεῦμα* Hilgenf. | 22/23 *ἀλλὰ — σεαυτὸν* LA : > G | 23/24 *καὶ — λοιπὸν* > A | *καὶ — δώσει* L (*ὁ παντοκρ.* > L^2) : > G

— *κοινωνόν*] Cf. c. 2, 7. 11.
7. *κατασκηνώσεως*] Cf. Matth. 8, 20; Luc. 9, 58. — *πᾶσα γ. σὰρξ κτλ.*] Non solum in corpore Christi, sed et in corporibus hominum spiritus sanctus habitat. Cf. Mand. V; II Clem. 14, 3—5.
7, 1. *τ. σάρκα κτλ.*] Cf. II Clem. 8,

ambularet et laboraret cum spiritu ac cooperaretur in omni negotio, fortiter ac viriliter conversaretur, assumpsit eam sociam ac consortem spiritus sancti; placuit enim deo conversatio huius carnis, quia non est maculata in terra habens spiritum sanctum. 7. Itaque in consilium adhibuit filium et angelos gloriosos, ut et haec caro, quae spiritui sine culpa servivit, locum habitandi aliquem haberet neque mercedem servitii sui videretur perdidisse; mercedem enim recipiet omnis caro, quae invenitur sine macula et sine labe, in qua spiritus sanctus habitavit. 8. Habes huius quoque similitudinis solutionem.

7. Laetatus sum, inquam, domine, audita hac solutione. Audi nunc, inquit: carnem tuam hanc custodi mundam et immaculatam, ut spiritus in ea habitans ei testimonium reddat et iustificetur caro tua. 2. Vide, ne quando in corde tuo ascendat cogitatio, carnem tuam hanc corruptibilem esse, et abutaris ea in libidine aliqua. Si enim carnem tuam maculaveris, maculabis et spiritum sanctum; sin autem maculaveris spiritum, non vives. 3. Si vero, inquam, domine, ignorantia aliqua fuerit, priusquam haec verba audiebantur, quomodo salvatur homo, qui carnem suam maculavit? De peccatis, inquit, prioribus per ignorantiam admissis deus solus potest remedium dare; namque eius est omnis potestas. 4. Sed nunc custodi te, et dominus omnipotens, cum sit valde misericors, prioribus delictis remedium dabit, si in futurum non maculaveris carnem tuam neque spiritum; consortes enim sunt ambo et alter sine altero non potest inquinari. Utrumque igitur mundum custodi, et vives deo.

22 Matth. 28, 18. — 23 Sirach 42, 17; II Cor. 6, 18.

6; 9, 3; 14, 3. — *τ. πνεῦμα . . μαρτυρήσῃ*] Cf. Hebr. 10, 15.

2. *φθαρτήν*] Cf. I Clem. 24—26; II Clem. 9, 1—5; Polyc. Phil. 7, 1. — *παραχρήσῃ*] Referente Clemente Al. Strom. II, 10, 118 p. 491 (cf. III, 4, 25 p. 523) sectatores Nicolai effatum magistri, sed ab ipsis detortum, adducebant: *τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί*. Cf. Cyrill. Hier. Cat. XVIII, 20. — *ἐν μιασμῷ τ.*] Cf. II Petr. 2, 10. — *ἐὰν γὰρ κτλ.*] Cf. II Clem. 14, 3. 4.

3. *προτέρα*] Cf. Vis. II, 2, 4; Mand. IV, 4, 4 etc.

4. *ὁ κύριος ὁ π.*] Cf. Mart. Polyc. 14, 1.

Παραβολὴ ϛʹ.

1. Καθήμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ δοξάζων τὸν κύριον περὶ πάντων ὧν ἑωράκειν καὶ συζητῶν περὶ τῶν ἐντολῶν, ὅτι καλαὶ καὶ δυναταὶ καὶ ἱλαραὶ καὶ ἔνδοξοι καὶ δυνάμεναι σῶσαι ψυχὴν ἀνθρώπου, ἔλεγον ἐν ἐμαυτῷ· Μακάριος ἔσομαι, ἐὰν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις πορευθῶ, καὶ ὃς ἂν ταύταις πορευθῇ, μακάριος ἔσται. 2. ὡς ταῦτα ἐν ἐμαυτῷ ἐλάλουν, βλέπω, αὐτὸν ἐξαίφνης παρακαθήμενόν μοι καὶ λέγοντα ταῦτα· Τί διψυχεῖς περὶ τῶν ἐντολῶν ὧν σοι ἐνετειλάμην; καλαί εἰσιν· ὅλως μὴ διψυχήσῃς, ἀλλ' ἔνδυσαι τὴν πίστιν τοῦ κυρίου, καὶ ἐν αὐταῖς πορεύσῃ· ἐγὼ γάρ σε ἐνδυναμώσω ἐν αὐταῖς. 3. αὗται αἱ ἐντολαὶ σύμφοροί εἰσι τοῖς μέλλουσι μετανοεῖν· ἐὰν γὰρ μὴ πορευθῶσιν ἐν αὐταῖς, εἰς μάτην ἐστὶν ἡ μετάνοια αὐτῶν. 4. οἱ οὖν μετανοοῦντες ἀποβάλλετε τὰς πονηρίας τοῦ αἰῶνος τούτου τὰς ἐκτριβούσας ὑμᾶς· ἐνδυσάμενοι δὲ πᾶσαν ἀρετὴν δικαιοσύνης δυνήσεσθε τηρῆσαι τὰς ἐντολὰς ταύτας καὶ μηκέτι προστιθέναι ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. [ἐὰν οὖν μηκέτι μηδὲν προσθῆτε, ἀποστήσεσθε ἀπὸ τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν ὑμῶν]. πορεύεσθε οὖν ταῖς ἐντολαῖς μου ταύταις, καὶ ζήσεσθε τῷ θεῷ. ταῦτα πάντα παρ' ἐμοῦ λελάληται ὑμῖν. 5. καὶ μετὰ τὸ ταῦτα λαλῆσαι αὐτὸν μετ' ἐμοῦ, λέγει μοι· Ἄγωμεν εἰς ἀγρόν, καὶ δείξω σοι τοὺς ποιμένας τῶν προβάτων. Ἄγωμεν, φημί, κύριε. καὶ ἤλθομεν εἴς τι πεδίον, καὶ δεικνύει μοι ποιμένα νεανίσκον ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἱματίων τῷ χρώματι κροκώδη. 6. ἔβοσκε δὲ πρόβατα πολλὰ λίαν, καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ὡσεὶ τρυφῶντα ἦν καὶ λίαν σπαταλῶντα καὶ ἱλαρὰ ἦν σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖσε· καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἦν ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτοῦ· καὶ αὐτὴ ἡ ἰδέα τοῦ ποιμένος ἱλαρὰ ἦν λίαν, καὶ ἐν τοῖς προβάτοις περιέτρεχε. [καὶ ἄλλα πρόβατα εἶδον σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἑνί, οὐ μέντοι σκιρτῶντα].

1 *παραβολὴ ϛʹ* L : *ἀρχὴ* G, > A | 4 *ἱλαραὶ . . ἔνδοξοι* G : ∾ L, > A | 8 *καὶ λ. ταῦτα* GL[1] : et ait mihi L[2]A | 9/12 *καλαὶ — μετανοεῖν* : bene paenitentiam agit A | 11/12 *τοῖς μ. μετανοεῖν* : his qui delictorum suorum (+ ante gestorum L[1]) acturi sunt paenitentiam L | 14 *τὰς ἐκτρ. ὑμᾶς* > L[1]A | 16/18 *ἐὰν — ταύταις* > A | *ἐὰν — ὑμῶν* L : > G | 19 *πάντα* > L | 21 *ἄγωμεν* L (A) : *ἄγομεν* G | 26 *πάνυ* Ath L[1]A(L[2]) : > G | 26/27 *ἐπὶ — λίαν* > A Ath | 27 *αὐτὴ* em : *αὕτη* G, > L | 28/29 *καὶ ἄλλα — σκιρτῶντα* Ath cf. 2, 4. 6 : > GLA |

Similitudo VI.

1. Cum sederem in domo mea ac glorificarem dominum de omnibus, quae videram, et inquirerem de mandatis, quod bona et potentia et laeta et gloriosa sunt possuntque animam hominis salvare, dicebam intra me: Beatus ero, si in mandatis istis ambulavero, et quicumque in iis ambulaverit, beatus erit. 2. Quae dum intra me loquor, video eum subito iuxta me sedentem et haec dicentem; Quid dubitas de mandatis istis, quae tibi mandavi? Bona sunt; omnino ne dubites, sed indue fidem domini, et in iis ambulabis: ego enim te in iis confortabo. 3. Haec mandata utilia sunt iis, qui paenitentiam acturi sunt; si enim in iis non ambulaverint, vana est paenitentia eorum. 4. Qui igitur paenitentiam agitis, abicite iniquitates huius saeculi, quae consumunt vos; induentes autem omnem iustitiae virtutem poteritis servare haec mandata neque adicere amplius peccatis vestris. Si igitur nihil deinceps adieceritis, recedetis a peccatis vestris prioribus. Ambulate igitur in his mandatis meis, et vivetis deo. Haec omnia a me vobis dicta sunt. 5. Et postquam haec locutus est mecum, dicit mihi: Eamus in agrum, et ostendam tibi pastores ovium. Eamus, inquam, domine. Et venimus in campum quendam, et ostendit mihi pastorem iuvenem indutum synthesin vestimentorum colore coccineo. 6. Pascebat autem oves plurimas, et hae oves velut deliciantes erant ac luxuriantes et hilares erant exsultantes huc et illuc; et ipse pastor valde hilaris erat de grege suo; et ipse vultus pastoris valde hilaris erat, et inter oves discurrebat. [Aliasque oves vidi luxuriantes et deliciantes uno in loco, nec tamen exsultantes].

4 Iac. 1. 21. — 5 Ps. 1, 1—2; 118, 1.

VI. Ps.-Athanasius (Ath²) l. c. c. 18. 19 maximam huius Similitudinis partem exscripsit, sc. 1, 5 (*ἤλθομεν κτλ.*) — 3, 6 (*πράξεις αὐτοῦ*); 4, 3. 4 (*ἄκουε κτλ.*); 5, 3. 5—7.

1, 1. *καλαὶ κτλ.*] Cf. Mand. XII, 3, 4; Ps. 18, 9. 11. 12.

5. *δείξω*] sc. in visione. — *σύνθεσιν κτλ.*] Synthesis coccinea vestis fuit pretiosa, elegans, cenatoria, index laetitiae atque a mollioribus solita indui (Cotelerius).

6. *τρυφῶντα . . σπαταλῶντα*] Cf. Iac. 5, 5.

2. Καὶ λέγει μοι· Βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; Βλέπω, φημί, κύριε. Οὗτος, φησίν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν. οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ θεοῦ καὶ καταστρέφει αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται. 2. ἐπιλανθάνονται γὰρ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος καὶ πορεύονται ἀπάταις καὶ τρυφαῖς ματαίαις καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου, τινὰ μὲν εἰς θάνατον, τινὰ δὲ εἰς καταφθοράν. 3. λέγω αὐτῷ· Κύριε, οὐ γινώσκω ἐγώ, τί ἐστιν εἰς θάνατον καὶ τί εἰς καταφθοράν. Ἄκουε, φησίν· ἃ εἶδες πρόβατα ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τέλος καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. ἐν τούτοις οὖν μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν, ὅτι προσέθηκαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμησαν. τῶν τοιούτων οὖν ὁ θάνατός ἐστιν. 4. ἃ δὲ εἶδες πρόβατα μὴ σκιρτῶντα, ἀλλ' ἐν τόπῳ ἑνὶ βοσκόμενα, οὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν ἑαυτοὺς ταῖς τρυφαῖς καὶ ἀπάταις, εἰς δὲ τὸν κύριον οὐδὲν ἐβλασφήμησαν. οὗτοι οὖν κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστι μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. ἡ καταφθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀνανεώσεώς τινος, ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. 5. πάλιν προέβημεν μικρόν, καὶ δεικνύει μοι ποιμένα μέγαν ὡσεὶ ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἴγειον λευκόν, καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν καὶ ὄζους ἔχουσαν καὶ μάστιγα μεγάλην· καὶ τὸ βλέμμα εἶχε περίπικρον, ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν· τοιοῦτον εἶχε τὸ βλέμμα. 6. οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τοῦ ποιμένος τοῦ νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα, μὴ σκιρτῶντα δέ, καὶ ἔβαλεν αὐτὰ εἴς τινα τόπον κρημνώδη καὶ ἀκανθώδη καὶ τριβολώδη, ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέκεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας καὶ τριβόλους. 7. ταῦτα οὖν ἐμπεπλεγμένα ἐβόσκοντο ἐν ταῖς ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις καὶ λίαν ἐταλαι-

3 *τῶν δούλων τ. θ.* LA Ath : + *τῶν κενῶν* G | 5 *ἀπόλλυνται* L Ath : *ἀπλοῦνται* G | 11/16 *ταῖς ἐπιθυμίαις — ἑαυτοὺς* L Ath (A) : > G ob homoeot. | 13 *προσέθηκαν — αὐτῶν* > Ath | 15 *ἑνὶ* > Ath | 20 *προέβημεν* L Ath : *προέβην* GA | 22 *αἴγειον* L Ath (*αἴγιον*) cf. Vis. V, 1: *ἄγριον* G | *τῶν ὤμων* GA cf. Vis. V, 1 : *τὸν ὦμον* L Ath | 24 *παρέπικρον* G (Ath) : + et saevum L[1] (L[2]A) | 28 *καὶ τριβολώδη* L[1]A Ath (L[2]) : > G | 29/1 p. 548 *ἀλλ' — αὐτοῦ* > A | 29/30 *ἐμπλέκεσθαι — οὖν* G : > L | 30/31 *ταῦτα — τριβόλοις* > Ath

2. Et dicit mihi: Videsne pastorem hunc? Video, inquam, domine. Hic, inquit, angelus luxuriae ac voluptatis est. Hic perdit animas servorum dei eosque avertit a veritate, fallens eos concupiscentiis malis, in quibus pereunt. 2. Obliviscuntur enim mandatorum dei vivi et ambulant in voluptatibus deliciisque vanis et corrumpuntur ab hoc angelo, aliqui usque ad mortem, aliqui usque ad perversionem. 3. Dico ei: Domine, ego non intellego, quid sit usque ad mortem et quid usque ad perversionem. Audi, inquit: oves, quas vidisti hilares et exsultantes, ii sunt, qui in perpetuum a deo discesserunt seque tradiderunt concupiscentiis huius saeculi. In his ergo paenitentia vitae non est, quoniam adiecerunt peccatis suis et nomen dei blasphemaverunt. Talium igitur mors est. 4. Oves autem, quas vidisti non exsultantes, sed uno in loco pascentes, ii sunt, qui tradiderunt quidem sese deliciis et voluptatibus, in dominum vero nihil blasphemaverunt. Hi ergo perversi sunt, ita ut veritatis expertes sint; in his spes est paenitentiae, in qua possunt vivere. Perversio igitur spem habet redintegrationis alicuius, mors autem interitum habet sempiternum. 5. Rursus aliquantulum progressi sumus, et ostendit mihi pastorem magnum velut agrestem figura, amictum pelle alba caprina, ac peram quandam gestavit in humeris et virgam vehementer duram ac nodosam et flagellum magnum; et aspectum habebat valde amarum, ita ut eum timerem; eiusmodi habebat aspectum. 6. Hic igitur pastor accipiebat oves a pastore iuvene, illas, quae deliciabantur ac luxuriabantur, neque vero exsultabant, et compellebat eas in locum quendam praecipitem ac spinosum tribulisque repletum, ita ut de spinis ac tribulis oves non possent se explicare, sed implicarentur in spinas tribulosque. 7. Hae igitur pascebantur implicitae spinis ac tribulis et graves cru-

2, 1. *ἄγγελος τρυφῆς κτλ.*] Varios spiritus hominibus vacantes agnoscit etiam Testamentum XII patr. cf. I, 2. 3; II, 4. 6; IV, 20; VII, 4 etc. — *ἀπάτη*] in hac similitudine non *fraudem*, sed, ut iam veteres (L A) verterunt, *voluptatem* significat.

2. *τ. θεοῦ τ. ζ.*] Cf. Vis. III, 7, 2. — *εἰς καταφθοράν*] Cf. v. 4. Pervertuntur quidem deliciis sese dedentes, sed Dominum non abnegant.

3. *ἐβλασφήμησαν*] Cf. v. 4; Vis. II, 2, 2; Sim. VIII, 6, 4; IX, 19, 3.

4. *ἀπὸ τ. ἀληθείας*] Cf. Vis. I, 3, 1 not.

πώρουν δαιρόμενα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὧδε κἀκεῖσε περιήλαυνεν αὐτὰ καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, καὶ ὅλως οὐκ εὐσταθοῦσαν τὰ πρόβατα ἐκεῖνα.

3. Βλέπων οὖν αὐτὰ οὕτω μαστιγούμενα καὶ ταλαιπωρούμενα ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι οὕτως ἐβασανίζοντο καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. 2. λέγω τῷ ποιμένι τῷ μετ' ἐμοῦ λαλοῦντι· Κύριε, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ποιμὴν ὁ οὕτως ἄσπλαγχνος καὶ πικρὸς καὶ ὅλως μὴ σπλαγχνιζόμενος ἐπὶ τὰ πρόβατα ταῦτα; Οὗτος, φησίν, ἐστὶν ὁ ἄγγελος τῆς τιμωρίας· ἐκ δὲ τῶν ἀγγέλων τῶν δικαίων ἐστί, κείμενος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. 3. παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανωμένους ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πορευθέντας ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἀπάταις τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ τιμωρεῖ αὐτούς, καθὼς ἄξιοί εἰσι, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. 4. Ἤθελον, φημί, κύριε, γνῶναι τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας, ποταπαί εἰσιν. Ἄκουε, φησί, τὰς ποικίλας βασάνους καὶ τιμωρίας. βιωτικαί εἰσιν αἱ βάσανοι· τιμωροῦνται γὰρ οἱ μὲν ζημίαις, οἱ δὲ ὑστερήσεσιν, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις, οἱ δὲ πάσῃ ἀκαταστασίᾳ, οἱ δὲ ὑβριζόμενοι ὑπὸ ἀναξίων καὶ ἑτέραις πολλαῖς πράξεσι πάσχοντες· 5. πολλοὶ γὰρ ἀκαταστατοῦντες ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται πολλά, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως προχωρεῖ. καὶ λέγουσιν ἑαυτοὺς μὴ εὐοδοῦσθαι ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀναβαίνει αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ὅτι ἔπραξαν πονηρὰ ἔργα, ἀλλ' αἰτιῶνται τὸν κύριον. 6. ὅταν οὖν θλιβῶσι πάσῃ θλίψει, τότε ἐμοὶ παραδίδονται εἰς ἀγαθὴν παιδείαν καὶ ἰσχυροποιοῦνται ἐν τῇ πίστει τοῦ κυρίου καὶ τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν δουλεύουσι τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ἐὰν δὲ μετανοήσωσι, τότε ἀναβαίνει ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν τὰ ἔργα ἃ ἔπραξαν πονηρά, καὶ τότε δοξάζουσι τὸν θεόν, λέγοντες, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστι καὶ δικαίως ἔπαθον ἕκαστος κατὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ· δουλεύουσι δὲ λοιπὸν τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ αὐτῶν καὶ εὐοδοῦνται ἐν πάσῃ πράξει αὐτῶν, *λαμβάνοντες παρὰ τοῦ κυρίου πάντα, ὅσα ἂν αἰτῶνται·* καὶ

2/3 *καὶ — ἐκεῖνα* G(L[2]) : *οὐδὲ ἵσταντο* Ath (L[1]), > A | 6 *λαλοῦντι* > L | 9 *ἀγγέλων .. δικαίων* Ath : ∾ G | 14 *ποικίλας* L Ath : + *βασάνους* G | 14/9 p. 550 *ἄκουε — δύναμιν* > A | 15/16 *τὰς π. — βάσανοι* G : *αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι βιωτικαί εἰσι βάσανοι* Ath (L) | 22 *ἔργα* > L (Ath) | *ἀλλ'* G(L[1]) : *καὶ λοιπὸν* Ath (L[2]) | 23 *θλίψει* G : + et incommodum L | 26/30 *ἐὰν — καρδίᾳ* L Ath : > G

ciatus experiebantur verberatae ab illo; et huc et illuc eas agebat neque requiem iis dabat, nec ullo loco consistebant oves illae.

3. Quas cum viderem ita flagellari et miserias pati, dolebam pro iis, quod sic cruciabantur neque ullam requiem habebant. 2. Dico pastori mecum loquenti: Domine, quis est hic pastor tam implacabilis et amarus neque omnino miserans ovium istarum? Hic, inquit, est angelus poenae; ex angelis iustis est, praepositus autem poenae. 3. Accipit igitur eos, qui a deo aberraverunt et ambulaverunt in concupiscentiis et voluptatibus huius saeculi, et punit eos, prout merentur, saevis variisque poenis. 4. Volebam, inquam, domine, cognoscere, cuiusmodi essent variae istae poenae. Audi, inquit, varia tormenta et poenas. In vita tolerantur tormenta; puniuntur enim alii detrimentis, alii inopia, alii infirmitatibus variis, alii omni inconstantia, alii contumeliis affecti ab indignis multisque aliis rebus patientes; 5. multi enim inconstantes in consiliis suis multa aggrediuntur, et nihil omnino iis prospere succedit. Et dicunt, se nihil in actibus suis proficere, neque ascendit in corde eorum cogitatio, mala opera se fecisse, sed dominum accusant. 6. Cum igitur tribulantur omni tribulatione, tunc mihi traduntur ad bonam admonitionem et confirmantur in fide domini et reliquos dies vitae suae serviunt domino mente pura; et cum coeperint delictorum agere paenitentiam, tunc ascendunt in praecordiis eorum opera sua, in quibus se nequiter gesserunt, et tunc dant deo honorem dicentes, iustum iudicem eum esse meritoque se omnia passos secundum sua quemque facta; deinceps vero serviunt domino mente pura et successum habent in omni negotio suo, ***accipientes a domino omnia, quaecumque***

25 Ps. 50, 12. — 28 Ps. 7, 12; II Macc. 12, 6; II Tim. 4, 8. — 29 Matth. 16, 27; Ps. 61, 13; Prov. 24, 12; 1 Petr. 1, 17; Apoc. 2, 23. — 30 Ps. 1, 3. — 31 Matth. 21, 22; 1 Ioann. 3, 22.

3, 2. *ὁ ἄγγελος τ. τιμωρίας*] Cf. Sim. VII, 1. 2. 6. Henoch 20, 4: Raguel, unus sanctorum angelorum, qui poenas petit a mundo et a luminibus; 66, 1: angeli poenae. Test. XII patr. III, 3. Respicit hunc locum Origenes In Ps. 37 hom. I, 2 (ed. Bened. II, 681).

6. Versus sententiis ac locutionibus biblicis refertus est.

τότε δοξάζουσι τὸν κύριον, ὅτι ἐμοὶ παρεδόθησαν, καὶ οὐκέτι οὐδὲν πάσχουσι τῶν πονηρῶν.

4. Λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἔτι μοι τοῦτο δήλωσον. Τί, φησίν, ἐπιζητεῖς; Εἰ ἄρα, φημί, κύριε, τὸν αὐτὸν χρόνον βασανίζονται οἱ τρυφῶντες καὶ ἀπατώμενοι ὅσον τρυφῶσι καὶ ἀπατῶνται; λέγει μοι· Τὸν αὐτὸν χρόνον βασανίζονται. 2. [Ἐλάχιστον, φημί, κύριε, βασανίζονται]· ἔδει γὰρ τοὺς οὕτω τρυφῶντας καὶ ἐπιλανθανομένους τοῦ θεοῦ ἑπταπλασίως βασανίζεσθαι. 3. λέγει μοι· Ἄφρων εἶ καὶ οὐ νοεῖς τῆς βασάνου τὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ ἐνόουν, φημί, κύριε, οὐκ ἂν ἐπηρώτων, ἵνα μοι δηλώσῃς. Ἄκουε, φησίν, ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν. 4. τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία· τῆς δὲ βασάνου ἡ ὥρα τριάκοντα ἡμερῶν δύναμιν ἔχει. ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τρυφήσῃ τις καὶ ἀπατηθῇ, μίαν δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ὅλον ἐνιαυτὸν ἰσχύει ἡ ἡμέρα τῆς βασάνου. ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανίζεται. βλέπεις οὖν, φησίν, ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος ἐλάχιστός ἐστι, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς.

5. Ἔτι, φημί, κύριε, οὐ νενόηκα ὅλως περὶ τοῦ χρόνου τῆς ἀπάτης καὶ τρυφῆς καὶ βασάνου· τηλαυγέστερόν μοι δήλωσον. 2. ἀποκριθείς μοι λέγει· Ἡ ἀφροσύνη σου παράμονός ἐστι, καὶ οὐ θέλεις σου τὴν καρδίαν καθαρίσαι καὶ δου[λεύειν] τῷ θεῷ. βλέπε, φησί, μήποτε ὁ χρόνος πληρωθῇ καὶ σὺ ἄφρων εὑρεθῇς. ἄκουε οὖν, φησί, καθὼς βούλει, ἵνα νοήσῃς αὐτά. 3. ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώ[μενος] μίαν ἡμέραν καὶ πράσσων, ἃ βούλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται καὶ οὐ νοεῖ τὴν πρᾶξιν, ἣν ποιεῖ· εἰς τὴν αὔριον ἐπιλανθά[νεται] γάρ, τί πρὸ μιᾶς ἔπραξεν· ἡ γὰρ τρυφὴ καὶ ἀπάτη μνήμας οὐκ ἔχει διὰ τὴν ἀφροσύνην, ἣν ἐνδέδυται, ἡ δὲ τιμωρία καὶ ἡ βάσανος ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ μίαν ἡμέραν, μέχρις ἐνιαυτοῦ τιμωρεῖται καὶ βασανίζεται· μνήμας γὰρ μεγάλας ἔχει ἡ τιμωρία καὶ ἡ βάσανος. 4. βασανιζόμενος οὖν καὶ τιμωρούμενος ὅλον τὸν ἐνιαυτόν, μνημονεύει τότε τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης καὶ γινώσκει, ὅ[τι δι'] αὐτὰ πάσχει τὰ πονηρά. πᾶς οὖν

4/5 *οἱ τρ. κ. ἀπατώμενοι* G : qui discedunt (desciscunt L^2) a metu dei L | 6/7 *ἐλάχιστον — βασανίζονται* L : > G | 12 *τριάκοντα* : *λ'* G | 13 *τρυφήσῃ* em : *-σει* G Ath | 18 *ἔτι* G : quoniam (*ὅτι*) LA | 28 *οὖν* G : nunc L^1A, ergo nunc L^2 | 26 *γὰρ* pr G : *καὶ* LA | 31 *τότε* LA : *ποτὲ* G

petunt; et tunc glorificant dominum, quod mihi traditi sunt, neque amplius quidquam mali patiuntur.

4. Dico ei: Domine, adhuc hoc mihi demonstra. Quid, inquit, inquiris? Numquid igitur, inquam, domine, idem tempus cruciantur luxuriantes ac deliciantes, quod luxuriantur ac deliciantur? Dicit mihi: Idem tempus cruciantur. 2. Et dixi: Multum exiguum, domine, cruciantur; oportebat enim eos septifariam cruciari, qui sic luxuriantur et dei obliviscuntur. 3. Dicit mihi: Fatuus es neque intellegis tormenti vim. Si enim, inquam, intellegerem, non interrogarem, ut mihi demonstrares. Audi, inquit, utriusque vim. 4. Luxuriae et voluptatis tempus est una hora; tormenti hora vim habet dierum triginta. Itaque cum quis unum diem luxuriae ac deliciis sese dederit, unum autem diem cruciatus fuerit, dies cruciatus totum annum valet. Quot igitur dies luxuriatus quis fuerit, tot annos cruciatur. Vides ergo, inquit, tempus luxuriae ac voluptatis minimum esse, poenae vero ac tormenti multum.

5. Adhuc, inquam, domine, nihil intellexi omnino de tempore voluptatis et luxuriae et tormenti; lucidius mihi demonstra. 2. Respondens mihi dicit: Stultitia tua semper manet neque cor tuum vis purificare ac servire deo. Vide inquit, ne quando tempus impleatur et tu insipiens reperiaris. Audi igitur, inquit, sicut vis, ut ea intellegas. 3. Qui luxuriae ac voluptati unum diem se committit et facit, quae vult, multam stultitiam indutus est neque intellegit actum, quem facit; postero enim obliviscitur, quid egerit pridie; namque luxuria et voluptas memoriam non habet propter stultitiam, qua induta est, poena autem et tormentum cum accesserit homini unum diem, per anni spatium torquetur et cruciatur; magnam enim memoriam habet poena et tormentum. 4. Si quis ergo cruciatur et punitur totum annum, tunc meminit luxuriae et voluptatis ac cognoscit, propterea se mala pati. Omnis ergo homo,

4, 1. *τὸν αὐτὸν χρόνον κτλ.*] Cf. Testam. XII patr. IX, 5.

4. *τριάκοντα ἡμερῶν*] Hermas cum infra dicat, unum cruciatus diem annum i. e. 360 dies valere, apparet, eum diei 12 horas attribuere. Quod si ponis, 30 dies sunt = 360 (sc. 12 × 30) horae. Rescipit hunc locum Origenes In Num. hom. 8 (ed. Bened. II, 294).

ἄνθρωπος ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος οὕτω βασανίζεται, ὅτι ἔχοντες ζωὴν εἰς θάνατον ἑαυτοὺς παραδεδώκασι. 5. Ποῖαι, φημί, κύριε, τρυφαί εἰσι βλαβεραί; Πᾶσα, φησί, πρᾶξις τρυφή ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ, ὃ ἐὰν ἡδέως ποιῇ· καὶ γὰρ ὁ ὀξύχολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ· καὶ ὁ μοιχὸς καὶ ὁ μέθυσος καὶ ὁ κατάλαλος καὶ ὁ ψεύστης καὶ ὁ πλεονέκτης καὶ ὁ ἀποστερητὴς καὶ ὁ τ[ού]τοις τὰ ὅμοια ποιῶν τῇ ἰδίᾳ νόσῳ τὸ ἱκανὸν ποιεῖ· τρυφᾷ οὖν ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ. 6. αὗται πᾶσαι αἱ τρυφαὶ βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. διὰ ταύτας οὖν τὰς ἀπάτας πάσχουσιν οἱ τιμωρούμενοι καὶ βασανιζόμενοι. 7. εἰσὶν δὲ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους· πολλοὶ γὰρ ἀγαθὸν ἐργαζόμενοι τρυφῶσι τῇ ἑαυτῶν ἡδονῇ φερόμενοι. αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ σύμφορός ἐστι τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ καὶ ζωὴν περιποιεῖται τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τοιούτῳ· αἱ δὲ βλαβεραὶ τρυφαὶ αἱ προειρημέναι βασάνους καὶ τιμωρίας αὐτοῖς περιποιοῦνται· ἐὰν δὲ ἐπιμένωσι καὶ μὴ μετανοήσωσι, θάνατον ἑαυτοῖς περιποιοῦνται.

Παραβολὴ ζʹ.

Μετὰ ἡμέρας ὀλίγας εἶδον αὐτὸν εἰς τὸ πεδίον τὸ αὐτό, ὅπου καὶ τοὺς ποιμένας ἑωράκειν, καὶ λέγει μοι· Τί ἐπιζητεῖς; Πάρειμι, φημί, κύριε, ἵνα τὸν ποιμένα τὸν τιμωρητὴν κελεύσῃς ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐξελθεῖν, ὅτι λίαν με θλίβει. Δεῖ σε, φησί, θλιβῆναι· οὕτω γάρ, φησί, προσέταξεν ὁ ἔνδοξος ἄγγελος τὰ περὶ σοῦ· θέλει γάρ σε πειρασθῆναι. Τί γάρ, φημί, κύριε, ἐποίησα οὕτω πονηρόν, ἵνα τῷ ἀγγέλῳ τούτῳ παραδοθῶ; 2. Ἄκουε, φησίν· αἱ μὲν ἁμαρτίαι σου πολλαί, ἀλλ' οὐ τοσαῦται, ὥστε τῷ ἀγγέλῳ τούτῳ παραδοθῆναι· ἀλλ' ὁ οἰκός σου μεγάλας ἀνομίας καὶ ἁμαρτίας εἰργάσατο, καὶ παρεπικράνθη ὁ ἔνδοξος ἄγγελος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτῶν καὶ διὰ τοῦτο ἐκέλευσέ σε χρόνον τινὰ θλιβῆναι, ἵνα κἀκεῖνοι μετανοήσωσι καὶ καθαρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ πάσης ἐπιθυμίας τοῦ αἰῶνος τούτου. ὅταν οὖν μετανοήσωσι καὶ καθαρισθῶσι, τότε ἀποστήσεται [ἀπὸ σοῦ] ὁ [ἄ]γγελος τῆς τιμωρίας. 3. λέγω αὐ-

4/5 *τῷ . . πάθει* Ath (L[1]A) : *τῇ . . πράξει* GL[2] | 9/10 *διὰ — βασανιζόμενοι* G(A) : propter has igitur (autem L[2]) cruciantur et patiuntur poenas L | 11 *γὰρ* LA Ath : > G | 15 *ἐπιμένωσι* : + in illis L | 17 *παρ. ζʹ* L, *ἀρχὴ* G, similitudo octava A | 19 *ἐπιζητεῖς* : + hic L[2]A | 19/20 *πάρειμι* em cf. Vis. V, 3 : *παρ' ἐμοὶ* G, veni LA | 31 *ἀπὸ σοῦ* L(A) : > G

qui luxuriae ac voluptati se dedit, sic cruciatur, quoniam habentes vitam morti sese tradiderunt. 5. Quae, inquam, domine, voluptates sunt nocivae? Omnis, inquit, actus voluptas est homini, quem libenter facit; etenim iracundus affectioni animi sui satisfaciens luxuriatur; et adulter et ebrius et detractor et mendax et avarus et fraudator et qui his similia facit suo morbo satisfacit; luxuriatur igitur in actu suo. 6. Hae omnes luxuriae nocivae sunt servis dei. Propter has ergo voluptates patiuntur, qui puniuntur ac cruciantur. 7. Sunt autem et voluptates, quae salvent homines; multi enim bonum operantes percipiunt voluptatem sua dulcedine ducti. Haec igitur voluptas utilis est servis dei et vitam parat homini eiusmodi; nocivae vero voluptates praedictae tormenta ac poenas iis pariunt; sin autem permanserint nec paenitentiam egerint, mortem sibi adquirunt.

Similitudo VII.

Post paucos dies vidi eum in eodem campo, in quo etiam pastores videram, et dicit mihi: Quid quaeris? Adsum, inquam, domine, ut pastorem poenae praepositum iubeas e domo mea exire, quia vehementer me affligit. Oportet, inquit, te affligi; sic enim, inquit, praecepit de te angelus gloriosus; vult enim te temptari. Quid enim, inquam, domine, tam grande delictum admisi, ut huic angelo traderer? 2. Audi, inquit: peccata tua quidem multa sunt, sed non tam multa, ut huic angelo debeas tradi; sed domus tua magnas iniquitates et peccata fecit, et exacerbatus est gloriosus angelus propter opera eorum, et propterea iussit te aliquantum temporis affligi, ut illi quoque paenitentiam agant purificentque se ab omni desiderio huius saeculi. Cum igitur paenitentiam egerint ac purificati fuerint, tunc recedet a te angelus poenae. 3. Dico ei: Domine, si illi eius-

5, 5. *τὸ ἱκανὸν ποιεῖν*] Genus dicendi latinum.

VII. Arte haec Similitudo cum praecedente cohaeret. Pergit Hermas de paenitentia agere. Cf. Sim. VI, 1, 3. 4.

1. *ὁ ἔνδοξος ἄγγελος*] Sic angelus deinceps saepissime appellatur, praesertim in Similitudine sequenti; cf. index vocabulorum.

2. *ὁ οἶκος σου κτλ.*] Cf. v. 3. 6; Vis. I, 3, 1. 2; II, 2, 2 sqq.

τῷ· Κύριε, εἰ ἐκεῖνοι τοιαῦτα εἰργάσαντο, ἵνα παραπικρανθῇ ὁ ἔνδοξος ἄγγελος, τί ἐγὼ ἐποίησα; Ἄλλως, φησίν, οὐ [δύ]νανται ἐκεῖνοι θλιβῆναι, ἐὰν μὴ σὺ ἡ κεφαλὴ τοῦ οἴκου θλιβῇς· σοῦ γὰρ θλιβομένου ἐξ ἀνάγκης κἀκεῖνοι θλιβήσονται, εὐσταθοῦντος δ[ὲ σοῦ] οὐδεμίαν δύνανται θλῖψιν ἔχειν. 4. Ἀλλ' ἰδού, φημί, κύριε, μετανενοήκασιν ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν. Οἶδα, φησί, κἀγώ, ὅτι μετανενοήκασιν ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν· τῶν οὖν μετανοούντων [εὐθὺς] δοκεῖς τὰς ἁμαρτίας ἀφίεσθαι; οὐ παντελῶς· ἀλλὰ δεῖ τὸν μετανοοῦντα βασανίσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ ταπεινοφρονῆσαι ἐν πάσῃ πράξει αὐτοῦ ἰσχυρῶς καὶ θλιβῆναι ἐν πάσαις θλίψεσι ποικίλαις· καὶ ἐὰν ὑπενέγκῃ τὰς θλίψεις τὰς ἐπερχομένας αὐτῷ, πάντως σπλαγχνισθήσεται ὁ *τὰ πάντα κτίσας* καὶ ἐνδυναμώσας καὶ ἴασίν τινα δώσει αὐτῷ· 5. καὶ τοῦτο πάντως, [ἐὰν ἴδῃ τὴν καρδίαν] τοῦ μετανοοῦντος καθαρὰν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. σοὶ δὲ συμφέρον ἐστὶ καὶ τῷ οἴκῳ σου νῦν θλιβῆναι. τί δέ σοι πολλὰ λέγω; θλιβῆναί σε δεῖ, καθὼς προσέταξεν ὁ ἄγγελος κυρίου ἐκεῖνος, ὁ παραδιδούς σε ἐμοί· καὶ τοῦτο εὐχαρίστει τῷ κυρίῳ, ὅτι ἄξιόν σε ἡγήσατο τοῦ προδηλῶσαί σοι τὴν θλῖψιν, ἵνα προγνοὺς αὐτὴν ὑπενέγκῃς ἰσχυρῶς. 6. λέγω αὐτῷ· Κύριε, σὺ μετ' ἐμοῦ γίνου, καὶ δυνήσομαι πᾶσαν θλῖψιν ὑπενεγκεῖν. Ἐγώ, φησίν, ἔσομαι μετὰ σοῦ· ἐρωτήσω δὲ καὶ τὸν ἄγγελον τὸν τιμωρητήν, ἵνα σε ἐλαφροτέρως θλίψῃ· ἀλλ' ὀλίγον χρόνον θλιβήσῃ καὶ πάλιν ἀποκατασταθήσῃ εἰς τὸν οἶκόν σου· μόνον παράμεινον ταπεινοφρονῶν καὶ λειτουργῶν τῷ κυρίῳ ἐν πάσῃ καθαρᾷ καρδίᾳ, καὶ τὰ τέκνα σου καὶ ὁ οἶκός σου, καὶ πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου αἷς σοι ἐντέλλομαι, καὶ δυνήσεταί σου ἡ μετάνοια ἰσχυρὰ καὶ καθαρὰ εἶναι· 7. καὶ ἐὰν ταύτας φυλάξῃς μετὰ τοῦ οἴκου σου, ἀποστήσεται πᾶσα θλῖψις ἀπὸ σοῦ· καὶ ἀπὸ πάντων δέ, φησίν, ἀποστήσεται θλῖψις, ὅσοι [ἐὰν] ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου ταύταις πορευθῶσιν.

Παραβολὴ η'.

1. Ἔδειξέ μοι ἰτέαν μεγάλην, σκεπάζουσαν πεδία καὶ ὄρη,

3 *τοῦ οἴκου* G(A) : totius domus L | 8 *εὐθὺς* LA : > G | 10 *ἰσχυρῶς* > L | 12 *πάντως* G(A) : et tunc forsitan L¹, > L² | 13 *ἴασιν* LA : *ἰσχὺν* G | *αὐτῷ* L² : *αὐτοῖς* G, > L¹A | 13/14 *ἐὰν ἴδῃ τὴν καρδίαν . . καθαρὰν* LA : *καθαρῶς* G | 20 *καὶ* G : + facile L, patienter A | 24 *πάσῃ* > LA | 26 *μου* L¹A : *σου* G, > L² | 28 *πᾶσα* GA : > L | 29 *θλῖψις* : omnis vexatio L, > A |

modi operati sunt, ut exacerbaretur angelus gloriosus, quid ego feci? Aliter, inquit, non possunt illi affligi, nisi tu, caput domus, affligeris; cum enim tu affligeris, necesse est illi quoque affligantur; cum autem tu bene stas, nullam possunt habere tribulationem. 4. Sed ecce, inquam, domine, paenitentiam egerunt ex toto corde suo. Scio, inquit, et ego, paenitentiam eos egisse ex toto corde suo; paenitentium igitur protinus putas peccata dimitti? Nequaquam; sed oportet paenitentem cruciare animam suam et humiliare fortiter in omni actu suo et affligi in omnibus tribulationibus variis; cumque sustinuerit tribulationes sibi supervenientes, omnino miserebitur, qui *creavit omnia* confirmavitque, et remedium aliquod ei dabit; 5. et hoc certe, si viderit cor paenitentis mundum ab omni malo negotio. Tibi autem utile est et domui tuae nunc affligi. Quid autem tibi multa loquor? Affligaris enim necesse est, sicut praecepit angelus ille domini, qui te tradidit mihi; et propter hoc gratias age domino, quod dignum te habuit, ut praediceretur tibi tribulatio, ut praescius eam sustineres fortiter. 6. Dico ei: Domine, tu mecum esto, et potero omnem tribulationem sustinere. Ego, inquit, tecum ero; rogabo autem angelum quoque poenae praepositum, ut levius te affligat; sed exiguum tempus affligeris et iterum restitueris in domum tuam; modo persevera humiliter sentiens et serviens domino in toto corde puro, et filii tui et domus tua, et ambula in mandatis meis, quae tibi do, et paenitentia tua fortis et munda esse poterit; 7. et si haec custodieris cum domo tua, recedet omnis tribulatio a te; et ab omnibus, inquit, recedet tribulatio, quicumque in his mandatis meis ambulaverint.

Similitudo VIII.

1. Ostendit mihi salicem magnam, tegentem campos et

12 Eph. 3, 9. — 12 Ps. 67, 29.

ἐὰν cf. Vis. III, 1, 9; Mand. IV, 3, 7; V, 2, 8 etc.: > G | 31 παρ. η' L: similitudo nona A, > G | 32 μεγάλην GA : > L

4. ὁ τὰ πάντα κτλ.] Cf. Sim. V, 5, 2.
5. ὁ ἄγγελος κυρίου ἐκ.] Cf. v. 1.
VIII. Disputavit de hac Similitudine Zahn, *Der Hirt d. H.* p. 141—193.
1, 1. ἰτέα] est lex Dei toti orbi

καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς ἰτέας πάντες ἐληλύθασιν οἱ κεκλημένοι τῷ ὀνόματι κυρίου. 2. εἱστήκει δὲ ἄγγελος τοῦ κυρίου ἔνδοξος λίαν ὑψηλὸς παρὰ τὴν ἰτέαν, δρέπανον ἔχων μέγα, καὶ ἔκοπτε κλάδους ἀπὸ τῆς ἰτέας, καὶ ἐπεδίδου τῷ λαῷ τῷ σκεπαζομένῳ ὑπὸ τῆς ἰτέας· μικρὰ δὲ ῥαβδία ἐπεδίδου αὐτοῖς, ὡσεὶ πηχυαῖα. 3. μετὰ δὲ τὸ πάντας λαβεῖν τὰ ῥαβδία ἔθηκε τὸ δρέπανον ὁ ἄγγελος, καὶ τὸ δένδρον ἐκεῖνο ὑγιὲς ἦν, οἷον καὶ ἑωράκειν αὐτό. 4. ἐθαύμαζον δὲ ἐγὼ ἐν ἐμαυτῷ λέγων· Πῶς τοσούτων κλάδων κεκομμένων τὸ δένδρον ὑγιές ἐστι; λέγει μοι ὁ ποιμήν· Μὴ θαύμαζε, εἰ τὸ δένδρον ὑγιὲς ἔμεινε τοσούτων κλάδων κοπέντων· [ἀλλ' ἀνάμεινον]· ἀφ' ἧς δέ, φησί, πάντα ἴδῃς, καὶ δηλωθήσεταί σοι τὸ τί ἐστιν. 5. ὁ ἄγγελος ὁ ἐπιδεδωκὼς τῷ λαῷ τὰς ῥάβδους πάλιν ἀπῄτει ἀπ' αὐτῶν· καὶ καθὼς ἔλαβον, οὕτω καὶ ἐκαλοῦντο πρὸς αὐτὸν καὶ εἷς ἕκαστος αὐτῶν ἀπεδίδου τὰς ῥάβδους. ἐλάμβανε δὲ ὁ ἄγγελος τοῦ κυρίου καὶ κατενόει αὐτάς. 6. παρά τινων ἐλάμβανε τὰς ῥάβδους ξηρὰς καὶ βεβρωμένας ὡς ὑπὸ σητός· ἐκέλευσεν ὁ ἄγγελος τοὺς τὰς τοιαύτας ῥάβδους ἐπιδεδωκότας χωρὶς ἵστασθαι. 7. ἕτεροι δὲ ἐπεδίδοσαν ξηράς, ἀλλ' οὐκ ἦσαν βεβρωμέναι ὑπὸ σητός· καὶ τούτους ἐκέλευσε χωρὶς ἵστασθαι. 8. ἕτεροι δὲ ἐπεδίδουν ἡμιξήρους· καὶ οὗτοι χωρὶς ἵσταντο. 9. ἕτεροι δὲ ἐπεδίδουν τὰς ῥάβδους αὐτῶν ἡμιξήρους καὶ σχισμὰς ἐχούσας· καὶ οὗτοι χωρὶς ἵσταντο. 10. [ἕτεροι δὲ ἐπεδίδουν τὰς ῥάβδους αὐτῶν χλωρὰς καὶ σχισμὰς ἐχούσας· καὶ οὗτοι χωρὶς ἵσταντο]. 11. ἕτεροι δὲ ἐπεδίδουν τὰς ῥάβδους [τὸ] ἥμισυ ξηρὸν καὶ τὸ ἥμισυ χλωρόν· καὶ οὗτοι χωρὶς ἵσταντο. 12. ἕτεροι δὲ προσέφερον τὰς ῥάβδους αὐτῶν τὰ δύο μέρη τῆς ῥάβδου χλωρά, τὸ δὲ τρίτον

2 *ἔνδοξος* + et L[2] | 3 *λίαν* + et L[1] | 8/9 *λέγων — ἐστι* GA : > L | 11 *ἀλλ' ἀνάμεινον* L[1]A (L[2]) : > G | 12 *τί ἐστιν. ὁ ἄγγ.* GL[2] : *τί ἐστιν ὁ ἄγγ. κτλ.* L[1]A | 15 *παρὰ κτλ.* : versibus 6—18 numeros I—XIII praenotat A | 22/23 *ἕτεροι — ἵσταντο* AL[2] : > GL[1] | 24 *τὸ* pr > G

annuntiata, cf. c. 3, 2. — *κεκλημένοι*] sunt Christiani seu fideles, cf. c. 3, 2; c. 11, 1.

2. *ἄγγελος τ. κ. ἔνδοξος*] i. e. Michael, ut Hermas c. 3, 3 Similitudinem explicans declarat. Cf. Prolegom. c. V. — *λίαν ὑψηλός*] Cf. Sim. IX, 6, 1.

6—18. Tredecim Christianorum genera hic enumerantur et in duas partes dividuntur, sc. decem genera peccatorum et tria genera iustorum. Haec protinus in turrim dimittuntur (cf. c. 2, 1—4). Peccatores traduntur pastori ad paenitentiam (cf. c. 2, 5; c. 3, 5) et ubi

montes, et sub umbram salicis venerunt omnes, qui vocati erant in nomine domini. 2. Stabat autem angelus domini gloriosus valde sublimis iuxta salicem, habens falcem magnam, et caedebat ramos de salice tribuebatque populo, qui salice tegebatur; parvas autem virgulas tribuebat iis velut cubitales. 3. Postquam autem omnes acceperunt virgulas, angelus falcem deposuit, et arbor illa sana erat, qualem et videram eam. 4. Ego autem miratus sum intra me dicens: Quomodo arbor tot ramis desectis sana est? Dicit mihi pastor: Ne mireris, si arbor sana permansit tot ramis praecisis; sed exspecta: postquam, inquit, omnia vidisti, etiam demonstrabitur tibi, quid sit. 5. Angelus, qui populo virgas porrexit, eas rursus ab illis reposcebat; et sicut acceperunt, sic vocabantur quoque ad eum, et unusquisque eorum reddebat virgas. Accipiebat autem angelus domini considerabatque eas. 6. A quibusdam accipiebat virgas aridas et veluti a tinea corrosas; iussit angelus seorsum statui eos, qui eiusmodi virgas tradiderunt. 7. Alii autem porrigebant aridas, sed non erant a tinea corrosae; etiam hos iussit seorsum statui. 8. Alii porrigebant semiaridas: etiam hi seorsum statuebantur. 9. Alii porrigebant virgas suas semiaridas et habentes scissuras; etiam hi seorsum statuebantur. 10. Alii porrigebant virgas suas virides et scissuras habentes; etiam hi seorsum statuebantur. 11. Alii porrigebant virgas pro dimidia parte aridas et pro dimidia virides; etiam hi seorsum statuebantur. 12. Alii afferebant virgas suas et duae virgae partes erant virides, tertia arida; etiam hi seorsum statue-

iterum probantur (c. 4, 3 — c. 5, 6), iam non decem, sed novem genera sunt; tertium enim genus cum quarto coniungitur (c. 4, 6). In explicatione autem similitudinis (c. 6, 4 — 10, 4) iterum decem peccatorum genera discernuntur. In hoc versu ecclesiae proditores designantur, cf. c. 4, 4; c. 6, 4.

7. Designantur pseudodoctores, cf. c. 4, 5; c. 6, 5. 6.

8. Designantur dubii, cf. c. 4, 6; c. 7, 1.

9. Designantur dubii et detractores, cf. c. 4, 6; c. 7, 2. 3.

10. Designantur ambitiosi, cf. c. 5, 1; c. 7, 4—6.

in montem quendam habentem formam et similitudinem mammae, et posuit me in cacumine montis et ostendit mihi campum magnum et circa campum duodecim montes aliam atque aliam figuram habentes. 5. Primus erat niger sicut fuligo, secundus glaber, herbas non habens; tertius spinosus ac tribulis plenus; 6. quartus habens herbas semiaridas, quarum pars superior erat viridis, pars a radicibus proxima arida; quaedam autem herbae, cum sol incaluisset, aridae factae sunt. 7. Quintus mons habebat herbas virides et asper erat; sextus mons totus plenus erat scissuris, quarum aliae erant exiguae, aliae magnae; habebant autem scissurae herbas, herbae vero non valde floridae erant, sed potius velut marcidae. 8. Septimus mons habebat herbas hilares totusque mons erat fertilis et omne genus pecudum volucrumque pascebantur in monte illo; et quanto pecudes et aves vescebantur, herbae montis illius magis magisque crescebant. Octavus autem mons plenus erat fontibus, et omne genus creaturae domini adaquabatur e fontibus montis illius. 9. Nonus mons nullam omnino aquam habebat et totus destitutus erat; habebat autem in se bestias ac serpentes mortiferos hominibus perniciosos. Decimus mons habe-

ad orientem ab Orchomeno situm (P. VIII, 13, 4), nonum (v. 9) ad montem *Σηπία* (P. VIII, 16, 2), decimum (v. 9) ad montem *Σκίαδις* (P. VIII, 14, 1). Robinson in *Collation of the Athos Codex* 1888 p. 30—36 montem tertium (v. 5) in monte *Κνάκαλος* (P. VIII, 23, 4), octavum (v. 8) in colle *Τρίκρηνα* (= *Τρικάρηνα*, P. VIII, 16, 1), secundum (v. 5) in monte *Φάλανθος* (= *φαλακρός* = *ψιλός*, P. VIII, 35, 9), duodecimum (v. 10) in monte *Κυλλήνη* (P. VIII, 4, 4), insuper sextum (v. 7) in monte *Ὄρυξις* (P. VIII, 14, 1), primum (v. 5) in colle, in quo oppidum *Μελαγγεῖα* situm erat (P. VIII, 6, 5), agnoscere sibi visus est, atque hic inde evidenter apparere censuit, Arcadiam patriam Hermae esse, cum notitia regionis tam accurata aliter non esset explicanda. Equidem non nego, regionem urbis Orchomeni regioni ab Herma prolatae similem esse. Altera ex parte suspicionem supprimere nequeo, Hermam regionem propositam non tam descripsisse quam finxisse, et rem in medio relinquo. — *ὄρος μαστῶδες*] Eiusmodi montes ab aliis quoque commemorantur. Cf. Passow s. h. v.

5. Montes, qui in hac Similitudine describuntur, sunt gentes, quibus evangelium praedicatum est. De tribus prioribus cf. c. 17—19.

6. Cf. c. 20. 21.

7. Cf. c. 22. 23.

8. Cf c. 24. 25.

9. Cf. c. 26. 27.

καὶ ὅλον κατάσκιον ἦν, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην αὐτοῦ πολλὰ πρόβατα κατέκειντο ἀναπαυόμενα καὶ μαρυκώμενα. 10. τὸ δὲ ἑνδέκατον ὄρος λίαν σύνδενδρον ἦν, καὶ τὰ δένδρα ἐκεῖνα κατάκαρπα ἦν, ἄλλοις καὶ ἄλλοις καρποῖς κεκοσμημένα, ἵνα ἰδών τις αὐτὰ ἐπιθυμήσῃ φαγεῖν ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν. τὸ δὲ δωδέκατον ὄρος ὅλον ἦν λευκόν, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ἱλαρὰ ἦν· καὶ εὐπρεπέστατον ἦν ἐν αὑτῷ τὸ ὄρος.

2. Εἰς μέσον δὲ τοῦ πεδίου ἔδειξέ μοι πέτραν μεγάλην λευκὴν ἐκ τοῦ πεδίου ἀναβεβηκυῖαν. ἡ δὲ πέτρα ὑψηλοτέρα ἦν τῶν ὀρέων, τετράγωνος, ὥστε δύνασθαι ὅλον τὸν κόσμον χωρῆσαι. 2. παλαιὰ δὲ ἦν ἡ πέτρα ἐκείνη, πύλην ἐκκεκομμένην ἔχουσα· ὡς πρόσφατος δὲ ἐδόκει μοι εἶναι ἡ ἐκκόλαψις τῆς πύλης. ἡ δὲ πύλη οὕτως ἔστιλβεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον, ὥστε με θαυμάζειν ἐπὶ τῇ λαμπηδόνι τῆς πύλης. 3. κύκλῳ δὲ τῆς πύλης εἱστήκεισαν παρθένοι δώδεκα. αἱ οὖν δ' αἱ εἰς τὰς γωνίας ἑστηκυῖαι ἐνδοξότεραί μοι ἐδόκουν εἶναι· καὶ αἱ ἄλλαι δὲ ἔνδοξοι ἦσαν. εἱστήκεισαν δὲ εἰς τὰ δ' μέρη τῆς πύλης, ἀνὰ μέσον αὐτῶν ἀνὰ δύο παρθένοι. 4. ἐνδεδυμέναι δὲ ἦσαν λινοῦς χιτῶνας καὶ περιεζωσμέναι εὐπρεπῶς, ἔξω τοὺς ὤμους ἔχουσαι τοὺς δεξιοὺς ὡς μέλλουσαι φορτίον τι βαστάζειν. οὕτως ἕτοιμοι ἦσαν· λίαν γὰρ ἱλαραὶ ἦσαν καὶ πρόθυμοι. 5. μετὰ τὸ ἰδεῖν με ταῦτα ἐθαύμαζον ἐν ἐμαυτῷ, ὅτι μεγάλα καὶ ἔνδοξα πράγματα βλέπω. καὶ πάλιν διηπόρουν ἐπὶ τὰς παρθένους, ὅτι τρυφεραὶ οὕτως οὖσαι ἀνδρείως εἱστήκεισαν ὡς μέλλουσαι ὅλον τὸν οὐρανὸν βαστάζειν. 6. καὶ λέγει μοι ὁ ποιμήν· Τί ἐν σεαυτῷ διαλογίζῃ καὶ διαπορῇ καὶ σεαυτῷ λύπην ἐπισπᾶσαι; ὅσα γὰρ οὐ δύνασαι νοῆσαι, μὴ ἐπιχείρει, συνετὸς ὤν, ἀλλ' ἐρώτα τὸν κύριον, ἵνα λάβῃς σύνεσιν νοεῖν αὐτά. 7. τὰ ὀπίσω σου ἰδεῖν οὐ δύνῃ, τὰ δὲ ἔμπροσθέν σου βλέπεις. ἃ οὖν ἰδεῖν οὐ δύνασαι, ἔασον καὶ μὴ στρέβλου σεαυτόν· ἃ δὲ βλέπεις, ἐκείνων κατακυρίευε καὶ περὶ τῶν λοιπῶν μὴ περιεργάζου· πάντα δέ σοι ἐγὼ δηλώσω, ὅσα ἄν σοι δείξω. ἔμβλεπε οὖν τοῖς λοιποῖς.

3. Εἶδον ἓξ ἄνδρας ἐληλυθότας ὑψηλοὺς καὶ ἐνδόξους καὶ

1 *αὐτοῦ πολλὰ* G : arborum L²(A), > L¹ | 2 *μηρυκώμενα* G | 3 *σύδενδρον* G | 7 *ἐν αὑτῷ* em : *ἐν αὐτῷ* G, sibi L, ipse (mons) A | 17 *αὐτῶν* L²A : *αὐτῆς* G, > L¹ | 26 *οὐ δύνασαι* LA : *οὐδὲ* G | 26/27 *ἐπιχείρει* G(A) : + tanquam L | 32 *οὖν* GA : nunc L

bat arbores maximas totusque erat opacus, et sub umbra eius multae oves iacebant requiescentes et ruminantes. 10. Undecimus mons densus arboribus erat, et arbores illae frugiferae erant, ornatae aliis atque aliis fructibus, ita ut, si quis viderit eas, desideret manducare de fructibus earum. Duodecimus mons totus erat candidus et aspectum habebat hilarem; et valde decorus in se erat mons.

2. In medio autem campo ostendit mihi petram magnam candidam, quae de campo exsurrexerat. Petra altior erat montibus, quadrata, ita ut posset totum mundum capere. 2. Vetus autem erat petra illa, portam excisam habens; velut recens autem excisio portae mihi esse videbatur. Porta magis quam sol splendebat, ita ut de splendore portae mirarer. 3. Circa portam autem stabant duodecim virgines. Quatuor igitur, quae in angulis stabant, gloriosiores esse mihi videbantur; et aliae gloriosae erant. Stabant autem in quatuor portae partibus, et in medio earum binae virgines. 4. Indutae autem erant linteas tunicas ac decenter succinctae, nudatis humeris dextris velut onus aliquod portaturae. Sic paratae erant; valde enim hilares erant et promptae. 5. Quae cum vidissem, mirabar mecum, quod magnas et praeclaras res viderem. Et iterum non intellegebam, cur virgines tam tenerae fortiter starent velut totum caelum portaturae. 6. Et dicit mihi pastor: Quid intra te disputas et moveris et tibi tristitiam adquiris? Quaecumque enim non potes intellegere, noli temptare, quasi sis sapiens, sed roga dominum, ut accipias sensum et intellegas ea. 7. Quae post te sunt, non potes videre; quae autem ante te sunt, vides. Quae igitur non potes videre, sine et noli te torquere; quae autem vides, eorum dominare et de reliquis noli esse curiosus; omnia autem tibi manifestabo, quaecumque tibi ostendero. Intuere igitur reliqua.

3. Vidi sex viros venisse altos honestosque et consimiles

10. Cf. c. 28. 29.

2, 1. *πέτρα*] est filius Dei; cf. c. 12,1.

2. *παλαιὰ . . πρόσφατος*] Cf. c. 12, 2. 3. Filius Dei cum omni creatura antiquior est tum in novissimis diebus apparuit.

3. *παρθ. δώδεκα*] Cf. c. 13. 15; Visio III, 8. De iis, qui laudant locum, cf. c. 15, 1 not.

3, 1. *ἓξ ἄνδρας*] sc. angelos filii

ὁμοίους τῇ ἰδέᾳ· καὶ ἐκάλεσαν πλῆθός τι ἀνδρῶν. κἀκεῖνοι δὲ οἱ ἐληλυθότες ὑψηλοὶ ἦσαν ἄνδρες καὶ καλοὶ καὶ δυνατοί· καὶ ἐκέλευσαν αὐτοὺς οἱ ἓξ ἄνδρες οἰκοδομεῖν ἐπάνω τῆς πέτρας [καὶ ἐπάνω τῆς πύλης] πύργον τινά. ἦν δὲ θόρυβος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων μέγας τῶν ἐληλυθότων οἰκοδομεῖν τὸν πύργον, ὧδε κἀκεῖσε περιτρεχόντων κύκλῳ τῆς πύλης· 2. αἱ δὲ παρθένοι ἑστηκυῖαι κύκλῳ τῆς πύλης ἔλεγον τοῖς ἀνδράσι σπεύδειν τὸν πύργον οἰκοδομεῖσθαι· ἐκπεπετάκεισαν δὲ τὰς χεῖρας αἱ παρθένοι ὡς μέλλουσαί τι λαμβάνειν παρὰ τῶν ἀνδρῶν. 3. οἱ δὲ ἓξ ἄνδρες ἐκέλευον ἐκ βυθοῦ τινὸς λίθους ἀναβαίνειν καὶ ὑπάγειν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. ἀνέβησαν δὲ λίθοι ι' τετράγωνοι λαμπροί, [μὴ] λελατομημένοι. 4. οἱ δὲ ἓξ ἄνδρες ἐκάλουν τὰς παρθένους καὶ ἐκέλευσαν αὐτὰς τοὺς λίθους πάντας τοὺς μέλλοντας εἰς τὴν οἰκοδομὴν ὑπάγειν τοῦ πύργου βαστάζειν καὶ διαπορεύεσθαι διὰ τῆς πύλης καὶ ἐπιδιδόναι τοῖς ἀνδράσι τοῖς μέλλουσιν οἰκοδομεῖν τὸν πύργον. 5. αἱ δὲ παρθένοι τοὺς δέκα λίθους τοὺς πρώτους τοὺς ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναβάντας ἐπετίθουν ἀλλήλαις καὶ κατὰ ἕνα λίθον ἐβάσταζον ὁμοῦ.

4. Καθὼς δὲ ἐστάθησαν ὁμοῦ κύκλῳ τῆς πύλης, οὕτως ἐβάσταζον αἱ δοκοῦσαι δυναταὶ εἶναι καὶ ὑπὸ τὰς γωνίας τοῦ λίθου ὑποδεδυκυῖαι ἦσαν· αἱ δὲ ἄλλαι ἐκ τῶν πλευρῶν τοῦ λίθου ὑποδεδύκεισαν καὶ οὕτως ἐβάσταζον πάντας τοὺς λίθους· διὰ δὲ τῆς πύλης διέφερον αὐτούς, καθὼς ἐκελεύσθησαν, καὶ ἐπεδίδουν τοῖς ἀνδράσιν εἰς τὸν πύργον· ἐκεῖνοι δὲ ἔχοντες τοὺς λίθους ᾠκοδόμουν. 2. ἡ οἰκοδομὴ δὲ τοῦ πύργου ἐγένετο ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν μεγάλην καὶ ἐπάνω τῆς πύλης. ἡρμόσθησαν [οὖν] οἱ [ι'] λίθοι ἐκεῖνοι [καὶ ἐνέπλησαν ὅλην τὴν πέτραν. καὶ ἐγένοντο ἐκεῖνοι] θεμέλιος τῆς οἰκοδομῆς τοῦ πύργου· ἡ δὲ πέτρα καὶ ἡ πύλη ἦν βαστάζουσα ὅλον τὸν πύργον. 3. μετὰ δὲ τοὺς ι' λίθους ἄλλοι ἀνέβησαν ἐκ τοῦ βυθοῦ κ[ε'] λίθοι· καὶ οὗτοι ἡρμόσθησαν

1 *ἐκάλεσαν* LA : *ἐκέλευσαν* G | 3 *ἐπάνω τ. π. καὶ* > L^1 | *καὶ* (> L^1) *ἐπ. τ. πύλης* L : > GA | 11 *μὴ* cf. 5, 3; 16, 7 : > GL^1A | *μὴ λελατ.* > L^2 | 16 *πρώτους* : *α'* G | 17 *ἐπετίθουν* L^2(A) : *ἐπήνυον* G, > L^1 | *ἀλλήλοις* G | 26 *οὖν* L^1(L^2A) : > G | *ι'* LA : > G | 27/28 *καὶ — ἐκεῖνοι* L^2A(L^1) : > G | 30 *κε'* L cf. 15, 4 : *κ'* G, quindecim A

Dei, ipsum circumstantes; cf. c. 12, 8. Etiam supra Vis. III, 2, 5; 4, 1 sex angeli superiores nobis occurrerunt. Quos angelos licet archangelos ag-

aspectu; et vocaverunt quandam multitudinem virorum. Et illi, qui venerant, alti erant viri et pulcri et fortes; et sex illi viri iusserunt eos aedificare supra petram et supra portam turrim quandam. Erat autem magnus tumultus virorum illorum, qui venerant ad aedificandam turrim, huc et illuc circa portam discurrentium; 2. virgines autem circa portam stantes dicebant viris, ut festinarent aedificare turrim. Porrigebant autem manus virgines velut aliquid accepturae a viris. 3. Illi autem sex viri iubebant de profundo aliquo lapides ascendere ac vadere in aedificationem turris. Ascenderunt autem decem lapides quadrati splendidi, non circumcisi. 4. Illi autem sex viri vocaverunt virgines et iusserunt eas omnes lapides, qui in structuram turris essent ituri, portare et transire per portam et porrigere viris, qui turrim aedificaturi erant. 5. Virgines vero decem primos illos lapides, qui de profundo ascenderant, imponebant sibi invicem et simul singulos lapides portabant.

4. Sicut autem simul stabant circa portam, sic portabant eae, quae fortes esse videbantur, et sub angulos lapidis sese demiserant; ceterae ex lateribus lapidis sese demiserant, et sic portabant omnes lapides; per portam autem transferebant eos, sicut iussae sunt, et porrigebant viris in turri; et illi habentes lapides aedificabant. 2. Aedificatio autem turris fiebat supra petram magnam et supra portam. Aptati sunt ergo decem illi lapides et impleverunt totam petram. Et facti sunt illi fundamentum aedificationis turris. Petra autem et porta erant sustinentes totam turrim. 3. Post decem autem illos lapides alii de profundo ascenderunt lapides viginti quinque; hi quo-

noscere. S. Scriptura autem (Tob. 12, 15. Apoc. 1, 4; 3, 1; 5, 6; 8, 2 etc.) septem archangelos numerat. Cf. Prolegom. c. 5. — πλ. τι ἀνδρῶν] Hi quoque angeli sunt; cf. c. 12, 6; Vis. III, 2, 5. — πύργον] sc. ecclesiam; cf. c. 13, 1. Aedificatur autem turris super petram et portam, quia Christus fundamentum est ecclesiae et omnium fidelium, cf. c. 14, 4—6.

3. λίθοι δέκα τετρ.] sc. generatio iustorum prima; cf. c. 15, 4; 16, 1 sqq.

4, 2. θεμέλιος] hic, ut ex sequentibus apparet, non est fundamentum proprie dictum, quod est petra seu Christus (cf. c. 14, 6), sed primum tabulatum supra fundamentum positum.

3. Cf. c. 15, 4. De generatione iustorum secunda et de prophetis et

εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, βασταζόμενοι ὑπὸ τῶν παρθένων καθὼς καὶ οἱ πρότεροι. μετὰ δὲ τούτους ἀνέβησαν λε', καὶ οὗτοι ὁμοίως ἡρμόσθησαν εἰς τὸν πύργον. μετὰ δὲ τούτους ἕτεροι ἀνέβησαν λίθοι μ', καὶ οὗτοι πάντες ἐβλήθησαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου· [ἐγένοντο οὖν στοῖχοι τέσσαρες ἐν τοῖς θεμελίοις τοῦ πύργου]. 4. καὶ ἐπαύσαντο ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναβαίνοντες· ἐπαύσαντο δὲ καὶ οἱ οἰκοδομοῦντες μικρόν. καὶ πάλιν ἐπέταξαν οἱ ἕξ ἄνδρες τῷ πλήθει τοῦ ὄχλου ἐκ τῶν ὀρέων παραφέρειν λίθους εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. 5. παρεφέροντο οὖν ἐκ πάντων τῶν ὀρέων χρόαις ποικίλαις λελατομημένοι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ ἐπεδίδοντο ταῖς παρθένοις· αἱ δὲ παρθένοι διέφερον αὐτοὺς διὰ τῆς πύλης καὶ ἐπεδίδουν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. καὶ ὅταν εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἐτέθησαν οἱ λίθοι οἱ ποικίλοι, ὅμοιοι ἐγένοντο λευκοὶ καὶ τὰς χρόας τὰς ποικίλας ἤλλασσον. 6. τινὲς δὲ λίθοι ἐπεδίδοντο ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν εἰς τὴν οἰκοδομὴν καὶ οὐκ ἐγίνοντο λαμπροί, ἀλλ' οἷοι ἐτέθησαν, τοιοῦτοι καὶ εὑρέθησαν· οὐ γὰρ ἦσαν ὑπὸ τῶν παρθένων ἐπιδεδομένοι οὐδὲ διὰ τῆς πύλης παρενηνεγμένοι. οὗτοι οὖν οἱ λίθοι ἀπρεπεῖς ἦσαν ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου. 7. ἰδόντες δὲ οἱ ἕξ ἄνδρες τοὺς λίθους τοὺς ἀπρεπεῖς ἐν τῇ οἰκοδομῇ, ἐκέλευσαν αὐτοὺς ἀρθῆναι καὶ ἀπαχθῆναι κάτω εἰς τὸν ἴδιον τόπον, ὅθεν ἠνέχθησαν. 8. καὶ λέγουσι τοῖς ἀνδράσι τοῖς παρεμφέρουσι τοὺς λίθους· Ὅλως ὑμεῖς μὴ ἐπιδίδοτε εἰς τὴν οἰκοδομὴν λίθους· τίθετε δὲ αὐτοὺς παρὰ τὸν πύργον, ἵνα αἱ παρθένοι διὰ τῆς πύλης παρενέγκωσιν αὐτοὺς καὶ ἐπιδιδῶσιν εἰς τὴν οἰκοδομήν. ἐὰν γάρ, φασί, διὰ τῶν χειρῶν τῶν παρθένων τούτων μὴ παρενεχθῶσι διὰ τῆς πύλης, τὰς χρόας αὐτῶν ἀλλάξαι οὐ δύνανται· μὴ κοπιᾶτε οὖν, φασίν, εἰς μάτην.

5. Καὶ ἐτελέσθη τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ οἰκοδομή, οὐκ ἀπετελέσθη δὲ ὁ πύργος· ἔμελλε γὰρ πάλιν ἐποικοδομεῖσθαι· καὶ ἐγένετο ἀνοχὴ τῆς οἰκοδομῆς. ἐκέλευσαν δὲ οἱ ἕξ ἄνδρες τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀναχωρῆσαι μικρὸν πάντας καὶ ἀναπαυθῆναι· ταῖς δὲ παρθένοις ἐπέταξαν ἀπὸ τοῦ πύργου μὴ ἀναχωρῆσαι. ἐδόκει δέ μοι τὰς παρθένους καταλελεῖφθαι τοῦ φυλάσσειν τὸν πύργον.

5/6 *ἐγένοντο — πύργου* L^1L^2(A) : > G | 6 *ἐπαύσαντο* G : + lapides LA | 17 *ὑπό* : *ἀπὸ* G | 20 *κάτω* > LA | 21 *ἠνέχθησαν* : + translatique unumquemque deposuerunt L^2 | 29 *πάλιν* : adhuc A, a se L^2, > L^1 | 31 *πάντας* > LA

que aptati sunt in structuram turris, virginibus eos portantibus sicut et ante. Post hos ascenderunt triginta quinque; et hi similiter aptati sunt in turrim. Post hos alii ascenderunt lapides quadraginta; et hi omnes adiecti sunt in structuram turris; facti sunt ergo quatuor ordines in fundamentis turris. 4. Et desierunt lapides de profundo ascendere; desierunt paulisper etiam aedificantes. Et iterum sex illi viri imperaverunt multitudini populi, ut lapides e montibus afferrent ad aedificationem turris. 5. Ex omnibus igitur montibus lapides coloribus variis dolati a viris afferebantur et porrigebantur virginibus; virgines autem transferebant eos per portam porrigebantque in structuram turris. Et cum in structura positi essent lapides varii, consimiles facti sunt candidi et colores varios mutaverunt. 6. Quidam vero lapides porrigebantur a viris in aedificationem neque fiebant splendidi, sed quales positi sunt, tales etiam inventi sunt; non enim a virginibus porrecti erant nec per portam allati. Hi igitur lapides deformes erant in structura turris. 7. Ubi autem sex illi viri lapides deformes in aedificatione viderunt, iusserunt eos tolli et referri infra in locum suum, unde allati erant. 8. Et dicunt viris lapides afferentibus: Omnino vos lapides nolite porrigere ad aedificationem, sed ponite eos iuxta turrim, ut virgines eos per portam afferant porrigantque ad aedificationem. Nisi enim, inquiunt, per manus virginum istarum allati fuerint per portam, colores suos mutare non possunt; nolite ergo, inquiunt, frustra laborare.

5. Et finita est illo die aedificatio, sed turris non est consummata; futurum enim erat, ut iterum aedificaretur; et dilatatio aedificationis facta est. Iusserunt autem sex illi viri aedificantes recedere paulisper omnes et requiescere; virginibus vero imperaverunt, ne a turri discederent. Videbantur mihi virgines esse relictae, ut turrim custodirent. 2. Postquam autem omnes

de apostolis ac doctoribus praedicationis filii Dei sermo est.

4. Cf. c. 5, 1. 2.

5. Lapides e montibus apportati et ad structuram turris adhibiti sunt electi post adventum Christi.

6. Cf. c. 5, 4; c. 12, 4; c. 13, 3. Explicationem horum lapidum Hermas non exhibet. Cf. Vis. III, 6, 1.

2. μετὰ δὲ τὸ ἀναχωρῆσαι πάντας καὶ ἀναπαυθῆναι λέγω τῷ ποιμένι· Τί ὅτι, φημί, κύριε, οὐ συνετελέσθη ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου; Οὔπω, φησί, δύναται ἀποτελεσθῆναι ὁ πύργος, ἐὰν μὴ ἔλθῃ ὁ κύριος αὐτοῦ καὶ δοκιμάσῃ τὴν οἰκοδομὴν ταύτην, ἵνα, ἐάν τινες λίθοι σαπροὶ εὑρεθῶσιν, ἀλλάξῃ αὐτούς· πρὸς γὰρ τὸ ἐκείνου θέλημα οἰκοδομεῖται ὁ πύργος. 3. Ἤθελον, φημί, κύριε, τούτου τοῦ πύργου γνῶναι τί ἐστιν ἡ οἰκοδομὴ αὕτη, καὶ περὶ τῆς πέτρας καὶ πύλης καὶ τῶν ὀρέων καὶ τῶν παρθένων καὶ τῶν λίθων τῶν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναβεβηκότων καὶ μὴ λελατομημένων, ἀλλ' οὕτως ἀπελθόντων εἰς τὴν οἰκοδομήν· 4. καὶ διατί πρῶτον εἰς τὰ θεμέλια ι' λίθοι ἐτέθησαν, εἶτα κε', εἶτα λε', εἶτα μ', καὶ περὶ τῶν λίθων τῶν ἀπεληλυθότων εἰς τὴν οἰκοδομὴν καὶ πάλιν ἠρμένων καὶ εἰς τόπον ἴδιον ἀποτεθειμένων· περὶ πάντων τούτων ἀνάπαυσον τὴν ψυχήν μου, κύριε, καὶ γνώρισόν μοι αὐτά. 5. Ἐάν, φησί, κενόσπουδος μὴ εὑρεθῇς, πάντα γνώσῃ· μετ' ὀλίγας γὰρ ἡμέρας [ἐλευσόμεθα ἐνθάδε, καὶ τὰ λοιπὰ ὄψει τὰ ἐπερχόμενα τῷ πύργῳ τούτῳ καὶ πάσας τὰς παραβολὰς ἀκριβῶς γνώσῃ. 6. καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας] ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ κεκαθίκαμεν, καὶ λέγει μοι· Ἄγωμεν πρὸς τὸν πύργον· ὁ γὰρ αὐθέντης τοῦ πύργου ἔρχεται κατανοῆσαι αὐτόν. καὶ ἤλθομεν πρὸς τὸν πύργον· καὶ ὅλως οὐθεὶς ἦν πρὸς αὐτὸν εἰ μὴ αἱ παρθένοι μόναι. 7. καὶ ἐπερωτᾷ ὁ ποιμὴν τὰς παρθένους, εἰ ἄρα παρεγεγόνει ὁ δεσπότης τοῦ πύργου. αἱ δὲ ἔφησαν μέλλειν αὐτὸν ἔρχεσθαι κατανοῆσαι τὴν οἰκοδομήν.

6. Καὶ ἰδοὺ μετὰ μικρὸν βλέπω παράταξιν πολλῶν ἀνδρῶν ἐρχομένων· καὶ εἰς τὸ μέσον ἀνήρ τις ὑψηλὸς τῷ μεγέθει, ὥστε τὸν πύργον ὑπερέχειν. 2. καὶ οἱ ἓξ ἄνδρες οἱ εἰς τὴν οἰκοδομὴν [ἐφεστῶτες ἐκ δεξιῶν τε καὶ ἀριστερῶν περιεπάτησαν μετ' αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ εἰς τὴν οἰκοδομὴν] ἐργασάμενοι μετ' αὐτοῦ ἦσαν καὶ ἕτεροι πολλοὶ κύκλῳ αὐτοῦ ἔνδοξοι· αἱ δὲ παρθένοι αἱ τηροῦσαι τὸν πύργον προσδραμοῦσαι κατεφίλησαν αὐτὸν καὶ ἤρξαντο ἐγγὺς αὐτοῦ περιπατεῖν κύκλῳ τοῦ πύργου. 3. κατενόει δὲ ὁ ἀνὴρ

1 *καὶ ἀναπαυθῆναι* > LA | 10 *οὕτως ἀπελθόντων* : sicut ascenderant, sic ierunt $L^1(L^2)$, tales quales exstructi sunt A | 11 *κε'* L : *κ'* G, XV A | *λε'* GL : XXX A | 16/18 *ἐλευσόμεθα — ἡμέρας* L^1L^2A : > G | 23 *αὐτὸν* + continuo L^1, nunc A | 26 *ὥστε* : *ὡς* G | 28/29 *ἐφεστῶτες — οἰκοδομὴν* AL^2L^1 : > G

recesserunt et requieverunt, dico pastori: Quare, inquam, domine, non consummata est aedificatio turris? Nondum, inquit, turris consummari potest, nisi venerit dominus eius et probaverit aedificationem hanc, ut, si qui lapides inveniantur putridi, eos mutet; secundum enim illius voluntatem aedificatur turris. 3. Volebam, inquam, domine, cognoscere, quae sit aedificatio ista huius turris, et de petra et porta et montibus et virginibus et lapidibus, qui ascenderunt de profundo nec sunt circumcisi, sed ita ierunt in structuram; 4. et quare primum in fundamentis decem lapides positi sunt, deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta, et de lapidibus, qui advenerunt in aedificationem et iterum tollebantur et in locum suum reponebantur; de his omnibus refice animam meam, domine, et demonstra mihi ea. 5. Si, inquit, curiosus non fueris inventus, omnia cognosces. Post paucos enim dies veniemus huc et videbis reliqua, quae futura sunt huic turri, et omnes similitudines diligenter cognosces. 6. Et venimus post paucos dies in locum, ubi sederamus, et dicit mihi: Eamus ad turrim; dominus enim turris venit, ut consideret eam. Et venimus ad turrim; et omnino nemo erat apud eam nisi virgines solae. 7. Et interrogat pastor virgines, an affuerit dominus turris. Illae autem dixerunt, eum venturum esse, ut consideret aedificationem.

6. Et ecce, paulo post video agmen virorum multorum venientium; et in medio vir quidam erat excelsus magnitudine, ita ut turrim superaret. 2. Et sex illi viri, qui aedificationi praefuerunt, et a dexteris et a sinistris ambulabant cum eo, et omnes, qui in turri operati fuerant, cum eo erant et alii multi circa eum gloriosi. Virgines autem, quae turrim custodiebant, accesserunt et osculatae sunt eum et coeperunt prope eum ambulare circa turrim. 3. Considerabat autem ille vir aedifica-

6, 1. *ἀνήρ τ. ὑψηλός*] est filius Dei; cf. c. 12, 8. V Esra 2, 43: et in medio eorum (sc. turbae magnae collaudantium Dominum) erat iuvenis statura celsus, eminentior omnibus illis. Similiter S. Perpetua Christum videt tanquam hominem grandem (cf. Acta Perpet. et Felic. c. 4); et in coemeterio S. Callisti prope Romam pictura exstat, in qua Christus homines circumstantes magnitudine valde superat.

ἐκεῖνος τὴν οἰκοδομὴν ἀκριβῶς, ὥστε αὐτὸν καθ᾽ ἕνα λίθον ψηλαφᾶν. κρατῶν δέ τινα ῥάβδον τῇ χειρὶ κατὰ ἕνα λίθον τῶν ᾠκοδομημένων ἔτυπτε. 4. καὶ ὅταν ἐπάτασσεν, ἐγένοντο αὐτῶν τινὲς μέλανες ὡσεὶ ἀσβόλη, τινὲς δὲ ἐψωριακότες, τινὲς δὲ σχισμὰς ἔχοντες, τινὲς δὲ κολοβοί, τινὲς δὲ οὔτε λευκοὶ οὔτε μέλανες, τινὲς δὲ τραχεῖς καὶ μὴ συμφωνοῦντες τοῖς ἑτέροις λίθοις, τινὲς δὲ σπίλους πολλοὺς ἔχοντες· αὗται ἦσαν αἱ ποικιλίαι τῶν λίθων τῶν σαπρῶν εὑρεθέντων εἰς τὴν οἰκοδομήν. 5. ἐκέλευσεν οὖν πάντας τούτους ἐκ τοῦ πύργου μετενεχθῆναι καὶ τεθῆναι παρὰ τὸν πύργον καὶ ἑτέρους ἐνεχθῆναι λίθους καὶ ἐμβληθῆναι εἰς τὸν τόπον αὐτῶν. 6. [καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ οἰκοδομοῦντες, ἐκ τίνος ὄρους θέλῃ ἐνεχθῆναι λίθους καὶ ἐμβληθῆναι εἰς τὸν τόπον αὐτῶν]. καὶ ἐκ μὲν τῶν ὀρέων οὐκ ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι, [ἐκ δέ τινος πεδίου ἐγγὺς ὄντος ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι]. 7. καὶ ὠρύγη τὸ πεδίον, καὶ εὑρέθησαν λίθοι λαμπροὶ τετράγωνοι, τινὲς δὲ καὶ στρογγύλοι. ὅσοι δέ ποτε ἦσαν λίθοι ἐν τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ, πάντες ἠνέχθησαν καὶ διὰ τῆς πύλης ἐβαστάζοντο ὑπὸ τῶν παρθένων. 8. καὶ ἐλατομήθησαν οἱ τετράγωνοι λίθοι καὶ ἐτέθησαν εἰς τὸν τόπον τῶν ἠρμένων· οἱ δὲ στρογγύλοι οὐκ ἐτέθησαν εἰς τὴν οἰκοδομήν, ὅτι σκληροὶ ἦσαν εἰς τὸ λατομηθῆναι αὐτοὺς καὶ βραδέως ἐγίνοντο. ἐτέθησαν δὲ παρὰ τὸν πύργον, ὡς μελλόντων αὐτῶν λατομεῖσθαι καὶ τίθεσθαι εἰς τὴν οἰκοδομήν· λίαν γὰρ λαμπροὶ ἦσαν.

7. Ταῦτα οὖν συντελέσας ὁ ἀνὴρ ὁ ἔνδοξος καὶ κύριος ὅλου τοῦ πύργου προσεκαλέσατο τὸν ποιμένα καὶ παρέδωκεν αὐτῷ τοὺς λίθους πάντας τοὺς παρὰ τὸν πύργον κειμένους, τοὺς ἀποβεβλημένους ἐκ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ λέγει αὐτῷ· 2. Ἐπιμελῶς καθάρισον τοὺς λίθους τούτους καὶ θὲς αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, τοὺς δυναμένους ἁρμόσαι τοῖς λοιποῖς· τοὺς δὲ μὴ ἁρμόζοντας ῥῖψον μακρὰν ἀπὸ τοῦ πύργου. 3. [ταῦτα κελεύσας τῷ ποιμένι ἀπῄει ἀπὸ τοῦ πύργου] μετὰ πάντων, [μεθ᾽] ὧν ἐληλύθει· αἱ δὲ παρθένοι κύκλῳ τοῦ πύργου εἱστήκεισαν τηροῦσαι αὐτόν. 4. λέγω τῷ ποιμένι· Πῶς οὗτοι οἱ λίθοι δύνανται εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου ἀπελθεῖν ἀποδεδοκιμασμένοι; ἀποκριθείς μοι

3 *ἔτυπτε* L^1A : *τρὶς ἔτ.* G, > L^2 | 11/13 *καὶ — αὐτῶν*, 13/14 *ἐκ — ἐνεχθῆναι* L^1L^2(A) : > G | 21 *ἐγίνοντο* G : videbatur circumcidere eos L (L^1 sic, ut videtur, hoc loco verba *εἰς τὸ λατομηθῆναι αὐτοὺς* vertens),

tionem diligenter, ita ut singulos lapides contrectaret. Manu tenens virgam quandam singulos lapides aedificatos feriebat. 4. Et cum percussisset, quidam eorum facti sunt nigri sicut fuligo, quidam scabiosi, alii scissuras habentes, alii curti, alii nec candidi nec nigri, alii asperi et cum ceteris lapidibus non convenientes, alii multas maculas habentes; hae erant varietates lapidum, qui in aedificatione putridi sunt reperti. 5. Iussit igitur hos omnes de turri auferri et poni iuxta turrim et alios afferri lapides ac poni in eorum loco. 6. Et interrogaverunt eum qui aedificabant, ex quo monte vellet afferri lapides et reponi in eorum loco. Et de montibus vetuit eos afferri, de campo quodam autem, qui prope erat, iussit afferri. 7. Et fossus est campus, et inventi sunt lapides splendidi quadrati, quidam etiam rotundi. Quicumque autem lapides aliquando erant in campo illo, omnes allati sunt et per portam a virginibus portabantur. 8. Et lapides quadrati circumcisi et in loco eorum positi sunt, qui ablati erant; rotundi autem non sunt positi in structura, quoniam duri ad dolandum erant et tarde parabantur. Positi sunt autem iuxta turrim, ut postea circumciderentur ac ponerentur in structura; valde enim splendidi erant.

7. Quae cum perfecisset vir gloriosus et dominus totius turris, advocavit pastorem eique tradidit omnes lapides iuxta turrim iacentes, qui de structura reprobati erant, et dicit ei: 2. Diligenter munda hos lapides et pone eos in structura turris, qui cum aliis convenire possunt; eos autem, qui non conveniunt, longe proice a turri. 3. Haec cum praecepisset pastori, abiit a turri cum omnibus, cum quibus venerat. Virgines autem circa turrim stabant custodientes eam. 4. Dico pastori: Quomodo hi lapides in aedificationem turris possunt redire, cum sint repro-

erat fabricatio A | 29/30 *ταῦτα — πύργον* LA : > G | 30 *μεθ'* > G | 32 *πῶς* LA : *πάλιν* G

3. Cf. Sim. VIII, 1, 5.
4. Cf. c. 8.
5. Cf. c. 13, 6—9; Vis. III, 5, 5; 6, 1. 2.
6. *πεδίον*] Cf. c. 29, 4; 30, 1.
7, 1. Cf. Sim. VIII, 2, 5. — *ἀποβεβλημένους*] Vox minus accurata. Non omnes lapides, qui circa turrim iacebant, erant reprobati sensu strictiore. Lapides de campo allati rotundi in structura nondum impositi erant; cf. c. 6, 8; 9, 1—4.

λέγει· Βλέπεις, φησί, τοὺς λίθους τούτους; Βλέπω, φημί, κύριε. Ἐγώ, φησί, τὸ πλεῖστον μέρος τῶν λίθων τούτων λατομήσω καὶ βαλῶ εἰς τὴν οἰκοδομήν, καὶ ἁρμόσουσι μετὰ τῶν λοιπῶν λίθων. 5. Πῶς, φημί, κύριε, δύνανται περικοπέντες τὸν αὐτὸν τόπον πληρῶσαι; ἀποκριθεὶς λέγει μοι· Ὅσοι μικροὶ εὑρεθήσονται εἰς μέσην τὴν οἰκοδομὴν βληθήσονται, ὅσοι δὲ μείζονες, ἐξώτεροι τεθήσονται καὶ συγκρατήσουσιν αὐτούς. 6. ταῦτά μοι λαλήσας λέγει μοι· Ἄγωμεν καὶ μετὰ ἡμέρας δύο ἔλθωμεν καὶ καθαρίσωμεν τοὺς λίθους τούτους καὶ βάλωμεν αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκοδομήν· τὰ γὰρ κύκλῳ τοῦ πύργου πάντα καθαρισθῆναι δεῖ, μήποτε ὁ δεσπότης ἐξάπινα ἔλθῃ καὶ τὰ περὶ τὸν πύργον ῥυπαρὰ εὕρῃ καὶ προσοχθίσῃ, καὶ οὗτοι οἱ λίθοι οὐκ ἀπελεύσονται εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου κἀγὼ ἀμελὴς δόξω εἶναι παρὰ τῷ δεσπότῃ. 7. καὶ μετὰ ἡμέρας δύο ἤλθομεν πρὸς τὸν πύργον καὶ λέγει μοι· Κατανοήσωμεν τοὺς λίθους πάντας καὶ ἴδωμεν τοὺς δυναμένους εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἀπελθεῖν. λέγω αὐτῷ· Κύριε, κατανοήσωμεν.

8. Καὶ ἀρξάμενοι πρῶτον τοὺς μέλανας κατενοοῦμεν λίθους. καὶ οἷοι ἐκ τῆς οἰκοδομῆς ἐτέθησαν, τοιοῦτοι καὶ εὑρέθησαν. καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ ποιμὴν ἐκ τοῦ πύργου μετενεχθῆναι καὶ χωρισθῆναι. 2. εἶτα κατενόησε τοὺς ἐψωριακότας, καὶ λαβὼν ἐλατόμησε πολλοὺς ἐξ αὐτῶν καὶ ἐκέλευσε τὰς παρθένους ἆραι αὐτοὺς καὶ βαλεῖν εἰς τὴν οἰκοδομήν. καὶ ἦραν αὐτοὺς αἱ παρθένοι καὶ ἔθηκαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου μέσους. τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκέλευσε μετὰ τῶν μελάνων τεθῆναι· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι μέλανες εὑρέθησαν. 3. εἶτα κατενόει τοὺς τὰς σχισμὰς ἔχοντας· καὶ ἐκ τούτων πολλοὺς ἐλατόμησε καὶ ἐκέλευσε διὰ τῶν παρθένων εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἀπενεχθῆναι· ἐξώτεροι δὲ ἐτέθησαν, ὅτι ὑγιέστεροι εὑρέθησαν. οἱ δὲ λοιποὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σχισμάτων οὐκ ἠδυνήθησαν λατομηθῆναι· διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἀπεβλήθησαν ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ πύργου. 4. εἶτα κατενόει τοὺς κολοβούς, καὶ εὑρέθησαν πολλοὶ ἐν αὐτοῖς μέλανες, τινὲς δὲ σχισμὰς μεγάλας πεποιηκότες· καὶ ἐκέλευσε καὶ τούτους τεθῆναι μετὰ τῶν ἀποβεβλημένων. τοὺς δὲ περισσεύοντας αὐτῶν καθαρίσας καὶ λατομήσας ἐκέλευσεν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τεθῆναι. αἱ δὲ παρθένοι αὐτοὺς ἄρασαι εἰς μέσην τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου ἥρμοσαν·

1 *βλέπεις — κύριε* > L[1] | 2 *πλεῖστον* GA : *πλεῖον* L | 3 *βαλῶ* LA : *βάλλω* G | 6 *τὴν οἰκοδομὴν* em cf. 8, 4. 6 : *τῆς οἰκοδομῆς* G | 11 *περὶ* L(A)

bati? Respondens mihi dicit: Videsne, inquit, hos lapides? Video, inquam, domine. Ego, inquit, maximam lapidum horum partem circumcidam et adiciam in structuram, et convenient cum reliquis lapidibus. 5. Quomodo, inquam, domine, circumcisi eundem possunt explere locum? Respondens dicit mihi: Quicumque parvi fuerint reperti, in mediam structuram adicientur, quicumque vero maiores, exteriores ponentur et continebunt eos. 6. Haec cum mihi locutus esset, ait mihi: Eamus et post duos dies veniamus ac mundemus hos lapides et adiciamus eos in structuram; quaecunque enim circa turrim sunt, ea oportet mundari, ne forte dominus subito veniat et ea, quae circa turrim sunt, immunda inveniat et irascatur, et hi lapides non eant in structuram turris et ego neglegens esse videar apud dominum. 7. Et post biduum venimus ad turrim et dicit mihi: Consideremus lapides omnes, et videamus eos, qui possint ire in structuram. Dico ei: Domine, consideremus.

8. Cumque coepissemus, primum nigros considerabamus lapides. Et quales de structura depositi sunt, tales etiam sunt reperti. Et iussit eos pastor a turri tolli ac seorsum reponi. 2. Deinde consideravit scabiosos, et accepit circumciditque multos ex iis et iussit virgines eos tollere et in structuram adicere. Et sustulerunt eos virgines et posuerunt medios in structura turris. Reliquos autem iussit cum nigris reponi; etenim hi quoque nigri reperti sunt. 3. Deinde consideravit eos, qui scissuras habebant; et ex his multos circumcidit iussitque per virgines in structuram auferri; foris autem positi sunt, quoniam saniores inventi sunt. Reliqui vero propter multitudinem scissurarum non poterant circumcidi; propter hanc ergo causam proiecti sunt ab aedificatione turris. 4. Deinde considerabat rotundos, et multi ex iis inventi sunt nigri, alii autem scissuras magnas habentes; et iussit hos quoque reponi cum reprobatis. Reliquos autem eorum mundatos ac circumcisos iussit in structura poni; virgines autem eos sustulerunt et in mediam turris

παρὰ G | 12 *προσοχθήσῃ* G | 20 *λαβὼν* A : *λαθὼν* G, > L | 23 *μέσους* G : *μέσην* (?) LA | 28 *πλῆθος* L : *πάχος* G, ? A

5. *εἰς μέσην τ. οἰκ.*] Cf. c. 8, 2—6. | — *ἐξώτεροι*] Cf. c. 8, 5. 7.

ἀσθενέστεροι γὰρ ἦσαν. 5. εἶτα κατενόει τοὺς ἡμίσεις λευκούς, ἡμίσεις δὲ μέλανας· καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν εὑρέθησαν μέλανες. ἐκέλευσε δὲ καὶ τούτους ἀρθῆναι μετὰ τῶν ἀποβεβλημένων. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἤρθησαν ὑπὸ τῶν παρθένων· λευκοὶ γὰρ ὄντες ἡρμόσθησαν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν παρθένων εἰς τὴν οἰκοδομήν· ἐξώτεροι δὲ ἐτέθησαν, ὅτι ὑγιεῖς εὑρέθησαν, ὥστε δύνασθαι αὐτοὺς κρατεῖν τοὺς εἰς τὸ μέσον τεθέντας· ὅλως γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐδὲν ἐκολοβώθη. 6. εἶτα κατενόει τοὺς σκληροὺς καὶ τραχεῖς, καὶ ὀλίγοι ἐξ αὐτῶν ἀπεβλήθησαν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λατομηθῆναι· σκληροὶ γὰρ λίαν εὑρέθησαν. οἱ δὲ λοιποὶ αὐτῶν ἐλατομήθησαν καὶ ἤρθησαν ὑπὸ τῶν παρθένων καὶ εἰς μέσην τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου ἡρμόσθησαν· ἀσθενέστεροι γὰρ ἦσαν. 7. εἶτα κατενόει τοὺς ἔχοντας τοὺς σπίλους, καὶ ἐκ τούτων ἐλάχιστοι ἐμελάνησαν καὶ ἀπεβλήθησαν πρὸς τοὺς λοιπούς. οἱ δὲ περισσεύοντες λαμπροὶ καὶ ὑγιεῖς εὑρέθησαν· καὶ οὗτοι ἡρμόσθησαν ὑπὸ τῶν παρθένων εἰς τὴν οἰκοδομήν, ἐξώτεροι δὲ ἐτέθησαν διὰ τὴν ἰσχυρότητα αὐτῶν.

9. Εἶτα ἦλθε κατανοῆσαι τοὺς λευκοὺς καὶ στρογγύλους λίθους καὶ λέγει μοι· Τί ποιοῦμεν περὶ τούτων τῶν λίθων; Τί, φημί, ἐγὼ γινώσκω, κύριε; Οὐδὲν οὖν ἐπινοεῖς περὶ αὐτῶν; 2. Ἐγώ, φημί, κύριε, ταύτην τὴν τέχνην οὐκ ἔχω, οὐδὲ λατόμος εἰμὶ οὐδὲ δύναμαι νοῆσαι. Οὐ βλέπεις αὐτούς, φησί, λίαν στρογγύλους ὄντας; καὶ ἐὰν αὐτοὺς θελήσω τετραγώνους ποιῆσαι, πολὺ δεῖ ἀπ᾽ αὐτῶν ἀποκοπῆναι· δεῖ δὲ ἐξ αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης τινὰς εἰς τὴν οἰκοδομὴν τεθῆναι. 3. Εἰ οὖν, φημί, κύριε, ἀνάγκη ἐστί, τί σεαυτὸν βασανίζεις καὶ οὐκ ἐκλέγεις εἰς τὴν οἰκοδομὴν οὓς θέλεις καὶ ἁρμόζεις εἰς αὐτήν; ἐξελέξατο ἐξ αὐτῶν τοὺς μείζονας καὶ λαμπροὺς καὶ ἐλατόμησεν αὐτούς· αἱ δὲ παρθένοι ἄρασαι ἥρμοσαν εἰς τὰ ἐξώτερα μέρη τῆς οἰκοδομῆς. 4. οἱ δὲ λοιποὶ οἱ περισσεύσαντες ἤρθησαν καὶ ἀπετέθησαν εἰς τὸ πεδίον, ὅθεν ἠνέχθησαν· οὐκ ἀπεβλήθησαν δέ, Ὅτι, φησί, λείπει τῷ πύργῳ ἔτι μικρὸν οἰκοδομηθῆναι. πάντως δὲ θέλει ὁ δεσπότης τοῦ πύργου τούτους ἁρμοσθῆναι τοὺς λίθους εἰς τὴν οἰκοδομήν, ὅτι λαμπροί

1 *ἀσθενέστεραι* G | 3 *ἀρθῆναι* GL¹ A (transferri) : tolli et poni L² | 4/5 *πάντες — οἰκοδομὴν* G : toti candidi inventi sunt; et hi sublati sunt a virginibus et aptati in eadem turri L¹(L²A) | 8 *σκληροὺς .. τραχεῖς* L(A) : ∾ G | 10 *ὑπό* : *ἀπὸ* G | 12 *ἀσθενέστεραι* (?) G | 13 *ἐμελάνησαν* em cf. 30, 3 : *ἐμελάνωσαν* G | 14 *καὶ ὑγιεῖς* L (et integri cf. v. 5) : *καὶ ἐκεῖνοι* G, > A | 19 *κύριε* GL¹ : et ait mihi L²A | *οὖν* + inquit L¹ | 21 *νοῆσαι* : +

structuram aptaverunt; infirmiores enim erant. 5. Deinde considerabat semicandidos et seminigros; et multi ex iis reperti sunt nigri. Iussit vero hos quoque transferri cum reiectis. Reliqui autem omnes sublati sunt a virginibus; cum enim candidi essent, ab ipsis virginibus aptati sunt in structuram; exteriores autem positi sunt, quia integri sunt reperti, ita ut eos possent continere, qui in medio iacebant; omnino enim nihil ex iis recisum est. 6. Deinde considerabat duros et asperos, et pauci ex iis reiecti sunt, quia non poterant circumcidi; valde enim duri reperti sunt. Reliqui autem eorum circumcisi sunt et sublati a virginibus et mediam in structuram turris aptati; infirmiores enim erant. 7. Deinde considerabat eos, qui maculas habebant, et ex his paucissimi evaserunt nigri et reiecti sunt ad reliquos. Ceteri vero splendidi et integri reperti sunt, et hi a virginibus in structuram aptabantur; exteriores autem ponebantur propter firmitatem suam.

9. Deinde venit, ut consideraret lapides albos et rotundos, et dicit mihi: Quid faciemus de his lapidibus? Quid, inquam, ego intellego, domine? Nihil ergo, inquit, excogitas de his? 2. Ego, inquam, domine, hanc artem non habeo, nec lapidarius sum nec possum eam intellegere. Nonne vides, inquit, eos valde rotundos esse? Et si eos quadratos reddere voluero, multum ab iis recidendum est; necesse est autem aliquos ex iis in structura poni. 3. Quodsi, inquam, domine, necesse est, quid te torques neque eos in aedificationem eligis, quos vis, et aptas in eam? Elegit ex iis maiores ac splendidos et circumcidit eos; virgines autem sustulerunt eos aptaveruntque in partes turris exteriores. 4. Reliqui vero, qui superfuerunt, sublati et repositi sunt in campum, unde sumpti erant; neque vero reiecti sunt, quoniam, inquit, modicum adhuc deest ad aedificationem turris; dominus autem turris omnino hos lapides vult in struc-

quicquam L, illud A | 24 *οὖν* GL[1] : > L[2]A | 25/26 *εἰς — ἐξελέξατο* > A | 26/27 *ἐξελ. — λαμπροὺς* > L[2] | 30 *πύργῳ* LA : *μικρῷ* G | 31 *πάντως* em : *πάντας* G, forsitan L, (eadem voce Sim. VII, 4 *πάντως* redditur), necesse est A | 32 *τούτους* GL[1] : *τούτου* L[2]A

9, 1. *λευκοὺς κ. στρογγ.*] Cf. c. 6, 6—8.

2. *ἐξ ἀνάγκης*] Cf. v. 4; c. 31, 2.

εἰσι λίαν. 5. ἐκλήθησαν δὲ γυναῖκες δώδεκα, εὐειδέσταται τῷ χαρακτῆρι, μέλανα ἐνδεδυμέναι, [περιεζωσμέναι καὶ ἔξω τοὺς ὤμους ἔχουσαι] καὶ τὰς τρίχας λελυμέναι· ἐδοκοῦσαν δέ μοι αἱ γυναῖκες αὗται ἄγριαι εἶναι. ἐκέλευσε δὲ αὐτὰς ὁ ποιμὴν ἆραι τοὺς λίθους τοὺς ἀποβεβλημένους ἐκ τῆς οἰκοδομῆς καὶ ἀπενεγκεῖν αὐτοὺς εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν καὶ ἠνέχθησαν. 6. αἱ δὲ ἱλαραὶ ἦραν καὶ ἀπήνεγκαν πάντας τοὺς λίθους καὶ ἔθηκαν, ὅθεν ἐλήφθησαν. καὶ μετὰ τὸ ἀρθῆναι πάντας τοὺς λίθους καὶ μηκέτι κεῖσθαι λίθον κύκλῳ τοῦ πύργου, λέγει μοι ὁ ποιμήν· Κυκλώσωμεν τὸν πύργον καὶ ἴδωμεν, μή τι ἐλάττωμά ἐστιν ἐν αὐτῷ. καὶ ἐκύκλευον ἐγὼ μετ' αὐτοῦ. 7. ἰδὼν δὲ ὁ ποιμὴν τὸν πύργον εὐπρεπῆ ὄντα τῇ οἰκοδομῇ λίαν ἱλαρὸς ἦν· ὁ γὰρ πύργος οὕτως ἦν ᾠκοδομημένος, ὥστε με ἰδόντα ἐπιθυμεῖν τὴν οἰκοδομὴν αὐτοῦ· οὕτω γὰρ ἦν ᾠκοδομημένος, ὡσὰν ἐξ ἑνὸς λίθου καὶ ἔχων μίαν ἁρμογὴν ἐν ἑαυτῷ. ἐφαίνετο δὲ ὁ λίθος ὡς ἐκ τῆς πέτρας ἐκκεκολαμμένος· μονόλιθος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι.

10. Κἀγὼ περιπατῶν μετ' αὐτοῦ ἱλαρὸς ἤμην τοιαῦτα ἀγαθὰ βλέπων. λέγει δέ μοι ὁ ποιμήν· Ὕπαγε καὶ φέρε ἄσβεστον καὶ ὄστρακον λεπτόν, ἵνα τοὺς τύπους τῶν λίθων τῶν ἠρμένων καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν βεβλημένων ἀναπληρώσω· δεῖ γὰρ τοῦ πύργου τὰ κύκλῳ πάντα ὁμαλὰ γενέσθαι. 2. καὶ ἐποίησα, καθὼς ἐκέλευσε, καὶ ἤνεγκα πρὸς αὐτόν. Ὑπηρέτει μοι, φησί, [καὶ ἐγγὺς τὸ ἔργον τελεσθήσεται]. ἐπλήρωσεν οὖν τοὺς τύπους τῶν λίθων [τῶν] εἰς τὴν οἰκοδομὴν ἀπεληλυθότων καὶ ἐκέλευσε σαρωθῆναι τὰ κύκλῳ τοῦ πύργου καὶ καθαρὰ γενέσθαι· 3. αἱ δὲ παρθένοι λαβοῦσαι σάρους ἐσάρωσαν καὶ πάντα τὰ κόπρα ἦραν ἐκ τοῦ πύργου καὶ ἔρραναν ὕδωρ, καὶ ἐγένετο ὁ τόπος ἱλαρὸς καὶ εὐπρεπέστατος τοῦ πύργου. 4. λέγει μοι ὁ ποιμήν· Πάντα, φησί, κεκαθάρισται· ἐὰν ἔλθῃ ὁ κύριος ἐπισκέψασθαι τὸν πύργον, οὐκ ἔχει ἡμῖν οὐδὲν μέμψασθαι. ταῦτα εἰπὼν ἤθελεν ὑπάγειν· 5. ἐγὼ δὲ ἐπελαβόμην αὐτοῦ τῆς πήρας καὶ ἠρξάμην αὐτὸν ὁρκίζειν κατὰ τοῦ κυρίου, ἵνα μοι ἐπιλύσῃ, ἃ ἔδειξέ μοι. λέγει μοι· Μικρὸν ἔχω ἀκαιρεθῆναι καὶ πάντα σοι ἐπιλύσω· ἔκδεξαί με ὧδε, ἕως

1 *εὐειδέστατοι* G | 2/3 *περιεζ. — ἔχουσαι* $L^1A(L^2)$ cf. 2, 4 : > G | 9 *ὁ ποιμὴν* > L | 12 *οὕτως* L : *οὗτος* G | 14 *καὶ* G : nec $L^1A(L^2)$ | 15 *ἐκκεκολαμμένος* L : *ἐγκ.* G, aedificata A | 19 *ἠρμένων* LA : *ἡρμοσμένων* G | 19/20 *καὶ εἰς τ. οἰκ.* : *εἰς τ. οἰκ. καὶ* G | 22 *μοι* : *με* G | 22/23 *καὶ — τελεσθήσεται*

turam aptari, quia valde splendidi sunt. 5. Vocatae sunt autem duodecim mulieres, speciosissimae figura, nigra veste indutae, succinctae et humeros nudatos habentes et capillos solutos. Videbantur autem mihi hae mulieres agrestes esse. Iussit eas pastor tollere lapides de structura reiectos et auferre eos in montes, unde allati erant. 6. Hae autem gaudentes sustulerunt et abstulerunt omnes lapides ibique posuerunt, unde sumpti erant. Et cum omnes lapides sublati essent neque ullus circa turrim iaceret, dicit mihi pastor: Circumeamus turrim et videamus, ne aliquid desit in ea. Et circumivi ego cum eo. 7. Pastor autem cum videret turrim decoram esse, valde hilaris erat; turris enim ita aedificata erat, ut ego videns concupiscerem structuram eius; ita enim aedificata erat, velut ex uno lapide et habens unam commissuram in se. Videbatur autem lapis quasi ex petra exsculptus; namque monolitha mihi esse videbatur.

10. Et ego cum eo ambulans hilaris eram, eiusmodi bona videns. Pastor autem dicit mihi: Vade et adfer calcem et testam minutam, ut formas expleam lapidum, qui sublati et in structuram repositi sunt; quae enim circa turrim sunt, omnia aequari debent. 2. Et feci, sicut iussit, et attuli ad eum. Ministra mihi, inquit, et cito opus perficietur. Implevit ergo formas lapidum, qui in structuram abierunt, et iussit locum circa turrim everri et mundum fieri. 3. Virgines autem acceptis scopis scopaverunt et omnia stercora sustulerunt de turri et sparserunt aquam, et locus turris evasit hilaris et decorus. 4. Dicit mihi pastor: Omnia, inquit, mundata sunt; si venerit dominus visitare turrim, nihil habet de nobis queri. Haec cum dixisset, voluit abire. 5. Ego autem apprehendi peram eius et coepi eum rogare per dominum, ut explicaret mihi, quae mihi ostenderat. Ait mihi: Pusillum temporis non vaco et omnia

LA : . . . G | 24 *τῶν* > G | 26 *σάρους* LA : *σάρον* G | 33 *ἀκαιρεθῆναι* em : *ἀναιρ.* G, occupationem L, requievero A | 33/1 p. 596 *ἕως ἔρχομαι* GLA : in G autem exstinctum et scriptum *ἐρχόμενον*

5. Mulieres istae sunt spiritus maligni (c. 18, 3, cf. c. 13, 8) vel vitia (c. 15, 3).

7. *ἐξ ἑνὸς λίθου*] Cf. c. 13, 5; Vis. III, 2, 6. Laudat hunc locum Origenes In Oseam ed. Bened. III, 439.

ἔρχομαι. 6. λέγω αὐτῷ· Κύριε, μόνος ὢν ὧδε ἐγὼ τί ποιήσω; Οὐκ εἶ, φησί, μόνος· αἱ γὰρ παρθένοι αὗται μετὰ σοῦ εἰσί. Παράδος οὖν, φημί, αὐταῖς με. προσκαλεῖται αὐτὰς ὁ ποιμὴν καὶ λέγει αὐταῖς· Παρατίθεμαι ὑμῖν τοῦτον, ἕως ἔρχομαι· καὶ ἀπῆλθεν. 7. ἐγὼ δὲ ἤμην μόνος μετὰ τῶν παρθένων· ἦσαν δὲ ἱλαρώτεραι καὶ πρὸς ἐμὲ εὖ εἶχον· μάλιστα δὲ αἱ δ' αἱ ἐνδοξότεραι αὐτῶν.

11. Λέγουσί μοι αἱ παρθένοι· Σήμερον ὁ ποιμὴν ὧδε οὐκ ἔρχεται. Τί οὖν, φημί, ποιήσω ἐγώ; Μέχρις ὀψέ, φασίν, περίμεινον αὐτόν· καὶ ἐὰν ἔλθῃ, λαλήσει μετὰ σοῦ, ἐὰν δὲ μὴ ἔλθῃ, μενεῖς μεθ' ἡμῶν ὧδε, ἕως ἔρχεται. 2. λέγω αὐταῖς· Ἐκδέξομαι αὐτὸν ἕως ὀψέ· ἐὰν δὲ μὴ ἔλθῃ, ἀπελεύσομαι εἰς τὸν οἶκον καὶ πρωῒ ἐπανήξω. αἱ δὲ ἀποκριθεῖσαι λέγουσί μοι· Ἡμῖν παρεδόθης· οὐ δύνασαι ἀφ' ἡμῶν ἀναχωρῆσαι. 3. Ποῦ οὖν, φημί, μενῶ; Μεθ' ἡμῶν, φασί, κοιμηθήσῃ ὡς ἀδελφός, καὶ οὐχ ὡς ἀνήρ· ἡμέτερος γὰρ ἀδελφὸς εἶ, καὶ τοῦ λοιποῦ μέλλομεν μετὰ σοῦ κατοικεῖν· λίαν γάρ σε ἀγαπῶμεν. ἐγὼ δὲ ᾐσχυνόμην μετ' αὐτῶν μένειν. 4. καὶ ἡ δοκοῦσα πρώτη αὐτῶν εἶναι ἤρξατό με καταφιλεῖν καὶ περιπ[λέκε]σθαι· αἱ δὲ ἄλλαι ὁρῶσαι ἐκείνην περιπλεκομένην μοι καὶ αὐταὶ ἤρξαντό με καταφιλεῖν καὶ περιάγειν κύκλῳ τοῦ πύργου καὶ παίζειν μετ' ἐμοῦ. 5. κἀγὼ ὡσεὶ νεώτερος ἐγεγόνειν καὶ ἠρξάμην καὶ αὐτὸς παίζεν μετ' αὐτῶν· αἱ μὲν γὰρ ἐχόρευον, αἱ δὲ ὠρχοῦντο, αἱ δὲ ᾖδον· ἐγὼ δὲ σιγὴν ἔχων μετ' αὐτῶν κύκλῳ τοῦ πύργου περιεπάτουν καὶ ἱλαρὸς ἤμην μετ' αὐτῶν. 6. [ὀψίας δὲ] γεγομένης ἤθελον εἰς τὸν οἶκον ὑπάγειν· αἱ δὲ οὐκ ἀφῆκαν, ἀλλὰ κατέσχον με. καὶ ἔμεινα μετ' αὐτῶν τὴν νύκτα καὶ ἐκοι-

3 *φησὶν* G | 9 *ὀψέ, φασίν* LA : *ὅτέ φησιν ἔλθῃ* G | 10 *λαλήσει* : + forsitan L[1], utique L[2] | 18/19 *καταφιλεῖν . . περιπλέκεσθαι* : ∾ L[1](L[2]) | 19 *περιπλέκεσθαι* > A | 20 *αὐταὶ* LA : *αὗται* G | 24/25 *ὀψίας δὲ* LA : . . . G | 25 *γενόμενος* G | 26 *καὶ — νύκτα* G bis | 26/1 p. 598 *καὶ ἐκοιμήθην* > LA

11. Hermam hic de more cum *subintroductis* vivendi verba facere putavit Hefele ed. IV ad h. l. et Proleg. p. XCVI. Contradixerunt Gaâb (*Der Hirte d. H.* p. 56—59), Zahn l. c. p. 179—181, I. Ch. Mayer (*Die Schriften der apostol. Väter* p. 265 sq.), Harnack ad h. l. Hic quidem non vult negare, ea, quae Hermas his versibus narraverit, licet allegorice, licet de mulieribus castis et puris, castum scriptoris animum suspectum facere (cf. Vis. I, 1, 2; III, 8, 2), et quaerit, cur Hermas *κοιμηθήσῃ* illud v. 3, cur *ἀγαπᾶν, καταφιλεῖν* v. 3. 4 scripserit. Sed verisimile putat,

solvam tibi; exspecta me hic, dum venio. 6. Dico ei: Domine, quid hic solus ego faciam? Non, inquit, solus es; virgines enim istae tecum sunt. Et dixi: Trade ergo me iis. Pastor eas advocat iisque dicit: Commendo vobis hunc, donec venio; et discessit. 7. Ego ergo solus eram cum virginibus; illae autem hilares ac benignae mihi erant, praecipue quatuor illae ex iis, quae gloriosiores erant.

11. Dicunt mihi virgines: Hodie pastor huc non venit. Quid igitur, inquam, ego faciam? Usque in vesperam, inquiunt, exspecta eum; et si venerit, loquetur tecum; si non venerit, manebis nobiscum hic, dum venerit. 2. Dico iis: Exspectabo eum usque ad vesperam; si non venerit, domum ibo et revertar mane. Illae autem respondentes dicunt mihi: Nobis traditus es; non potes a nobis recedere. 3. Ubi igitur, inquam, manebo? Nobiscum, inquiunt, dormies sicut frater, non sicut maritus; frater enim noster es et deinceps tecum habitaturae sumus; valde enim te diligimus. Ego autem erubescebam cum iis manere. 4. Illa vero, quae prima inter eas esse videbatur, coepit me osculari et amplecti; ceterae autem cum viderent illam me amplecti, et ipsae coeperunt me osculari et ducere circa turrim et ludere mecum. 5. Et ego quasi iuvenior factus sum et coepi ipse quoque cum iis ludere. Aliae enim choros ducebant, aliae saltabant, aliae cantabant; ego autem silentium tenens cum iis circa turrim ambulabam et hilaris eram cum iis. 6. Vespera autem facta volebam domum ire; illae autem non dimiserunt, sed retinuerunt me. Et mansi cum iis illa nocte et dormivi

morem cum subintroductis vivendi ante saeculum tertium non esse institutum. Mihi autem ex iis, quae apud Tertull. De ieiun. c. 17; De virg. vel. c. 14, apud Cyprianum De hab. virg. c. 19 et Ep. 4 leguntur, apparere videtur, morem illum iam saeculo secundo invaluisse, eamque ob causam haud prorsus negaverim, Hermam eum respexisse. Disertis quidem verbis inde a tertio demum saeculo moris fit mentio. Cf. Cypr. Ep. 4 c. 2; Euseb. H. E. VII, 30, 12; Ps.-Clem. De virg. I, 10; II, 1—6; Ps.-Cypr. De singularitate clericorum; Concil. Illiber. c. 27; Ancyr. c. 19; Nicaen. c. 3. Sed cum eodem tempore ob malos fructus, quos protulerat, iam interdicatur, eum iam ante saeculum tertium exortum esse coniecerim.

3. ὡς ἀδελφός] Cf. Vis. I, 1, 1; II, 2, 3; 3, 1 not.

4. πρώτη] sc. Fides, cf. c. 15, 2.

μήθην παρὰ τὸν πύργον. 7. ἔστρωσαν γὰρ αἱ παρθένοι τοὺς λινοῦς χιτῶνας ἑαυτῶν χαμαὶ καὶ ἐμὲ ἀνέκλιναν εἰς τὸ μέσον αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐποίουν εἰ μὴ προσηύχοντο· κἀγὼ μετ' αὐτῶν ἀδιαλείπτως προσηυχόμην καὶ οὐκ ἔλασσον ἐκείνων. καὶ ἔχαιρον αἱ παρθένοι οὕτω μου προσευχομένου. καὶ ἔμεινα ἐκεῖ μέχρι τῆς αὔριον ἕως ὥρας δευτέρας μετὰ τῶν παρθένων. 8. εἶτα παρῆν ὁ ποιμὴν καὶ λέγει ταῖς παρθένοις· Μή τινα αὐτῷ ὕβριν πεποιήκατε; Ἐρώτα, φασίν, αὐτόν. λέγω αὐτῷ· Κύριε, εὐφράνθην μετ' αὐτῶν μείνας. Τί, φησίν, ἐδείπνησας; Ἐδείπνησα, φημί, κύριε, ῥήματα κυρίου ὅλην τὴν νύκτα. Καλῶς, φησίν, ἔλαβόν σε; Ναί, φημί, κύριε. 9. Νῦν, φησί, τί θέλεις πρῶτον ἀκοῦσαι; Καθώς, φημί, κύριε, ἀπ' ἀρχῆς ἔδειξας· ἐρωτῶ σε, κύριε, ἵνα, καθὼς ἂν σε ἐπερωτήσω, οὕτω μοι καὶ δηλώσῃς. Καθὼς βούλει, φησίν, οὕτω σοι καὶ ἐπιλύσω καὶ οὐδὲν ὅλως ἀποκρύψω ἀπὸ σοῦ.

12. Πρῶτον, φημί, πάντων, κύριε, τοῦτό μοι δήλωσον· ἡ πέτρα καὶ ἡ πύλη τίς ἐστιν; Ἡ πέτρα, φησίν, αὕτη καὶ ἡ πύλη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστί. Πῶς, φημί, κύριε, ἡ πέτρα παλαιά ἐστιν, ἡ δὲ πύλη καινή; Ἄκουε, φησί, καὶ σύνιε, ἀσύνετε. 2. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ θεοῦ πάσης τῆς κτίσεως αὐτοῦ προγενέστερός ἐστιν, ὥστε σύμβουλον αὐτὸν γενέσθαι τῷ πατρὶ τῆς κτίσεως αὐτοῦ· διὰ τοῦτο καὶ παλαιός ἐστιν. Ἡ δὲ πύλη διατί καινή, φημί, κύριε; 3. Ὅτι, φησίν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τῆς συντελείας φανερὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο καινὴ ἐγένετο ἡ πύλη, ἵνα οἱ μέλλοντες σώζεσθαι δι' αὐτῆς *εἰς τὴν βασιλείαν εἰσέλθωσι τοῦ θεοῦ*. 4. εἶδες, φησίν, τοὺς λίθους τοὺς διὰ τῆς πύλης εἰσεληλυθότας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου [βεβλημένους], τοὺς δὲ μὴ εἰσεληλυθότας πάλιν ἀποβεβλημένους εἰς τὸν ἴδιον τόπον; Εἶδον, φημί, κύριε. Οὕτω, φησίν,

1 *γὰρ* G : autem L, et A | 6 *παρθένων* : + et cum adorassemus deum L^1 | 13 *σε* : *σου* G | 22 *ἐσχάτου* G | 26 *βεβλημένους* L^1A(L^2) : > G | *εἰσεληλυθότας* L^1A(L^2?) : *ἐληλ.* G

7. *προσηύχοντο*] Nonnullos priscos fideles totas noctes in oratione et cantu psalmorum transegisse notum est (Hefele). — *δευτέρας*] i. e. usque ad horam octavam secundum nostram temporis computationem.

8. *ῥήματα κ.*] Cf. Luc. 4, 4; Matth. 4, 4; Deut. 8, 3; Eccles. 5, 10; Clem. Ad virg. II, 2.

12. Incipit explicatio. Cf. Prolegom. c. 5.

1. *πέτρα*] Cf. I Cor. 10, 4: *ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός*. In veterrimis christianae picturae et sculpturae

iuxta turrim. 7. Straverunt enim virgines in terra tunicas suas lineas et me in medio collocaverunt, nec omnino quidquam faciebant nisi quod orabant; et ego cum iis sine intermissione orabam neque minus quam illae. Et gaudebant virgines, quod sic orabam. Et mansi ibi cum virginibus usque ad diem posterum ad horam secundam. 8. Deinde venit pastor et dicit virginibus: Numquid iniuriam ei fecistis aliquam? Interroga, inquiunt, ipsum. Dico ei: Domine, laetatus sum, quod mansi cum iis. Quid, inquit, cenasti? Cenavi, inquam, domine, per totam noctem verba domini. Bene, inquit, te acceperunt? Etiam, inquam, domine. 9. Nunc, inquit, quid vis audire primum? Sicut, inquam, domine, ab initio ostendisti; rogo te, domine, ut, sicut te interrogavero, sic et manifestes mihi. Sicut vis, inquit, sic tibi et explanabo neque omnino quidquam te celabo.

12. Primum omnium, inquam, domine, hoc mihi demonstra: petra et porta quis est? Petra haec, inquit, et porta filius dei est. Quonam pacto, inquam, domine, petra vetus est, porta autem nova? Audi, inquit, et intellege, insipiens. 2. Filius dei omni creatura eius antiquior est, ita ut patri consiliarius evaserit in condenda creatura. Propterea et vetus est. Porta autem, inquam, domine, quare nova est? 3. Quoniam inquit, in diebus consummationis novissimis apparuit, propterea porta nova facta est, ut ii, qui assecuturi sunt salutem, per eam ***intrent in regnum dei***. 4. Vidistine, inquit, lapides, qui per portam intraverunt, in structura turris collocatos esse, eos autem, qui non intraverunt, iterum in suum locum reiectos esse. Vidi, in-

20 Prov. 8, 27—30. — 24 Ioann. 3, 5 cf. Marc. 9, 47; 10, 23—25; Matth. 5, 20; 7, 21; 18, 3.

monumentis Christus saepe petra repraesentatur. — *πύλη*] Cf. Ioann. 10, 7. 9; I Clem. 48, 4 not. — *παλαιά .. καινή*] Cf. Diogn. 11, 4.

2. *αὐτοῦ*] sc. Dei. — *προγενέστερος*] Cf. Sim. V, 6, 5; Ioann. 1, 1 sqq. Col. 1, 15: *πρωτότοκος πάσης κτίσεως*. — *σύμβουλον κτλ.*] Cf. Sim. V, 6, 5.

3. *ἐπ' ἐσχάτων ἡμ. φανερὸς ἐγ.*] Cf. Hebr. 1, 1. 2; I Petr. 1, 20; II Clem. 14, 2; Ign. Magn. 6, 1; Iren. I, 10, 3. Dicit Michas 4, 1: *Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσιν πρὸς αὐτὸ λαοί*, et similiter Iesaias 2, 2. Dubito autem, an Hermas hos locos respexerit.

